ihre fra

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
27 K
27
157.

M

13—1. 6. 46.

~~Al d'Ine fu~~

Digitized by Google


Digitized by Google



BIBLIOTECA NA
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CONSTITVTIONES ORD· FF· EREM· S· AVGVSTINI·



Digitized by Google

Digitized by Google

CONSTITVTIONES

ORDINIS F. F. EREMITARVM

SANCTI AVGVSTINI

Recognitæ, & in ampliorem formam, ac ordinem redactæ.

Ex libris R. Ad. Pretij Seraphini à Jesu M.ª Pro Bibliotheca S.ta M.ae Trasp.na

ROMÆ,
Typis Hæredum Corbelletti. 1686.

Superiorum permiſſu.

de Vrbe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

EM.MO ET REV.MO DOMINO

PALVTIO CARDINALI

DE ALTERIIS

S. R. E. CAMERARIO

Totius Ordinis Eremitarum S. P. N.
AVGVSTINI apud S. Sedem
Protectori Vigilantiſſimo.

PRÆSENS operis dedicatio grati animi Auguſtinianæ Familiæ beneficijs in ſe tuis teſtificatio eſt Eminentiſs. Princeps. Tantum quidem tua rerum omnium mens capaciſſima, ac negotijs omnibus ſuperior tui nominis apud omnes famam extendit, vt veteribus gloria prærepta, præſentibus in admirationem raptis, futuris vltra temporum metam ſuperuicturus ſis. Sed

in primis Auguſtini Ordo, quem innumeris muneribus obſtrinxiſti tui nomen luculentis ſcriptionibus ære, marmoreue perennioribus celebrabit, in ſuis templis, & atrijs inſcribet, deprædicabit; cumque nullum erga ipſam officium amantiſſimæ protectionis omiſeris, omnem tui recordatione locum, & tempus impletura eſt. Clementis X. Opt. Max. cęleſtibus reſtitutam mentem nullus à noſtro pectore dies auellet, eò quod celebritate Sanctorum memoranda, ampliſſima priuilegiorum largitione, maximiſque donis noſtrum Ordinem ſupra vota perornauit; ſed illud præ cęteris ſingulare magnitudinem omnium ſuperauit, cùm effuſo in nos gratiarum ſinu tibi ſui Nepoti optimo Eremi noſtri tutelam commiſit; Hoc nempè ingentium operum complementum extitit, dum parum ipſi viſum fuit tot bonorum copiam in nos effundere, niſi ipſummet fontem præſtitiſſet. Propterea debitum hoc tibi communis gratitudinis, & obſequij teſtimonium poſui nunquam intermorituri, quamuis di-

gniora, omnique opere nobiliora in noſtris, omniumque mortalium cordibus veræ, ſolidęque tuæ gloriæ monumenta collocaris. Debitum inquam, quod tuo nomini conſecrari ſpeciali quodam iure poſtulabat, etenim cum rei noſtræ, ſaluti, & fœlicitati excubes, eius quoque leges, æquum eſt, ſub tui patrocinij cura fideliter cuſtodiri. Supereſt iam pacato vultu illud excipias, dum vt diù nos tuæ protectionis honore beare poſſis, & Eccleſiæ Catholicæ prodeſſe, proſpera tibi, fauſtaque omnia comprecabimur.

E. V.

Humiliſſ. & Deuictiſſ. famulus
F. Fulgentius Traualloni Generalis
Ord. Erem. S. Auguſtini.

MAGISTER F. FULGENTIUS Traualloni à Monte Elparo Georginas totius Ordinis FF. Erem. S. P. N. Auguſtini Prior Generalis.

Venerabilibus & nobis in Chriſto dilectis quarumcumque Prouinciarum, & Congregationum eiuſdem Auguſtinianæ Familiæ PP. ac FF. ſalutem in Domino ſempiternam.

D*Ecreuerant olim Comitiorum generalium Patres anno 1679. vt ſacræ noſtri Ordinis Conſtitutiones, tùm quod Conuentus paſſim exemplarium inopia laborarent, tùm quod multa ÿs eſſent addenda, mutandaque, vt eſt rerum humanarum conditio, quæ fluxam varietatem iure quodam ſuo poſtulant, noua in lucem impreſſione darentur: verùm ne ſicut propoſitum fuerat, opus impleretur, aliò diſtrahentia, tempuſq; ac cogitationes occupantia Religionis negotia effecerunt. Poſtremòdum Capitulum generale elapſo anno 1685. cele-*

braretur, prudens Diffinitorij Patrum conſeſſus in eamdem rem inter prima curarum poſitam incubuit, eamque tandem ne diutiùs illud commodum, & emolumentum Religio moraretur toto pectore aggreſsi Diuina ope perfecimus, vt noſtrarum legum Codex multo clarior, ſumma impoſita manu excuderetur. Non pauca his addita, multa ordine meliori digeſta quædam etiam clariùs explicata, productumque opus ita eſt, vt ſemetipſo meliùs factum, à veteri noſtrorum ſapientum doctrina, exactaque prudentia profectum, deterſo ſqualore, adiectoque vetuſtæ origini multarum rerum præſidio, & ornamento vobis exhiberetur.

Quamuis enim illud legibus proprium neque cum alijs ita commune habeatur, vt temporis exemptæ vetuſtate immutabiliter perſeuerent; at morum, & temporum inconſtantia nec finibus vllis contenta malitia mutari plerumque cogit etiam quod rectè ab initio conſtitutum fuerat, & ſuppleri quod deerat; leges ideò oportet pro temporum varietate honeſtati, & rerum ordini accomodari, non

quia

quia ſibi ſint diſsimiles , ſed quia diſſimiles illis mores hominum temperantur , quo fiant expreſsior æternæ Prouidentiæ cuncta nutu regentis imago , quæ incommutabilis manens mutabili Creaturæ iuxtà varios naturæ ſtatus per diuerſa præcepta , ritus , & ſacramenta ſubuenit : præſertim verò quæ Apoſtolicis Conſtitutionibus firmata ſunt , aut aliqua ex parte detracta , ſiuè aliter ordinata cum Decretis , quæ legis vim obtinuerunt , & ſiquid aliud obſeruatione dignum ſeſe obtulit , diligenter curauimus adnotari . Porrò vt in hanc perfectionem opus emergeret labori , & iudicij præſtantiæ plurimum debetur doctiſſimorum Patrum , Magiſtri F. Ioſephi Sabbatini Rauennatis Italiæ Aſſiſtentis , & Angelicæ Bibliothecæ in Vrbe Præfecti, Magiſtri F. Michaelis Hechij vtriuſque Germaniæ olim Aſsiſtentis publici Sacrarum in Romana Sapientia Scripturarum Interpretis , & Apoſtolici ſtudiorum de Propaganda fide Pręfecti , Magiſtri F. Auguſtini de Iunca Galliarum ex-Aſſiſtentis, Magiſtri F.Vincentij Ladet Diſ-

fini

finitoris generalis Narbonæ, & Burgundiæ, & P. Lectoris F. Ioannis de Zerezeda Diffinitoris generalis Philippinarum, qui iniunctum ſibi per PP. Diffinitorij generalis munus addendi. delendiue, quæ addenda, ſiue eximenda arbitrarentur, pro dignitate impleuerunt.

In ipſo libri limine Regulam S.P.N. Auguſtini cum interpretatione Ven: P. Alphonſi de Orozco præclari Religionis noſtræ ſideris, cuius innocentiæ geſtis, ac doctrinæ honorem Cœli cum terris habent, dimiſſa quæ erat Hugonis videre eſt; nam noſtro indecorum nomini videbatur externo ore Magni Patris oracula nobis ingeri, & ſapientiæ magiſterium domi nobis natum in peregrino ſolo requirere, nec ignota paræmia ſalem Patriæ pluris faciendum eſſe, quàm hoſpitis menſa quantumuis opulentiſſima.

Conſilium verò noſtrum in eo præcipuè verſabatur, vt operis huius, quod non ſine labore, ac multa animi intentione abſoluimus fructus in omnes perueniret; Nam non ignoramus hoc eſſe virtutum officinam, in qua religioſi mores ad perfectionis

nis

nis regulam excuduntur; Inſignem palæſtram ex cuius aſſidua exercitatione aſſurgentes animi humi contemptores, cupiditatum victores vitam Angelis ſimillimam ducere ſub corporis ſarcina didicerũt: Armamentariũ ſanctitatis paratiſſimũ, vnde prauis affectibus edomandis, aſſerendæque in libertatem Animæ vigiliarum, ieiuniorum, precum, lacrymarum noctes, dieſque, ardenti pectore exercendarum, tela omnia depromuntur; Validam Nauim, quæ ingruentibus ſæculi procellis ad portum ſecuritatis euehit & inter vitiorum fœdam illuuiem bona, rectaq; via perducit; Speculum ſuperna luce perfuſum, vbi quid magni vobis gerendũ ſit demonſtratur, & ſicuti ſol ipſe ſemet aliquando per nubes exerit, vera per hoc virtutis facies reuelatur. Quarè præcepta hæc non in aures ſolùm, & oculos, ſed in animum ipſum admittite; non eſt enim vera ſcientia boni niſi ad hoc apprehendatur, vt agatur, inutiliſque labor eſt memoria retinere quod actione non impletur; & vnis, iiſdemq; legibus viuentes animam nobis eſſe vnã, & cor vnum in Deo, ex noſtro aſpectu,

mo-

morumque ſpecie, in quam efformamur; exprimamus: Quodque olim Magnum noſtræ Religionis, & Eccleſiæ totius iubar Cardinalis Seripandus aduertit, memoria recenſete: aiebat quippè quod nos quoad Regulam attinet S.P.N Auguſtini cum alijs vigintiquatuor Religioſorum hominum Ordinibus ſociamur; niſi ergo in Conſtitutionibus vnus ſit omnium noſtrum conſenſus, qui Eremitæ Auguſtini apellamur, quæ maior erit nobis inter nos quàm cum illis Ordinibus conſenſio? quæ maior morum conuenientia, qui maior actionum concentus? Quo certè diſſidio nullum neque periculoſius, neque pernicioſius poteſt excogitari. Hanc igitur viam ſectemur, Patrum noſtrorum, qui leges has condidere, ac præeuntes Orbe terrarum illorum laudibus plaudente facem prætulerunt, veſtigijs inſiſtamus; eorum namque virtutes, & exempla ita relegere debetis, vt traditam hæreditatem nedum ſeruaſſe, ſed etiam cumulatis acceſſionibus amplificaſſe videamini, & quorum laude effertis, virtutes maxima conſtantia teneatis. Bene in Domino Valete.

IA-

IACOBVS
CARD. SABELLVS
Miſeratione Diuina Epiſcopus Tuſculanus.

Vniuerſo Ordini Fratrum Eremitarum S. Auguſtini Salutem.

REVERENDI Patres, ſummę mihi ſemper curæ fuit, ex quo tempore ampliſſimi veſtri Ordinis Patrocinium ſum amplexus, vt quòad per me fieri poſſet, eiuſdem Ordinis res omnes benè, ac fæliciter in Domino progrederentur. Videns enim quam inſignem locum, atque præclarum hæc eximij Doctoris D. Auguſtini Inſtitutio in Eccleſia Dei obtineat; quàm multis doctrina, & ſanctitate præcellentibus Viris floreat; quàm longè, ac latè per omnem terrarum Orbem ſalutarium operum fructus diſpertiat: profectò ità ſemper perſuaſum habui, quibuſcumque in rebus vtilitati, dignitati, ſaluti veſtræ ſtuderem, in ijſdem me vno tempore, de non minima parte Chriſtianæ Religionis benemereri, pro qua, ſi

opus

Digitized by Google

opus ſit, ſanguinem ipſum profundere parati eſſe debemus. Quamobrem cum quinto ab hinc anno ſacratiſſimi Iubilei celebritate conſecrato generale per vos Romæ Capitulum ageretur, cum in cæteris conſultationibus ſtudioſum me vobis, ac beneuolum Protectorem præbere conatus ſum; tùm verò in primis deliberationem ſuſceptam de edendis iterum antiquis Ordinis Conſtitutionibus ſummopere probaui, mihique pergratum fuit totius eius negotij onus in Patris veſtri Prioris Generalis humeros potiſſimum ex Capituli decreto reiectum fuiſſe, quem quidem conſtat opus id omni ſtudio, fide, diligentia Ordo vniuerſus tamquàm domus fundamento nitatur, obſeruari autem nequeant Leges, niſi cognoſcantur, vt autem cognoſcantur, eas præ manibus, ac præ oculis dies, noctesque, ſi fieri poſſit, habere oporteat: quis tàm eſſet rerum ignarus, qui non videret antiquis exemplaribus veſtrarum Legum, partim diuturno vſu contritis, partim vetuſtate conſumptis, omninò neceſſarium fuiſſe de noua editione cogitare, vt haberetis omnes libros, quaſi ſpecula ante oculos, ad quæ vitam, moreſque veſtros, vt par eſt, conformare, atque expolire poſſetis? Ac veteres quidem Codices, licèt olim, cùm fœl. record. Marcello Cardinali Ceruino Protectore vtebamini, qui deindè ad Summi Pontificatus Sedem euectus eſt, accuratè diſcuſſi, ac laudabiliter purgati fuiſſent, in eaque omnem ſuam

ope-

operam, ac diligentiam piæ mem: Hieronymus Seripandus Generalis tunc Ordinis Magiſter, ac poſtmodum in noſtrum Collegium aſcitus poſuiſſet: illi tamen ad rationem, & ſtatum eorum temporum apti forſan, his autem noſtris neutiquam ſimiliter accommodati reperiuntur. Tridentino enim œcumenico Concilio non celebrato tantùm, atque perfecto, ſed exequutioni mandato Optimorum Pontificum zelo ac pietate, ſubortis item nouis eorumdem Pontificum Sanctionibus non pauca inter veſtras veteres Conſtitutiones animaduerſa ſunt, quæ neque cum nouis Legibus Pontificijs cohærerent, & Decretis Concilij, quæ ſunt de reformatione, in nonnullis aduerſarentur. Hæc igitur vel ſola cauſa; præterea etiam vt totus Auguſtinianus Ordo, qui per omnes orbis terræ partes ſatis eſt Deo fauente numeroſus, per eaſdem iuſtitiæ ſemitas graderetur, non ad impreſſionem ſolummodò recentem veterum Conſtitutionum Ordinis; verùm etiam ad emendationem earumdem, & correctionem conſidentes in publico Capitulo Patres incitauit. Huic ſanè correctioni incubuit toto pectore Reu. Pater veſter F. Thaddæus Peruſinus, vniuerſi Eremitarum Ordinis Generalis Magiſter, Vir non minus ſcientia, quàm vſu rerum, & vitæ integritate inſignis, propter quas eximias animi dotes, ante omnes alios idoneus eſt à Capitulo iudicatus, qui hoc onus corrigendi dignè ſubire,

ac ſuſtinere poſſet. Et ille quidem aſcitis vnà ad eam curam nonnullis alijs familiæ ſuæ probis hominibus, & eruditis, perfecit opus tandem, Deo iuuante, quod ſuſceperat, & ſumma cum laude abſoluit. Cæterum, quia humanum iudicium, ſi ſibi ipſi plus nimio confidat, falli ſæpe numero ſolet, modeſtè ſimul, ac prudenter mecum idem Reu. Pater Generalis egit, vti de eiuſmodi emendatione ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Gregorium XIII. referrem, quem ego libenti animo, vti Protector veſter adiens, impetraui, vt volumen harum Conſtitutionum duobus Ampliſſimis Cardinalibus Alciato, & Iuſtiniano, alteri prudentiæ, alteri Theologiæ laude præſtantiſſimo, denuò conſiderandum, atque extrema manu emendandum traderet. Ergo cùm tandem poſt tot, ac talium Virorum diſcuſſiones opus ipſum magis, magiſque limitatum, ac perpurgatum accepiſſem, ne eius Protectionis, qua fungor officio, vlla ex parte deeſſem, iterum has examinatas, correctas, reformatas Conſtitutiones eidem Sanctiſſimo D.N. Gregorio obtuli, eiſque vt benedicere dignaretur, rogaui, ſicuti benignè APOSTOLICA AVCTORITATE BENEDIXIT; cuius benedictionis ea vis eſt, vt vniuerſus Auguſtinianæ Religionis Ordo, omneſque illius ſeu reformatæ, ſeu non reformatæ Prouinciæ, quas vocant, omneſque Congregationes, etiam de Obſeruantia nuncupatę, ſiue

intra

intra Italiam, ſiue extra Italiam, toto denique in Orbe terrarum, ſuperioribus quibuſcumque repudiatis, has ſolas, quæ nunc in lucem eduntur, pro veris & communibus Conſtitutionibus habere teneantur. Accipe igitur Ordo ampliſſime hilari, ac læto animo leges ſanctiſſimas, quarum tibi Doctor optimus Diuus Auguſtinus, Dux, Pater, ac Paſtor tuus, diuino Spiritu afflatus prima fundamenta poſuit, incrementa autem non per alios diuerſis temporibus facta ſunt, quàm per Viros ex tuo gremio doctrina, innocentia, dignitate præſtantiſſimos. Hæc ſunt inſtituta, Patres amantiſſimi, quibus ſtatus omnium veſtrum, quibus regimen, pax, quies, vtilitas, exiſtimatio, ſalus, & vita veſtra continentur. Hæ ſunt leges, quibus vos feliciſſimo illo die, quo ſacrum Religionis habitum induiſtis, inuiolabili Obedientiæ Voto, & iuriſiurandi vinculo obligaſtis. Hoc volumen in ſinu ferre, in manibus, in ore, in oculis laudabile fuerit, legere ſæpiùs, & relegere iucundum; ſeruari, & meditari perutile. Porrò vnum eſt neceſſarium, quæ hic ſcripta ſunt, opere & actione implere; Nimirum hæc vobis eſt iuſtitiæ ſemita, in qua Sapiens dicit eſſe vitam. Prou.12. 28. *Per hanc ſi gradiemini non declinantes neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram, proculdubio ad ſummæ illius Beatitudinis faſtigium peruenietis, de qua idem Salomon ait:* Qui cuſtodit legem beatus eſt. Prou.29. 18. *Beatos vos faciat Deus,*

b ſine

2.Cor.3.5. *ſine quo non modò perficere* , ſed ne cogitare quidem , *vt ait Apoſtolus*, poſſumus aliquid ex nobis, tamquám ex nobis . *Valete . Dat. Romæ IX.Kalend. Septembris Anno Chriſtianæ ſalutis M.D.LXXX.*

Iac.Card. Sabellus Protector .

Locus Sigilli ✠

Ioan. Baptiſta Truncius Secret.

FR.

FR. THADAEVS PERVSINVS
Ordinis Eremitarum S. Auguſtini
Prior Generalis indignus.

Venerabilibus & in Chriſto dilectis quarumcunque Prouinciarum, & Congregationum eiuſdem Auguſtinianæ familiæ Patribus, ac fratribus; Salutem.

C*VM in proximè præteritis vniuerſi Ord. noſtri comitijs ſacratiſſimo Iubilei Anno* 1575. *Romæ celebratis de edendis iterum antiquis Conſtitutionibus Ordin. ob exemplarium inopiam, quam totus fermè Ordo patiebatur, ad Patres in Diffinitorio congregatos retuliſſemus, viſum eſt grauiſſimæ ipſorum prudentia Conſtitutiones ipſas non priùs imprimendas eſſe, quàm iterum atque iterum examinarentur, & ſi quid corrigendum eſſet, corrigeretur, placuitque eiſdem Patribus huiuſmodi onus imprimendarum, corrigendarumque Conſtitutionum tali decreto (quod* 29. *eſt inter Romana decreta) in humeros noſtros reijcere, his ſcilicet verbis.* Et quoniam in Conſtitutionibus iam olim impreſſis multa ſunt quę aliqua correctione indigent, reiectum eſt onus hoc in humeros Reuerendiſſ. P. vt ipſe accerſitis duobus aut

tribus grauioribus Patribus, addat, minuat, corrigat, emendet prout ipſe expedire iudicabit, ita tamen vt quoad Ordinis eſſentialia, omnibus, æquè quod agendum ſit proponatur, & præcipiatur. Siqua verò Prouincia pręter eas quę in Conſtit. reformatis explicabuntur, alias velit Sanctiones habere, quæ magis ad regularis vitæ obſeruantiam, & carnis mortificationem facere videantur: modò prædictis Conſtitutionibus non aduerſentur, & à Reuerẽdiſſ. P. Generali approbatæ ſint, nõ prohibemus, immò admittimus, & magis, ac magis probamus.

Ad primam itaque huius operis aggreſſionem nonnullos diuerſarum Prouinciarum Ord. noſtri Patres adhibuimus, videl. Reu. P. Magiſtrum Alexium Genuen. totius Ord. Procuratorem, M. Aurelium Rocchen. ætate, prudentia, & Reuerendiſſ. P. Hieronymi Seripandi intima quondam familiaritate inſignem; M. Gentilem Peruſinum Conuentus noſtri Romani Priorem. M. Spiritum Vicentinum peregrinationis noſtrę in viſitandis vltramontanis Prouincijs perpetuum Comitem. M. Auguſtinum Cornetanum gymnaſij noſtri Romani moderatorem, M. Petrum Rojas Prou. Hiſpanię, M. Michaelem Salonium Valentinum Prou. Aragoniæ. M. Auguſtinum de Ieſu Prou. Portugalliæ M. Petrum de Aragon Prouinciæ Mexicanæ, Fr. Rodericum Chiaues Prouinciæ Peruanæ apud

In-

Indos Diffinitores; quorum ſimul opera & labore prædictas ord. noſtri aliàs impreſſas Conſtit. primùm euoluimus. Plurimis verò ex ſupra ſcriptis Patribus in Prouincias ſuas reuerſis, & Reu. ord. Procuratore ad Sutrinum. Nepeſinumque Epiſcopatum euecto, duo præſertim nobiſcum in hoc opere perficiendo inſudarunt, videl. Reu. P.M. Spiritus Vicentinus, qui Reuerendiſſ. Nepeſino Epiſcopo in generali Ord. procuratione ſucceſſit, & M. Auguſtinus de Ieſu Luſitanus tunc Portugalliæ Diffinitor, nunc verò Prouinciæ Germaniæ Præfectus, & Vicarius noſter Generalis: his namq; laborũ noſtrorum ſociis, atq; adminiſtris in examinandis, corrigendiſque huiuſmodi Conſtitutionibus, totum, atque integrum luſtrum inſumpſimus. Verùm ſuſcepti laboris cauſas, ne quis fruſtra aut temerè nos laboraſſe exiſtimet, quòad fieri poteſt breuibus explicemus. Primum quidem, vt initio dicebamus, in toto fermè Ordine deerant exemplaria, & pauca admodum Conſtitutionum volumina quibuſdam in locis ſupererant. Conquerebantur Prouinciarum Cænobiorumque Rectores, & legum noſtrarum Codices à nobis, vtpotè qui vniuerſo Ordini præeramus, veluti iure meritò exigebant. Negabant PP. diffinitorij rurſus imprimendas, niſi priùs corrigerentur. Itaque vt omnibus hac in parte ſatisfieret, ſubeundus nobis hic labor fuit. Et quidem in ipſis Conſtitutionibus non pauca

erant, quæ correctione aut moderatione aliqua indigerent, tunc propter ſucceſſiuam temporum varietatem, tum propter Oecumenicorum Conciliorum decreta, necnon Summorum Pontificum ſanctiones, quibus multa, nedum in Auguſtinen. Ord. verùm etiam in vniuerſa Chriſtiana Rep. quòad morum reformationem, immutata, atque innouata ſunt. Adde, quòd cùm nos primis fermè noſtri Magiſtratus initijs pleraſque Ord. noſtri Prouincias ex officio inuiſimus, quòad externos Ordinis ritus, & cæremonias ingentem, ac pene incredibilem diuerſitatem reperimus, quæ res magnam nobis cùm admirationem, tùm moleſtiam attulit. Vt quid enim vna ſub Regula & viuẽdi norma congregati, ſub vno item Auguſtino Parente, atque Inſtitutore, ſicut ſub vno Generali Ord. Preſide militamus, eiſdem, & firmis ſimiliter legibus vitæ, morumque noſtrorum arbitris, ac moderatricibus obſtringimur, ſi vnuſquiſque ſuum ſibi viuendi modum, ſuos ritus, ſuas cæremonias, ſuo arbitratu confingit, aut deligit? Turpe profectò, & indecorum maximè eſt, vnum atque idem Auguſtinianæ Reip. corpus in tam varias morum atque rituum rationes diſcindi. Huic igitur malo reformatis his legibus mederi, & ſociorum mores ad laudabilem quandam vniformitatem adducere, Deo adiuuante, ſperamus. Quamuis enim in hac vita, & morum diuerſitate extrudenda

Digitized by Google

Prædeceſſores noſtri plurimũ laborauerint, præſertim verò recolendæ memoriæ Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus P. Hieronymus Card. Seripandus, dum Generalis Magiſterij officio fungeretur; id tamen vel temporum iniuria, vel incuria Miniſtrorum haud plenè conſecutus eſſe videtur; Sed & nos cùm huic eidem operi perficiendo manum admouiſſemus, offendimus in his Conſtitutionibus multa confusè, & inordinatè poſita, quædam inaniter repetita, pleraque etiam ſuperflua, vtpote parum huic tempeſtati congrua, cùm interim multa deeſſent, quæ, & temporibus noſtris accommodata, & ad rectam Ordinis gubernationem maximè neceſſaria viderentur, non pauca denique quæ moderatione aliqua indigebant. Quare in his Conſtitutionibus de integro imprimendis præter ordinem, quem diligenter vbique obſeruari curauimus, multa adiecimus, quæ deerant, quædam ſuſtulimus, quæ ſupererant, nonnulla correximus, & moderati ſumus, quæ correctionem, & moderationem exigebant. Verùm ne noſtro ſenſu, & arbitratu id egiſſe iudicaremur, Apoſtolicam etiam Sedem ſuper hoc conſulendam eſſe duximus, & S.D.N. Gregorij XIII. iuſſu duobus ſapientiſſimis, ac prudentiſſimis Viris, eiſdemque illuſtriſſ. atque Reuerendiſſ. S. Romanæ Eccleſiæ Card. D. Franciſco Alciato vtriuſque iuris conſultiſſ. & D. Vin-

Vincentio Iuſtiniano Theologo peritiſſimo, qui etiam, antequam ſublimi, Cardinalitia dignitate ornatus eſſet, Ampliſsimũ Prædicatorum Ordinem ſumma virtute,ac prudentia pluribus annis rexerat, id negotij demandatum fuit, vt ſcilicet has à nobis priùs examinatas reformataſque Conſtitutiones ipſi rurſus inſpicerent, examinarent, & grauiſſima ipſorum cenſura caſtigarent. Qui quidem Principes Viri omnia, & ſingula diligentiſsimè conſiderantes & minutiſsima quæque ſemel atque iterum perpendentes, quas hoc volumine nuper impreſſas videtis noſtri Ordinis Conſtitut. Nobis hunc in modum correctas, atque emendatas reddiderunt; Quibus etiam ab Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo D. totius Ord. Protectore beneficentiſsimo D. Iacobo Cardinale Sabello, Summo Pontifici oblatis, ſua Sanctitas benedixit. Cùm autem nos id operis, & laboris ſuſceperimus, vt huiuſmodi leges, & ſanctiones in vniuerſo Auguſtinen. Ordine obſeruentur, atque executioni mandentur, & quemadmodum nobis omnibus vna atque eadem viuendi ratio eſt, vnum atque idem inſtitutum, eadem viuendi regula, idem Pater, & Paſtor, iiſdem etiam legibus vtamur, iiſdem Conſtitutionibus pareamus, iiſdem moribus, atque ritibus viuamus & Altiſsimo famulemur, rogamus, & obſecramus omnes in Domino Ie-

ſu,

ſu , & per Sanctiſſ. P. Auguſtini merita obteſtamur , vt has inſtauratas , ac reformatas Conſtitut. libenti animo hilarique vultu ſuſcipiatis , & quod in ipſis præcipitur, ſollicitè præſtare curetis . Ditet vos Dominus largiſsimo ſuæ gratiæ dono , quo & vocationi veſtrę reſpondere , & paratam ſeruis ſuis mercedem , æternam ſcilicet beatiſsimamque in cœlis vitam promereri poſsitis . Valete in Domino .

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

I. de Ang. Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Ioſeph Clarionus Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Reuerendiſs. P. F. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Apoſt. Pal. Mag. Socius Ord. Præd.

Digitized by Google

INCIPIT REGVLA
S. P. N. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris eximij.

CAP. PRIMVM.

De Charitate Dei & proximi: De vnitate cordium, & communitate rerum.

§. 1. ANTE omnia, fratres chariſſimi, diligatur Deus, deinde proximus, quia iſta præcepta ſunt principaliter nobis data. Hęc igitur ſunt, quę vt obſeruetis pręcipimus in monaſterio conſtituti. Math. 22. 37. & 39.

§. 2. Primum propter quod in vnum eſtis congregati: vt vnanimes habitetis in domo: & ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo.

§. 3. Et non dicatis aliquid proprium: ſed ſint vobis omnia communia. Et diſtribuatur vnicuique veſtrum à Prępoſito veſtro victus & tegumentum, non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: ſed potiùs vnicuique ſicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apoſtolorum: Quia erant illis omnia communia, & diſtribuebatur vnicuique, ſicut cuique opus erat. Act. 4. 32.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Qui aliquid habebant in ſæculo quando ingreſſi ſunt monaſterium, libenter velint illud eſſe commune. Qui autem non habebant, non ea quærant in monaſterio, quæ nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati, quod opus eſt tribuatur: etiamſi paupertas eorum, quando foris erant, nec ipſa neceſſaria poterat inuenire: tamen non ideò ſe putent eſſe felices, quia inuenerunt victum, & tegumentum, quale foris habere non potuerunt.

CAPVT II.

De Humilitate.

§. 1. NEc erigant ceruicem, quia ſociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, ſed ſurſum cor habeant,& terrena vana non quærant:ne incipiãt monaſteria diuitibus eſſe vtilia,nõ pauperibus,ſi diuites illic humiliantur,& pauperes illic inflantur.

§. 2. Rurſus etiam illi,qui aliquid videbantur eſſe in ſæculo, non habeant faſtidio fratres ſuos,qui ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt. Magis autem ſtudeant, non de parentum diuitum dignitate, ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari. Nec extollantur,ſi communi vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint: nec

de

Digitized by Google

de ſuis diuitijs magis ſuperbiant, quia eas ipſi monaſterio partiuntur, quàm ſi eis in ſæculo fruerentur. Alia quippe quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant, ſuperbia verò etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Et quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus, & pauperem fieri, cùm anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, quàm fuerat poſſidendo?

§. 3. Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem Deum, cuius templa facti eſtis.

CAPVT III.

De Oratione, & ieiunio.

§. 1. ORationibus inſtate horis & temporibus conſtitutis. In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit; vt ſi fortè aliqui etiam præter horas conſtitutas, ſi eis vacat, orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.

§. 2. Pſalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Et nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum. Quod autem non ita ſcriptum eſt, vt cantetur, non cantetur.

§. 3. Carnem veſtram domate ieiunijs; & abſtinentia eſcæ & potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliquis non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cùm ægrotat.

CAPVT IV.

De refectione vtriuſque hominis.

§ 1. CVm acceditis ad menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundùm conſuetudinem legitur ſine tumultu & contentionibus audire: ne ſolæ vobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum.

§. 2. Qui infirmi ſunt ex priſtina conſuetudine, ſi aliter tractantur in victu, non debet alijs moleſtum eſſe, nec eis iniuſtum videri, quos fecit aliqua conſuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia ſumunt quod non ſumunt ipſi: ſed ſibi potiùs gratulentur, quia valent quod non valent illi.

§. 3. Et ſi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monaſterium, aliquid alimentorum, veſtimentorum, operimentorumve datur, quod alijs fortioribus, & ideò felicioribus non datur, cogitare debent, quibus non datur, quantùm de ſua ſæculari vita

ta illi ad iſtam deſcenderint, quamuis vſque ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire non potuerint.

§.4. Nec debent velle omnes, quod paucos vident ampliùs, non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere: ne contingat deteſtanda peruerſitas, vt in monaſterio, vbi quantum poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiant pauperes delicati.

CAPVT V.

De infirmis curandis.

§.1. SAnè quemadmodum ægrotantes neceſſe habent minùs accipere, ne grauentur: ita & poſt ægritudinem ſic tractandi ſunt, vt citiùs recreentur: etiamſi de humillima ſæculi paupertate venerint: tamquàm hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior conſuetudo. Sed cùm vires priſtinas reparauerint, redeant ad feliciorem conſuetudinem ſuam, quæ Famulos Dei tantò amplius decet, quantò minus indigēt. Nec cibi eos teneat voluptas iam vegetatos, quos neceſſitas leuarat infirmos: illos ſanè exiſtiment ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate fuerint fortiores: meliùs eſt enim minùs egere, quàm plus habere.

CA-

CAPVT VI.

De Habitu exteriori, & interiori.

§. 1. NOn ſit notabilis habitus veſter: nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.

§. 2. Quando proceditis, ſimul ambulate: cùm veneritis, quò itis, ſimul ſtate. In inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus veſtris, nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.

§. 3. Oculi veſtri, etſi iaciantur in aliquam feminarum, figantur in nullam: neque enim quando proceditis, feminas videre prohibemini: ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle, criminoſum eſt. Nec ſolo tacito affectu, ſed affectu quoque & aſpectu appetitur, & appetit concupiſcentia feminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. Et cùm ſe inuicem ſibimet, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo corda nunciant impudica, & ſecundùm concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. Nec

Math. 5. 28.

pu-

putare debet, qui in feminam figit oculum, & illius in ſe ipsũ diligit fixũ, ab alijs ſe non videri, cùm hoc fecerit: videtur omninò, & à quibus ſe videri non arbitratur.

§. 4. Sed etſi lateat, & à nemine hominum videatur, quid faciet de illo deſuper Inſpectore, quem latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt non videre: quia tantò videt ſapientiùs, quantò patientiùs? Illi ergo, vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit feminæ malè placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit feminam malè videre, Illius namque in hac cauſa commendatus eſt timor, vbi ſcriptum eſt: *Abominatio eſt Domino defigens oculum.* Ezech. 20. 8.

§. 5. Quando ergo ſimul eſtis in Eccleſia, & vbicunque feminæ ſunt, inuicem veſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis.

CAPVT VII.

De Correctione fraterna.

§. 1. ET ſi hanc, de qua loquor vobis oculi petulantiam, in aliquo veſtrum aduerteritis, ſtatim admonete, ne malè cœpta progrediantur, ſed de proximo corrigantur. Si autem poſt admonitionem iterum, vel

alio quocunque die idipſum eum facere videritis, iam velut vulneratum ſanandum prodat quicunque hoc potuerit inuenire. Priùs tamen eſt alteri, vel tertio demonſtrandum, vt duorum, vel trium poſſit ore conuinci, & competenti ſeueritate coerceri.

§. 2. Nec vos iudicetis eſſe maleuolos, quando hoc indicatis: magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod velit occultari, dũ timet ſecari, nonne crudeliter à te ſileretur, & miſericorditer indicaretur? quantò ergo potiùs eum debes manifeſtare, ne deteriùs putreſcat in corde?

§. 3. Sed antequam alijs demonſtretur, per quos conuincendus eſt, ſi negauerit, priùs Præpoſito debet oſtendi, ſi admonitus neglexerit corrigi: ne fortè poſſit ſecretiùs correctus non innoteſcere ceteris. Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi ſunt alij, vt iam corã omnibus poſſit non ab vno teſte argui, ſed à duobus vel tribus conuinci.

§. 4. Conuictus verò ſecundùm Prępoſiti, vel etiam Presbyteri, ad cuius diſpenſationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam ſubire vindictam: quam ſi ferre recuſauerit, etiam ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur: Non enim

enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimos perdat.

§. 5. Et hoc, quod dixi de oculo non figendo, etiam in cęteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandiſque peccatis diligenter & fideliter obſeruetur cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

§. 6. Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè ab aliquo literas vel quodlibet munus acceperit, ſi hoc vltrò confiteatur, parcatur illi,& oretur pro eo: ſi autem deprehenditur atque conuincitur, ſecundùm arbitrium Presbyteri, vel Præpoſiti grauiùs emendetur.

CAPVT VIII.

De Cuſtodia rerum Communium.

§. 1. VEſtes veſtras in vnum habeatis ſub vno Cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, ne à tinea lędantur. Et ſicut paſcimini ex vno cellario, ſic induamini ex vno veſtiario. Si fieri poteſt ad vos non pertineat, quòd vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur, vtrùm hoc recipiat vnuſquiſque quod depoſuerat, an aliud quod alter habuerat, dum tamen vnicuique,

Digitized by Google

prout cuique opus eſt non negetur.

§. 2. Si autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriuntur, & conqueritur aliquis deterius ſe accepiſſe, quàm priùs habuerat: & indignum ſe eſſe, quòd non ita veſtiatur, vt alius frater veſtitur; hinc vos probate quantum vobis deſit in illo interiori ſancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen ſi veſtra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis quod poſueratis, in vnum tamen locum ſub communibus Cuſtodibus habete quod ponitis. Ita ſane, vt nullus ſibi aliquid operetur: ſed omnia opera veſtra in vnum fiant maiori ſtudio, & frequentiori alacritate, quàm ſi vobis ſinguli propria faceretis.

1.Cor.13.5 §. 3. Charitas enim, de qua ſcriptum eſt, quòd *non querit, quæ ſua ſunt*, ſic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit: & ideò quantò ampliùs rem communem, quàm propriam curaueritis, tantò vos ampliùs proficere noueritis, vt in omnibus quibus vtitur tranſitoria neceſſitas ſupereminεat, quæ permanet charitas.

§. 4. Conſequens ergo eſt, vt etiam cùm quis ſuis filijs, aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus in monaſterio conſtitutis, aliquam contulerit veſtem, ſiue quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum;

non

non occultè accipiatur, ſed ſit in poteſtate Prępoſiti, vt in rem communem redactum, cui neceſſarium fuerit præbeatur.

§. 5. Quòd ſi aliquis rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.

CAPVT IX.

De munditia veſtium & Corporum.

§. 1. INdumenta veſtra ſecundùm arbitrium Præpoſiti lauentur: ſiue à vobis, ſiue à fullonibus: ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ veſtis nimius appetitus.

§. 2. Lauacrum etiam corporis, cùm infirmitatis cogit neceſſitas, minimè denegetur; fiat tamen ſine murmure de conſilio medici, itaut etiam ſi nolit, iubente Præpoſito, faciat quod faciendum eſt pro ſalute. Si autem velit, & fortè non expedit, ſuę cupiditati non obediatur; Aliquando enim etiamſi noceat, prodeſſe creditur quod delectat. Denique ſi latens eſt dolor in corpore famulo Dei dicenti quòd ſibi doleat, ſine dubitatione credatur: Sed tamen vtrùm ſanando illi dolori quod delectat expediat; ſi non eſt certum, medicus conſulatur.

§. 3. Nec eant ad balnea, ſiue quocumque

que ire neceſſe fuerit, minùs quàm duo, vel tres. Et ille qui habet aliquo eundi neceſſitatem, cum quibus Præpoſitus iuſſerit, ire debebit.

§. 4. Ægrotantium cura, ſiue poſt ægritudinem reficiendorum, ſiue aliqua imbecillitate etiam ſine febribus laborantium, vni alicui debet iniungi: vt ipſe de cellario petat, quod cuique opus eſſe proſpexerit.

§. 5. Siue autẽ, qui cellario, ſiue qui veſtibus, ſiue qui codicibus præponuntur ſine murmure ſeruiant fratribus ſuis.

§. 6. Codices certa hora ſingulis diebus petantur: extra horam qui petierit, non accipiat.

§. 7. Veſtimenta verò, & calceamenta quando indigentibus fuerint neceſſaria dare non differant, ſub quorum cuſtodia ſunt, quæ poſcuntur.

§. 8. Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis; ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animam faciat
1. Ioan. 3. 15. homicidam, ſic enim legitis: *Qui odit fratrem ſuum homicidas eſt.*

CA-

CAPVT X.

De venia poſtulanda, & offenſa remittenda.

§. 1. QVicunque conuitio, vel maledicto Vel etiam criminis obiectu aliquẽ læſerit, meminerit ſatisfactione quantociùs curare quod fecit: & ille qui læſus eſt ſine diſceptatione dimittere. Si autem inuicem ſe læſerint, inuicem ſibi debita relaxare debebunt propter orationes veſtras, quas vtique quantò crebriores habetis, tantò ſanctiores habere debetis.

§. 2. Melior eſt autem, qui quamuis ira ſępè tentetur, tamen impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quàm qui tardiùs iraſcitur, & ad veniam petendam tardiùs inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi inde non proijciatur. Proinde vobis à verbis durioribus parcitę: quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta vnde facta ſunt vulnera.

§. 3. Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis vos dicere dura verba compellit, ſi etiam ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, vt

à vobis ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimiùm ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas: ſed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio.

CAPVT XI.

De Obedientia.

§. 1. PRæpoſito tamquàm Patri obediatur; multo magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit.

§. 2. Vt ergo cuncta iſta ſeruentur, & ſi quid ſeruatum minus fuerit, non negligenter prætereatur, ſed vt emendandum, corrigendumque curetur, ad Præpoſitum præcipuè pertinebit vt ad Presbyterum, cuius eſt apud vos maior authoritas, referat quod modum, vel vires eius excedit.

§. 3. Ipſe verò qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante; ſed charitate ſeruiente felicem.

§. 4. Honore coram vobis Prælatus ſit vobis, timore coram Deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris. Circa omnes ſeipſum bono-

rum.

rum operum præbeat exemplum. Corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes. Diſciplinam libens habeat: metuendus imponat: & quamuis vtrumque ſit neceſſarium, plus tamen à vobis amari appetat, quàm timeri, ſemper cogitans Deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem. Vnde vos magis obediendo non ſolùm veſtri, ſed etiam ipſius miſeremini, qui inter vos, quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo maiori verſatur.

§. 5. Donet Dominus, vt obſeruetis hæc omnia tamquàm ſpiritualis pulchritudinis amatores: & bono Chriſti odore de bona conuerſatione fragrantes; non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti.

CAPVT XII.

De iugi meditatione Regulæ.

§. 1. VT autem vos in hoc libello, tamquàm in ſpeculo poſſitis inſpicere: ne per obliuionem aliquid negligatis, ſemel in ſeptimana vobis legatur. Et vbi vos inueneritis ea, quæ ſcripta ſunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori: vbi autem ſibi quicunque veſtrum

vi-

viderit aliquid deeſſe: doleat dę præterito, caueat de futuro: orans, vt ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

Explicit Regula Beati Patris noſtri Aurelij Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, & Eccleſię Doctoris eximij.

EX-

EXPOSITIO

VEN. SERVI DEI

P. ALPHONSI AB OROZCO

Prouinciæ Caſtellæ Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini,

Caroli V. Imperatoris, ac Philippi II. Hiſpaniarum Regis à Concionibus

SVPER REGVLAM EIVSDEM

S·P·AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI,

& Eccleſiæ Doctoris eximij.

PROLOGVS.

CVM breuem dederimus methodum, qua in Chriſto Ieſu fratres rectè in Religione, ad quam eos Deus vocauit, vt ipſi inſeruirent ipſumque amarent (verè renunciantes mundo) viuere ſciant: nunc Regulam D.P.N. Auguſtini, quam profeſſi ſunt, exponimus. Quæ agere tenemur ſcire multùm intereſt: in magnos enim propter ignorantiam errores labimur;

bimur ;

Digitized by Google

bimur; nec in iſto caſu culpam ignorantia minuit, ſed aggrauat, & vt dicit Scriptura:
1. Cor. 14. 38. *Si quis ignorat, ignorabitur*; ideſt, quia, quæ agere tenemur ſcire non curamus; ideò tempore retributionis Dominus dicet: *neſcio vos*, vt Virginibus illis fatuis reſponſum
Matth. 25. 12. eſt. Attendant fratres in Chriſto: qui ſine regula ędificat, malè protrahit opus, & Religioſus, qui ſuam non benè Regulam callet, eamque non pluries legit attentè, perfectus eſſe non poterit. Sine regula papyracea ſcribere addiſcens puer lineas producit obliquas: & recens in ordine frater, niſi ſuę ęſtimet obſeruantiam Regulæ, vagus, tepidus viuet, atque obliquus. Sicut tandem multa ſunt ædificia, quæ rectè videntur elata, & tamen ſi librentur, vna ex parte inclinare cognoſcuntur, vnde eis periculum imminet: ita quamuis bona fratri ſua videantur opera, ſi tamen Regula iſta Patris noſtri metiantur, in melius mutari poſſe comperies. Regula hec Apoſtolica eſt, à magno Doctore iuxta Euangelium, & normam Apoſtolicam præſcripta, & à Summis approbata Pontificibus, quam qui ſequuti ſunt Religioſi, omni ex parte perfecti fuerunt, vt ex Sanctorum vitis Ordinis noſtri, quas ſcripſimus, & ex innumeris Religionibus, quæ eam profitentur, planè agnoſcitur. Ex cor-

corde igitur eam diligant fratres, & ſit ipſis veluti ſpeculum, in quo ſuos quotidie defectus aſpiciant. Talibus monitis eorum proficiet anima gratia Ieſu Chriſti.

CAPVT I.

Ante omnia, fratres Chariſſimi, diligatur Deus, deinde proximus.

PRIMVM ac præcipuum, quod in hoc capite Pater & Præceptor noſter Religioſos ſuos admonet, eſt Euangelium ſeruare: nam conſiliorum cuſtodia à pręceptorum obſeruantia pendet: Et quia perfectis viris Euangelica conſilia expedit adimplere, & Religionis vita ad perfectam vitam tendit, ideò hic pręſcribitur vt Deum ac proximũ diligamus; quatenus ex hoc (ad quod omnes tenentur Chriſtiani) Religioſi ad altiorem vitam, Apoſtolicam videlicet, in qua non ſolum præcepta, verum etiam conſilia exequenda ſunt, conſcendamus.

2. Non inquit, quòd iſta ipſe nobis dat præcepta, ſed quòd iam per manum data ſunt Omnipotentis Dei, ac per Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum omnium ad exemplum explanata & operata. Hæc eſt ſum-

Digitized by Google

Matth. 22. 40. ſumma totius Religionis Chriſtianæ: *& in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ*; Immò *qui diligit proximum legem impleuit*, aiebat Apoſtolus.

Ad Rom. 13.8.

3. Vnde planè liquet quanta ſit excellentia & firmitas huius Regulæ, quam S. Doctor noſter exarauit, quippe qui illam ſuper tale fundamentum erexit, firmiter ſtabiliens ſuper iſta Euangelij præcepta, amorem Dei & proximi, quidquid in ea præſcripſit ac tradidit. Igitur quemadmodum Bellator aliquam ſubiugans Ciuitatem illud ei imponit Tributum, quod ſibi ſolui vult in compenſationem laborum & expenſarum, ſic Redemptor noſter ſuum pretioſum expendens ſanguinem, honorem perdens, & vitam in Crucis patibulo pro nobis tradens, inquit: *Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*. Hoc idem

Ioan. 13. 34. ſuaue Tributum & Cenſum noſter nobis imponit Pater, dum ait: *ante omnia diligatur Deus, deinde proximus*.

Tri-

Primum propter quod in vnum eſtis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & ſit vobis anima vna, & cor vnum in Deo.

1. DEinde nobis oſtendit finem, ob quem ſumus in Religionem vocati, nempe, non vt vno ſolùm veſtis genere induamur, in vna menſa comedamus, in vno Choro ad orandum congregemur, & in exterioribus omnibus adunemur. Non iſte finis eſt noſtræ Religionis, ſed vt corde & ſpiritu vnum ſimus, inuicem nos in Domino diligentes.

2. Vita communis perfecta eſt, & vtilis valde, ideòque dixit Dominus; *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*. Quantò ergo potiùs ſocietatis ſuæ beneficium præſtabit integro Religioſorum Cœnobio, vbi tot ſunt Serui eius Maieſtatis? & ſi duos Diſcipulos Reſurrectionis die triſtes ambulantes aſſociatus eſt & conſolatus, adimplens eis promiſſionem hanc, cur nobis non aderit in Religione, ſi vnum ſimus amore & charitate? Math. 18. 20. Lucæ 24. 17.

3. Sufficiat ad cognoſcendam magnam communis vitæ vtilitatem, quòd ſi Deus in Regione Pentapolim decem Iuſtos (qui Cœtus fuiſſet ſatis paruus) reperijſſet, Ciuita- Gen. 18. 32.

tes

tres Sodomæ, & Gomorræ flammis non tradidiſſet. Hic notandum eſt, quòd Fundatorum Ordinum ſcopus erat Imaginem quandam primitiuę Eccleſiæ ſuſcitare, in qua
Act. 4. 32. *multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*. Et quia eorum, quæ poſſidebant, *nullus aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia*: Ideò Præceptor noſter nos velut paruulos ad Ordinis Tyrocinium venientes modum loquendi edocet dicens.

Non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.

1. SI in Platonis Republica non niſi ob ſolum pacis bonum huiuſcemodi locutionis adeò præualebat vſus, quantò potiùs in Ieſu Chriſti Domo ad obtinendam animi tranquilitatem, ſequendamque egenorum Patris paupertatem, hic loquendi modus debet vſitari? *Meum ac tuum* non erit in Cælo, ſed omnia ibi communia erunt. Vitam illam imitamus, & ideò, vt ea illic viuamus, hic nihil poſſidendo, nec adhuc proprium aliquid dicendo, probamur, & exercitamur.

2. Terribilis eſt pœna, quæ proprietarijs contrarium exequentibus minitatur, iuxta illud, quod de Anania & Saphira legimus

mus in Apoſtolorum Actibus: fraudauerunt iſti de pretio agri, quem vendiderant, ſimulando ſe totum pro Chriſto ad Apoſtolorum pedes relinquere, cùm tamen partem quandam ad ſubueniendum ſuis neceſſitatibus occultè retinuiſſent; ideòque ante pedes Petri, eorum ſimulationem exprobrantis, infelices ac miſeri perierunt; & inde ad ſepulchrum eos extulerunt. Act. 5. 1.

3. Verum eſt, quòd ſiquis aliquid inaduertenter & indeliberatè proprium diceret, contra paupertatis votum non ageret; ſed ſi aliquod, qualecumque ſit, tamquàm proprium poſſideret, magnum peccatum committeret, & qui hoc perpetraret, non Religioſus ſed Iudas in Ordine deberet exiſtimari. Attendant ergo Religioſi, quòd omnibus propter Dominum renunciarunt, non paruis adhęreant, veſtium, librorum, Imaginum, aliorumque ſimilium pretioſum ornatum nimis amantes: non enim poteſt parum appellari, quod cor noſtrum detinet, & illud à Deo remouet.

4. Si igitur Religioſus agnoſcere velit quid ipſi pręcipiatur illis verbis: *Sint vobis omnia communia*; ſciat id eſſe, vt nihil abſque Superioris licentia à ſubdito habeatur, nihil extra Ordinem largiatur, nihil ſine Superioris voluntate recipiatur. Hinc intelligent Prelati, quàm malè operentur, dum 6. p. Conſt. cap. 9.

 ſibi

ſibi ſubditis facultatem concedunt ad Depoſitum aliquod ſęcularibus in cuſtodiam tradendum: nam etſi prædicti ſubditi à proprietatis nota cenſeantur immunes, non ita à peccato, ſicut nec Pręlati prædictam licentiam eis tribuentes: Etenim poteſtas Superioribus conceſſa tantùm *eſt in ædificationem, & non in deſtructionem*. Et cùm votorum obſeruantia ſit à Iure Diuino, in nullo eorum habent Prælati diſpenſandi facultatem.

2. Cor. 13. 10.

Et diſtribuatur vnicuìque veſtrum, ſicut cuique opus fuerit.

1. HIc pręcipitur, quòd ad Apoſtolorum exemplar, à quibus ex communibus bonis *diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat*, Prælatus vnicuique ſubditorum tribuat, non quod Carnalis eius voluntas appetit, ſed quod neceſſitas indiget. Hæc verò indigentia menſuranda eſt per rationis dictamen, & non per appetitum ſenſualitatis, cui mille non deſunt prętextus ad plus ſemper inhiandum.

Act. 4. 35.

2. Cùm autem ille verè pauper nuncupetur, qui in omnibus neceſſitudinem patitur; Religioſus, qui plus ſuſtinuerit, & conamen maius adhibuerit vt parciùs vitam degat, pauper ſpiritu perfectior erit. Vnum eſt

eſt hac in re certamen valdè laudabile, videlicet, quòd Prælatus in ſubditis ſubueniendis adeò inuigilet, vt nihil eis deſit ex neceſſarijs, & quòd ſubditi rerum omnium temporalium immemores, ſolinſque Dei amoris ac obſequij anxij, ſtudeant, vt in victu & veſtitu plures pro Domino indigentias perpetiantur. O quanti lucri & emolumenti nobis eſſet iſta permutatio! Enixè laborandum nobis eſt ad hunc perfectionis gradum peruenire, ſine quo Mariæ vita quieta, ſedata, & ſoli contemplationi mancipata obtineri non poteſt.

3. Multùm nobis Dominus fauet in eo, quòd Prelati noſtri vitam exerceant Marthæ; nos itaque eam ſolummodò partem, quæ nobis contigit, amplectamur, omnium incurioſi, & Mariç quietem ac contemplationem ad pedes dulciſſimi Ieſu imitantes. Hoc eſt incipere humiliter contemplari eius ſacratiſſimam humanitatem, vt illinc anima noſtra mirabili lętitia & gaudio ad altitudinem eleuetur eiuſdem Diuinitatis.

Superbia vero etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant.

1. Admonemur tandem in hoc capite, vt à ſuperbia caueamus, nam ipſa eſt, quæ bonis ſe omnibus opponit operi-

bus. Quid proderit diuiti ſuas contemnere opes, pauperem fieri, & pauperibus Religioſis conſociari, ſi anima illius ſuperbior & elatior reddatur temporalium bonorum renunciatione, quàm eorum in ſæculo poſſeſſione? meliùs eſt temporalibus diuitijs abundare, vt antiquitùs Dei Patriarchæ & Prophetę abundabant, & plures modò Chriſtiani, retenta humilitate; quàm argento ac auro carere, & ſuperbia ac vanitate tumeſcere.

2. Diues Iob erat, & tamen Deum alloquens, *Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri*, humiliter aiebat. Abraham locuples erat, verumtamen, *Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis*, profunda animi demiſſione dicebat. Cùm igitur ſuperbia ſit veluti tinea, quæ in pretioſiori Coccino generatur, ſuadet hìc Preceptor noſter diuitibus & nobilibus tranſmeantibus à ſæculo ad Monaſterium ſe ipſos humiliare, vt in egenorum ac humilium contubernio mereantur ſpiritualium diuitiarum prę mij comparticipes fieri, quod à Deo in ęterna vita retribuendum promittitur, & adhuc in iſta miſericorditer elargitur.

Iob. 30.19.
Gen. 18.27.
Math. 5.3.

Hono-

Honorate in vobis Deum inuicem, cuius Templa facti eſtis.

1. OB eandem rationem modò finem imponit dicens, vt nos inuicem honoremus, quippe qui ſumus *Templum Dei viui*. Efficaciſſima eſt iſta conſideratio, vt omnis ſuperetur elatio,& vt fratres noſtros, in quibus Deum eorum ac noſtri Creatorem, omniumque Redemptorem honoramus, accuratè magnipendamus. Semper Deus hominem magnifecit, & voluit, vt vnuſquiſque noſtrum proximum ſuum honoraret, tamquàm opus Diuinis manibus factum, & ad imaginem & ſimilitudinem eius Creatoris efformatum. Aſt poſtquàm Deus humanitatem noſtram aſſumpſit,eamque mirabiliter exaltauit, non ſolùm vetat, ne eam verbis grauiter iniuriemur, minans nobis in Euangelio: *Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit Gehennæ ignis*: Verùm etiam ibi docet, vt nec *tu* ei in contemptum dicamus. *Qui autem dixerit* (inquit) *fratri ſuo raca, reus erit concilio*.

2.Cor.6. 16.

Math. 5. 22.

2. Primitùs itaque Deus volebat,vt hominem honoraremus, Imaginem ipſius Dei magni habendo; nunc autem vult, vt eundem hominem propter aliud maximum motiuum valde æſtimemus, videlicet, quia

ipſemet Deus homo factus eſt. Pater noſter ſententiam prædictam deſumpſit ex illo
2.Cor.6. 16. Pauli: *Vos enim eſtis Templum Dei viui ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos.* In omnibus Creaturis per eſſentiam, præſentiam, & potentiam adeſt intimè Deus; at in ſolis Angelo, & Homine inhabitat per gratiam, & amorem, quę dignitas ſe ſola excellens eſt ac ſublimis.

3. Quod Mundus honorem appellat aut vrbanitatem, nos in Religione vocamus humilitatem, ad quam ſpectat omnes magnifacere, & omnes veluti fratres habere: Siquidem Chriſti fide, habitu, & profeſſione omnes verè fratres ſumus: Immò & monitionem quandam ex humilitatis ſchola, nempe charitate deductam nobis dat Apo-
Rom.12. 10. ſtolus, dum vt verus humilis inquit: *Charitate fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuenientes.* Prçuenire vnumquemque alterum honore & vrbanitate eſt contendere ſuper priùs humiliari, vt hoc modo alterum prouocet ad humilitatem.

4. Hęc eſt ſancta ęmulatio, inuigilare in ſuperandis alijs humilitate, & toto cor-
Ioan.3.30. de dicere, quod de Saluatore noſtro aiebat Baptiſta: *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Vrbanitatem hanc intendit ſuadere
Ethic. 1. cap. 5. Philoſophus, dum inquit: *Honor eſt in hono-*

rante

rante. Non benè penetrant arcanum iſtud ſuperbi, exiſtimantes ſe multum præſtare, dum proximos honorant: Cùm verè qui alterum honorat, ſe ipſum afficiat honore. Ita ab omnibus de humilitate laudatur, qui ſe proſternit alteri: & exaduerſo de ſuperbia & inflatione obiurgatur & exprobratur, qui nullum reueretur aut veneratur.

CAPVT II.

Orationibus inſtate horis, & temporibus conſtitutis.

1. CVm Monaſterium Domus orationis ſit, Iſaia ſic illud appellante: *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis Populis*. Æquum eſt, Religioſum præcipuum munus ſuum adimplere, quod eſt orare, & quia hoc debet eſſe valdè aſſiduè, modò admonemur, orationibus abſque laſſitudine inſtare horis & temporibus conſtitutis. Magnum, ac ſublimis dignitatis eſt quodlibet Monaſterium, ſiquidem vocatur domus orationis, locus cum Deo ſermocinationis, & Aula cum Angelorum Creatore collocutionis. Iſai. 56. 7.

2. Itaque ſi multùm Saluator noſter iratus eſt contra eos, qui columbas in Templo vendebant, & ad ſacrificia emebant, dicens

eis, quòd Templum Dei latronum ſpeluncam fecerant,& Domus Domini prophanata erat: valdè timere debent Religioſi, ſi per Monaſterium vagantur, & de Cella in Cellam perambulantes, detrahunt ſuis fratribus, ne eis quod Templi negotiatoribus, dicat Dominus; *Domus mea domus orationis*
Math. 21. 13. *vocabitur: Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.*

3. Oratio fortiſſimum eſt contra Satanę tentationes ſcutum, vndè Apoſtolis in horto dixit Dominus: *Vigilate, & orate, vt*
Math. 26. 41. *non intretis in tentationem.* Arma eſt, quam timet Amalec Satanas, Ideòque dum Moyſes orabat in monte, *Cùm leuaret manus, vincebat Iſrael; ſin autem paululùm remiſiſ-*
Exod. 17. 11. *ſet, ſuperabat Amalec.* Qui autē orationem deſinit, arma dimittit, quibus victurus eſt. Qui ceſſat orare, ſuis fauet inimicis, & eſt ſimilis ei, qui manus dans eas permittit ligari: *Oportet ergo ſemper orare, & non defice-*
Lucæ 18. 1. *re,* vt ait Dominus.

4. Semper orat, qui Deum ſemper diligit, & ſemper contemplatur, cuius cor ad æterna & cæleſtia eleuatur: tandem ſemper eſt in oratione, qui nunquam omittit de Deo loqui, & libros ſpirituales legit, ac proba & vtilia exercet. Bona eſt oratio vocalis, ſiquidem nos excitat ad mentalem; ſed quæ plus debet æſtimari eſt ora-

tio mentalis, qua anima noſtra adeò altè euolat, vt vnus ſpiritus cum ſuo Creatore fiat. Multum etiam valet oratio mixta ex vocali & mentali, vt totus homo Domino ſuo famuletur, ac Deum ſuum laudet.

5. At quia inchoantium valdè intereſt, vt determinatis temporibus ad orandum ſecedant, inquit hìc, quòd horas habeant conſtitutas ad orationem faciendam. Quod etiam intelligere poterimus de Oratione communi, quę ſeptem ſunt Horę Canonicę, quibus Religioſus sēper intereſſe debet, niſi infirmitas, aut obedientia propter alicuius Officij implicationem ipſum impediat. Maximum eſt diſcrimen inter precandum in Choro cum Religioſis, & inter precandum in priuatis locis. Quando Spiritus Sanctus aduenit orantibus Apoſtolis, *erant omnes pariter in eodem loco*: Et Religioſus, qui cùm poſſit intereſſe, ſe eximit à communi Oratione Chori, magnas Dei delicias propter ſuam incuriam & negligentiam amittit. Act. 2.

In Oratorio nemo aliquid agat niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen accepit.

1. HInc ſequitur, quòd in Oratorio (cuius nomine & Cella intelligi poteſt) nullus aliud acturus ſit præter id, quod nomen eius ſonat. Oratorium locum ora-

tio-

tionis ſignificat, vnde quod in eo exercetur, eius nomini debet eſſe conſonum. Non in eo murmura, & ſtrepitus, qui Domino loquentes perturbent, audiendi ſunt; nam in loco ſancto exercitium ſolùm debet eſſe ſanctum.

2. Hìc nomine Oratorij Eccleſia propriè venit intelligenda, quæ communis locus eſt orationis, & in quo ſpiritualibus ſolummodò vacandū eſt; Vnde Paulus Corinthios reprehendit dicens; *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis?* vbi obſeruandum eſt, quòd Dominus Deus noſter ex omnibus aliqua ſibi ſelegit: ex fructibus decimas & primitias, ex tempore Sabbata & ſolemnitates, ex locis aliqua ad orandum, vt Templum Salomonis, & Eccleſias, quibus nunc vtimur ad ſacra facienda.

1.Cor.11. 22.

3. Hoc autem non ideò factum eſt, quia Dñus Deus noſter peculiari aliquo loco ſuā circūſcribat miſericordiā, ſolummodò largiens eā hìc oranti, & nō alibi ipſum deprecanti; In hoc decipiebantur Hæbrei de ſuo Templo gloriantes: & ideò Redemptor noſter Ieſus Chriſtus dixit mulieri Samaritanæ: *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate:* vbi voluit dicere, arcanum hoc ita intelligendum eſſe, quòd quia Deus eſt Spiritus, Oratorium

Ioan.4. 23.

torium ei iucundius eſt noſter Spiritus, & quòd in omni loco Deus exaudit. Oratorium igitur non coarctat orationem, ſed incitat orantem, quia cùm ſit locus ad id deſtinatus, ad deuotionem excitat & prouocat. Magnus eſt hic fructus, magnique habendus. Præthereà ad Oratorium ire, & ſolicitudinem ac laborem in hoc adhibere meritum addit ei, qui ad orandum vadit.

4. Actum eſt de oratione & loco, vbi facienda eſt, videamus modò quid nobis dicat Præceptor noſter de attentione, qua orare oportet.

Pſalmis, & Hymnis, cùm oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore.

1. ORatio à nobis facienda, ea eſt, quæ ſtatuitur ab Eccleſia Sancta, Pſalmos & Hymnos concinendo. Apoſtolus docet, quòd Domino cantemus in cordibus noſtris, nobis metipſis *loquentes in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis Spiritualibus*. Itaque non ſunt à nobis Orationes componendę, ſed eis tantùm vtendum, quæ ab Eccleſia Spiritus Sancti ductu concinnantur, Domino modulantes Orationibus, & Canticis ab ipſo pręſcriptis, & quibus ipſe vult laudari. Ad Eph. 5. 19.

2. Quoniam autem alij eſſe debemus à Popu-

Populo illo ingrato, de quo Dominus apud Iſaiam conqueritur: *Populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt à me*: nobis modum tradit orandi, ac Deum laudandi dicens; *hoc verſetur in corde, quod profertur in ore*: itaut interior ſpiritus lingua, quæ eſt attentio, exteriorem corporis linguam comitetur. Vna ex præcipuis conditionibus, quas habere debebat mundum animal & aptum ad Deo ſacrificandum, erat iuxta legis preſcriptum quòd ruminaret: Ruminare eſt cibum à pectore ad os eructare: ita Serui Dei, dum attentè orant, ruminant, orationem ex intimo cordis mirabili lætitia & gaudio ad os eructantes, & ore diuinas laudes decantantes: hoc eſt, quod aiebat Dauid: *Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea*: Nam *ex abundantia cordis os loquitur*, quaſi coacto ſpiritu ad propalandam maieſtatem, & bonitatem in illò immenſo Deo deguſtatam.

Iſai. 29. 13. Leuit. 11. 3. Pſal. 15. 9. Math. 12. 34.

3. Itaque dum Officium Diuinum recitamus, quia tunc ad orationem vocalem tenemur, obſeruari debet monitum iſtud, videlicet, quòd lingua, & cor ſimul verſentur in eo, quod recitatur; ſed quando oratio voluntaria eſt, non eſt neceſſe vocaliter orare; quinimò animę oranti erecto in Deum corde, ac inflammato eius amore multoties oratio vocalis impedimento eſſe ſolet: & in

hoc

hoc euentu bonum eſſet orationem mentalem tantummodò exercere.

4. Attamen quia mentis diſtractio ſolet plures orationis tempore obturbare, dum attentiores eſſe deſiderantes, inueniunt ſe negotia, ad quæ peragenda tenentur, cogitantes, immo, & aliquoties inutilia mẽte reuoluentes, ideò oportet aduertere, quòd attentio iſta, quę nobis præcipitur in Regula, non eſt neceſſe, vt ſit actualis, quia hoc dum viuimus, noſtra non fert imbecillitas, ſed ſufficit, quòd orationis initio eam habere deſideremus, ac à Deo enixè poſtulemus, & vi huius primæ attentionis redditur tota oratio meritoria. Exemplum habemus in lapide manu alicuius iacto, qui procul abit, non abeunte cum eo manu, quod prouenit à primo impulſu, quo fuit iactus: idem de oratione dici poteſt, dum orans voluntariè non diſtrahitur.

5. Tunc autem oportet humiliari, ac propriam agnoſcere imbecillitatem, & ſicut Abraham, dum Sacrificium Deo offerebat & volucres ſuper cadauera deſcendentes illud arripere volebant, *abigebat eas*, ita Crucis virga, & Paſſionis Ieſu Chriſti memoria Gen. 15. 11 muſcas illas importunas cogitationum abigere; credat autem, qui ita reſiſtit, magnum conſequi meritum in hoc ſpirituali pręlio, & quòd Dominus ei auxilium præſtabit, vt victoriam

ctoriam reportet, ac tempus aduenie t, quò libero corde ipſum contempletur, & ſuauiſſima dulcedine perfuſus, totus in Deum exhilaretur.

6 Tres ſunt orationis fructus: primus meriti magnitudo: ſecundus impetratio eius quod poſtulatur, ſi illud obtinere expediat: tertius dulcedo Dei, quam anima oratione Deum alloquens ingenti ſuauitate delibat. Primum, & ſecundum fructum ſemper percipit orans, & ſi ob imbecillitatem ſuam diſtrahatur; ſed tertium, videlicet ſuauem Dei voluptatem non percipit, niſi dum actuali attentione exorat; Ideò nobis ait Preceptor noſter, quòd attentè oremus, vt non ſolùm orando mereamur, & impetremus, verùm etiam quàm ſuauis ſit Dominus deguſtemus.

Carnem veſtram domate Ieiunijs & abſtinentia eſcæ & potus quantum valetudo permittit.

1. IN hoc tandem capite precipitur, vt nos ad orationem præparemus abſtinentes, & ieiunantes, non quantum deſiderium noſtrum vellet, ſed quantum debilitas noſtra permittit: hoc eſt nobis dicere quod
Rom. 12. 1. Apoſtolus aiebat Romanis--*Obſecro vos fratres, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuen-*

uentem, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, & quod Dominus in veteri lege praecipiebat: *Quidquid obtuleris ſale condies*: hoc eſt, ſale prudentiæ & diſcretionis. Oppoſitum fefellit aliquos, qui priuatis ſuæ carnis macerationibus proprias vires excedentes, ſe ipſos ineptos reddidere ad communem vitam ſectandam in Monaſterijs. Leuit.2.13.

2. Verum eſt Religioſum in pœnitentia corporali aliquantulum ſpiritus feruore excedere melius eſſe, quàm pigrum, & negligentem eſſe, maximè dum videt, quòd proprius inimicus, ſuum videlicet corpus, ipſi negotium faceſſit, ipſique belligerat. Itaque particularis neceſſitas debet eſſe cauſa, vt agatur priuata pœnitentia, ſed tandem omnia regulari debent prudentia, tàm abſtinentijs non nimis excedere quàm eas non patefacere: & ſi alios audierimus, qui vitam nimis rigidam ſectari videntur, vt de Sanctis Guillelmo, Nicolao Tolentinate, & alijs pluribus legitur: agnoſcamus Spiritum Dei eſſe, qui illos ad noſtrum exemplum direxit, & vt in illis Chriſtum laudemus, tantam perfectionem ipſis largientem.

3. Hic notanda eſt mirabilis Sancti Doctoris noſtri ſapientia, quippè qui non præfiniuit, quænam abſtinentię, aut quænam Ieiunia eſſent à nobis ſeruanda, ſed tantùm admonuit, vt vnuſquiſque quantum ferre

poſſit

poſſit aduertat, & ad virium ſuarum menſuram macerationem ſumat. Non ęquam omnes valetudinem, aut vigorem habent; nec ęquam neceſſitatem, ideòque totum id Superioris prudentię relinquitur, qui ſapienter perpendere debet quantum vnuſquiſque ex ſibi ſubditis poſſit tolerare. Hinc eſt quòd noſtri antiqui Patres Ieiunia Aduentus, & alia, quæ pręter Eccleſiaſtica in Ordine ſeruantur ſtatuerint, & ordinauerint.

Illos ſanè exiſtiment ditiores, qui in ſuſtinenda parcitate fuerint fortiores.

1. TErminat Pręceptor noſter caput hoc exponendo quænam ſint diuitiæ Religionis, opibus ſęculi valdè oppoſitę; In ſæculo diues ille eſt, qui plus bonorum poſſidet; at in Ordine ditior ille eſt, qui pluribus caret pro Ieſu Chriſti amore. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus*, aiebat Apoſtolus: hoc eſt, quòd edamus ad viuendum, non autem viuamus ad edendum: quod induamur propter neceſſitatem, non propter ornatum. Religioſus, qui communi parcitate non eſt contentus, imbecillis eſt, & neſcio quid in Ordine patiatur; vtinam attenderet recens in Ordine Frater quantum alij in ſęculo perpetiantur.

1. Ad Timot 6 8.

2. Pauperem ſuperbum Dominus odit,

vt

vt Scriptura Sacra teſtatur; Pauper eſt ſolo nomine, & reuera ſuperbus, qui viuens in Ordine rerum copiam in eo vult habere, qua forſan in ſæculo careret. Mendicus, & elatus eſt, qui pauperum alitur eleęmoſinis, & menſam veluti diues vberrimam, veſtemque cupit habere pretioſam. Erubeſcat ergo, vt imbecillis, qui pro Redemptore noſtro in Cruce nudo & paupere non nititur aliquid pati; exultet vt fortis, ac Deum laudet, qui alijs parciùs vitam degit, & potiùs illi plura deſint, quàm aliqua ſuperſint; Hic dicet cum Ioſeph: *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meę*; Ille ſemper ſpiritu decreſcet, quippè qui nullam in Ordine vult inopiam tolerare, ſed omnibus abundare; Procul diſtat ab hac paupertate, qui rerum, ex quibus ſibi ſufficit vna, vult multiplicitatem habere. Eccl. 25. 4. Gen. 41 52.

CAPVT III.

Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed moribus.

1. ADeò exardebat amore paupertatis Pater ac Pręceptor noſter, qui Regulam hanc nobis ſuis filijs, & Religioſis tradidit, vt non ſemel, ſed iterum, atque iterum, eam nobis commendauerit. In

precedentibus fortes appellat Religioſos, qui plures quàm alij patiantur neceſſitates, & modò præcipuè exponit, in quo paupertas iſta voluntaria ſit oſtendenda, dicens: *Non ſit notabilis habitus veſter, nec affectetis* oculis vos reſpicientium vanitate placere, ornantes corpora veſtra nitidis ac pretioſis indumentis, ſed decorantes animas veſtras ſpiritualibus variarum virtutum ornamentis, humilitate ſcilicet, fortitudine, iuſtitia, caſtitate, & charitate.

2. Scriptura Sacra inquit, quòd veſtes
Math. 11. 8. qualis ſit vnuſquiſque deſignant & demonſtrant: vnde veſtis Religioſi paupertatem amantis eſſe debet, non pretioſa valdè, non nitida nimium, non factura expolita, namque totum hoc pertinet ad ſuperbiam & inanem gloriam. Antiqui Prophetæ Sacco, ſeu ſagulo induebantur, & S. Ioannes Baptiſta, vt ait Marcus, *Erat veſtitus pilis cameli, & zo-*
Marci 1. 6. *na pellicea circa lumbos eius*: Veſtem hanc Saluator noſter laudauit, cū Præcurſoris ſui magnam pœnitentiam & religionem præconijs voluit commendare, dicens: *Quid exiſtis in deſertum videre?* (dum exiſtis ad prędicationem Ioannis audiēdam?) *Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in*
Math. 11. 8. *domibus Regum ſunt*, non in domo mea: Vbi planè Dominus oſtendit, quòd Religioſo, cuius vita debet eſſe prædicatio & exemplum

plum paupertatis, nitido ac pretioſo non expedit indui veſtimento; ſed potiùs abiectione habitus exterioris paupertatem, quam eſt profeſſus, teſtificare.

Quando proceditis, ſimul ambulate; cùm veneritis, quò itis, ſimul ſtate.

1. VNitatem, & fraternitatem Religioſis è Monaſterio exeuntibus his verbis commendat, volens, eos ſimul ambulare, ſimulque in quocumque negotio pertractando manere, quia ſcriptum eſt: *Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma.* Prou. 18. 19.
Non vnam tantùm Prophetam miſit Deus ad liberandum Populum ſuum, ſed duos, Exod. 7. 10.
Moyſen ſcilicet & Aaron, qui ſemper ſimul ambulabant ad loquendum Pharaoni--*Cùm audiſſent Apoſtoli, quod recepiſſet Samaria Verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem:* Act. 8. 14.
non autem vnum ſolum Apoſtolum; & etiam ad diſputandum cum Antichriſto, non vnus tantùm Propheta, ſed duo, Elias ſcilicet & Enoch ſimul venturi erunt.

2. Magnum bonum ſecum affert fratrum ſocietas, magnamque ędificationem præbet fidelibus, dum vident eos binos ambulantes: nec parui æſtimandum, quòd vnuſquiſque ſecum ferat Pœdagogum teſtem eius operũ, & verborum: immò, & par-

ua non eſt Prælati prudentia, dum vnicuique fratrum è Monaſterio exeunti ſcit ſocium aptum aſſignare, ſiquidem pro tunc hic eſt illius Prȩlatus, illum educturus, illum ſeruaturus, & illum Monaſterio, vnde propriæ curæ commiſſum extraxit, redditurus. Quòad hoc in Prȩlato ardens charitatis feruor eſt neceſſarius, magnaque vigilantia & ſollicitudo ab eo adhibenda, ac de negligentia & incuria ſtricta Domino ratio erit reddenda,

3. Similiter, qui Religioſum alterum aſſociatur, ſi eum ſemper non obſeruauerit, & ſemper coram eo non adfuerit, timere debet, ne ei, quod ad Cain, dicat Dominus:
Gen.4.9. *Vbi eſt Abel frater tuus?* Quomodo ab eo diſcedens perire permiſiſti? non equidem poterit verè reſpondere: *Nùm Cuſtos fratris mei ſum ego?* Et ſi hoc dixerit, erit in eius, ſicut in Cain proditoris, damnationem. Non ſine magno miſterio præcepit Domi-
Exod.25.20. nus, quòd Cherubim illi, qui erant ſuper Arcam, eſſent aurei, eſſent duo, & reſpicerent ſe mutuò. Duo ſunt Cherubim illi duo Religioſi, qui è Monaſterio exeunt, & aurei ſunt, ſi ſe inuicem diligant amore ſpirituali, prout prȩcipit Dominus: mutuòque ſe reſpiciunt, velut Cherubim, quando vnuſquiſque obſeruat & notat defectus alterius, eumque charitatiuè corrigit. Denique ſe mutuò

reſpi-

reſpicere eſt, ſimul ambulare, & ſimul ſtare nunquam vno aſpectum alterius vitante, prout hìc pręcipit Doctor noſter.

Neque enim, quando proceditis, feminas videre prohibemini: ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt &c.

1. HOc eſt quoddam magnæ vtilitatis documentum vnicuique ex Religioſis ad conſcientię puritatem, caſtitatemque promiſſam conſeruandam maximè expediens. Non eſt peccatum videre, ſed prauè appetere, vel appeti velle: nihilominus planè agnoſcimus omne damnum & perditionem ad nos emanaſſe ex eo quòd, *Vidit Mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile.* Non eſt bonum videre, quod non licet appetere, vt Diuus Gregorius aiebat: & Apoſtolus ſic diſcipulum ſuum Timotheum admonebat: *Adoleſcentiores autem viduas deuita*: quia liquidò agnoſcebat hoc genus belli ſuperandum eſſe, occaſiones fugiendo, & non ſe illis offerendo. Iob vir Sanctus erat, à Deo, qui omnium cordium ſcrutator eſt, laudatus & commendatus, & tamen aiebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Hoc idem fœdus, quod Iob pepigerat, pangere debet

Gen. 3. 6.

1. Ad Timot. 5. 11.

Iob. 31. 1.

Digitized by Google

prudens Religioſus, ſi non vult ſe inuenire in illo prelio, & in periculo ne ſuperandi ab eo.

2. Curet igitur Seruus Dei non videre, & auferet ab inimico arma, ne cor eius debellet: ſi enim incautus fuerit in aliquo videndo, quod non vidiſſe meliùs fuiſſet, non erit in eius poteſtate prępedire, ne plures cogitationes in anima inſurgant de obiecto, quod imprudenter vidit. Adeò intereſt monitum iſtud hic nobis datum, vt ob illius incuriam in maxima pericula inciderint plures Animæ, quarum nomine plorat Hieremias dicens: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus Vrbis meę.* Væ cordi ita deprędato, vt propriam iam libertatem, pretioſamq; diuini amoris gemmam, quibus antea ditabatur, amiſerit; Huic vnum tantum ſupereſt remedium, videlicet ſuam cum Dauid incuriam deplorare, & lacrymis cum Magdalena pedes Saluatoris noſtri rigare.

Thren. 3. 51.

Lucæ 7.38.

3. Mirandum eſt valdè, quod D. Hieronymus ſcribit de Democrito: Hic vt liberiùs Philoſophiæ ſpeculationi vacaret, agnoſcens oculos ipſi ad id impedimento eſſe, eos eruit, malens viſum perdere, quàm bellum in anima gerere: Sæuitiem hanc ſuauitas Euangelicæ legis non permittit: nam ſicut noſtra non eſt vita, quam ducimus, nec nos poſſu-

poſſumus ea orbare, quippè qui ſumus à Deo creati, ita nec noſtri ſunt oculi, vt eos etiam ob virtutis finem eruamus. Quod Sanctum Euangelium nobis præcipit, tantùm eſt idipſum, quod hìc Doctor noſter exponit, videlicet, ne ſit nobis concupiſcentia praua, ne ſit viſio peruerſo fine deturpata, creaturam ad peccandum appetendo, vel ab ea appeti volendo, quia: *Omnis qui viderit Mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Math. 5. 28.

4. Verum eſt quòd, vt ait Apoſtolus: *Omnia munda mundis*: & quòd in aliquibus viris ſpiritualibus adeò omnis prauæ propenſionis ignis eſt extinctus, vt abſque nocumento aliquo videntes, dicant, quod aliàs Chriſto Domino ille Euangelij cæcus aiebat: *Video homines velut arbores ambulantes*: aſt libertas hæc non multis elargitur, ſed eis tantùm, qui per multas orationes, multaque ieiunia ad obtinendum tam cęleſte priuilegium peruenerunt, itaut iam quaſi in ſe ipſis ſentiant quandam illius ſcintillam dominij, quod eorum anima poſt reſurrectionem in proprium corpus habebit, quin hoc in aliquo ſit ipſi rebelle. Et quia ſunt plures ij quibus cauere & timere etiam ſe ipſos neceſſe eſt, nullam habentes ſecuritatem dum viuit Dalila (caro iſta mortalis) ideò in hoc ſalutari conſilio admonemur, Ad Tit. 1. 15. Marci 8. 24.

Digitized by Google

vt vnuſquiſque arcem ſui cordis, ſiquidem ab eo vita emanat, peruigil cuſtodiat.

Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultare, dum timet ſecari, nonne crudeliter à te ſileretur, & miſericorditer indicaretur?

1. POſtquàm in pręcedentibus modum tradidit, quo vnuſquiſque ex Religioſis debet fratrem ſuum cuſtodire, & ſatagere de anima ſeruanda, quam Prælatus eius curæ commiſit, nunc formam præſcribit, qua corrigendus eſt, qui in peccatum aliquod fragilitate incidit. Moneatur, inquit, occultè, & ſi hoc non ſufficiat, coram teſtibus commoneatur, & tandem ſi pertinax fuerit, Prælato deferatur, vt oui infirmanti medicamen adhibeat. Totum hoc præcipit Saluator noſter in Euangelio, dicens: *Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi te*
Math. 18. 15. *audierit, lucratus eris fratrem tuum; Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos: dic Eccleſiæ.* Vbi expreſsè docet, quomodo ſeruandus ſit honor & fama proximi, quæ, vita excepta, pretioſior eſt hominis theſau-
Prou. 22. 1. rus, ſcriptura dicente: *Melius eſt nomen bo-*

bonū, quàm diuitiæ multæ. Vbi *nomen* famam appellat, quam æquum eſt, vt in vnoquoque ex fratribus noſtris conſeruemus, velut in nobis metipſis.

2. Vnum hìc accuratè notandum eſt; videlicet, quòd & ſi Religioſus aliquis erga propriam animam ſit crudelis corrigi nolens, tamen manifeſtandus eſt vt eius culpæ remedium adhibeatur. Optimū affert exemplum vulneris corporalis, quod aliquis vita periclitante vult occultari: nam etiamſi hic vitam ſuam & ſalutem odio habeat, tamen non licet eum relinquere ſine medicamine: & homicida eſt, qui hoc ſciens non indicat. Quantò ergo potiùs debet indicari infirmitas animæ, cuius mors tantò eſt lacrymabilior, quantò ſpiritus corpore excellentior eſt, atque æſtimabilior.

3. Oportet tamen aduertere, quòd hic modus corrigendi in Euangelio, & in Regula præſcriptus exequendus eſt, quando delictum Prælato velut Iudici defertur, vt illud publicè puniat; at quando ei tamquàm Patri indicatur, vt ſecretè corrigat peccantem, non videtur neceſſaria fraterna correctio modo hìc præſcripto: immò magna erit vtilitas, ſi Prælato ſecretè dicatur, vt tamquàm Pater corrigat & emendet; Nam hoc modo & ſcandalum reſultans ex publica punitione delicti præpeditur, quod non eſt par-

uum

uum bonum, & meliùs conſeruatur famam eius, qui corrigitur.

CAPVT IV.

Veſtes veſtras in vnum habeatis.

1. PAupertatis votum, quippè quod adeò eſt excellens, & veluti totius religioſę perfectionis baſis & fundamentum, ſæpè nobis commendatur in Regula: ideòque modò ait; quòd veſtes, vtpotè communes, in communi loco ſub cuſtodia & cura alicuius Religioſi habeantur: adeòut Serui Dei nullius ſollicitudinem habeant, ſed ſolùm in Ieſu Chriſti famulatu & amore tempus inſumant, in quo totum ſuum debent adhibere conatum. Igitur ſicut nihil eſt Religioſo habendum, quod non ſit commune, ita nec veſtes habendę ſunt niſi in loco communi. Vſus iſte videtur nos ad naturalis legis tempus reducere, quo omnia omnium, & nulla propria erant: optimum hoc erat, & ideò diù non permanſit, ſed iam vſus inualuit inter Chriſtianos proprias domos & prędia habēdi; Attamen in Religione totum eſſe commune debet, alioquin Religioſus
2.Corin. 8. 9. pauper non erit, nec verus imitator Ieſu Chriſti: *Qui egenus factus eſt, cùm eſſet diues:* ſed potius erit Iudas proprietarius.

2. Quod

2. Quod ait de Cuſtodibus aſſignandis, vt communium veſtium curam habeant, idem eſt, ac dicere, quòd quia de eleemoſinis alimur, & induimur, non ſit incuria in ſeruando, quod Dominus prouidet per manus fidelium ſuis eleemoſinis nobis fauentium. Redemptor noſter quinque millia hominum magna largitate quinque panibus hordeaceis cibauit: *Vt autem impleti ſunt*, dixit *diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant*; & licèt panis eſſet tam parui valoris, quippè qui hordeaceus erat, noluit eius fragmenta perire, quia etſi Dominus liberalis ſit in largiendo, non eſt tamen prodigus, nec nos eſſe vult donorum ſuorum profuſores. Ioan. 6. 11. & 12.

3. Hinc clarè agnoſcimus, quanta cura ſit adhibenda circa res communes: ſiquidē multū inuigilant ſæculares in rebus proprijs ſeruandis. Attendat igitur Religioſus, quòd omnia ei ad vſum conceſſa bona ſunt communia, nec ſit rei cōmunis incurioſus, cùm propriē non eſſet; Et ſi apud ſæculares rerū proprietas eſt adeò potēs, apud nos potentior eſſe debet charitas, & zelus cōmunis boni, quod diuinum Ariſtoteles appellauit.

4. Tandem concludit, dicens: quòd ſi alicui Religioſo eius amici, aut conſanguinei aliquam contulerint veſtem,

aliamvè eleemoſinam, totum Prælato tradatur, vt cui neceſſe fuerit ab eo prębeatur, vel in rem communem redigatur: & hoc eſt magnum paupertatis bonum, mirabiliſque perfectio Religioſi omnia contemnentis propter Dominum.

Quòd ſi aliquis rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.

1. SIcuti ad religioſam paupertatem ſpectat nihil alicui dare, nec tãquàm propriũ aliquid poſſidere, ita nec aliquid accipere abſq; licẽtia Superioris: Hęc autem poteſt eſſe duplex, particularis videlicet, & communis; particularis, dum à Prælato ad vnumquodque ſeorſim recipiendum poſtulatur; communis, dum petitur ad res parui valoris accipiendas, vt libros aliquos, aliavè, quę tandem in commune bonum conuertuntur.

2. Semper tamen attendere debet Religioſus ad id, quod in Euangelio dixit Redemptor Noſter: *Et de veſtimento quid ſoliciti*
Math.6.28. *eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis? Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei?*

fidei? Quare ergo Dominus Religioſum deſeret ei fideliter famulantem? Magna æquidem imbecillitas eſt, *ſolliciti eſſe, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt*. Parum profecit in via ſpirituali, qui negotijs adeò terrenis implicatur. Math.6 31.

3. Religioſum à ſuis conſanguineis & amicis dona recipere, oritur ex eo quòd non ſit contentus Monaſterij parcitate, & ſuperflua appetat, quę nec ratio, nec Ordo ei dare vult, aut permittere. Vnum tantùm vellem conſiderare eum, qui ſine Prælati licentia aliquid recipere audet, ita videlicet Deum offendere, vt illum Doctor noſter hic furem appellet. O quam malè accidit Giezi Eliſei diſcipulo, dum munus illud argenti, & veſtium à Naaman ſyro accepit: *Nūc igitur* (ait ſcriptura) *accepiſti argentum, & accepiſti veſtes: ſed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo, vſque in ſempiternum*: vt ſtatim ſui criminis pœnam ſubiret. Agnoſcat ergo Religioſus, quòd proprietas lepra eſt, illam deuitet, ſi non vult perire: dirigat omnes greſſus ſuos per ſuauem obedientię ſemitam exequens præcepta Regulæ, quam ſeruare promiſit; perpendat quantum ſit illud crimen, quippè qui aliquid ſine licentia acceperit furti iudicio condemnetur. 4.Reg.5. 26.

Aegrotantium cura vni alicui debet iniungi.

1. CHaritatis munus eſt, fratres noſtros quouis tẽpore tamquàm proximos tractare, dolentes de eorum ærumnis, ac ſi eſſent propriæ: & iſtamet charitas Dei nos docet, vt in infirmitate dolentis miſereamur. Non ſine cauſa Redemptor noſter in die Iudicij Chriſtianos increpabit, de eiſque conquereretur dicens: *Infirmus eram, & non viſitaſtis me.* Nunquam Chriſtus Dominus iacuit in lecto, febri, aliavè infirmitate detentus; nam & ſi famem, ſitim, dolores, & mortem ſubire voluit, non tamen alias infirmitates, quæ nos torquere ſolent; ergo ſolùm in ſuis miſticis membris infirmatur, ac in ſuis fidelibus ſolatij indigentiam patitur, & ſuper iſtos non miſereri eſt de quo iuſtiſſimè conqueritur; immò & de eorum infirmitatibus condolere, eſt quod tantopere laudat, & plaudit in illis, qui digni inueniuntur eius benedictionis & Regni: *Infirmus erã, & viſitaſtis me*, inquit. Non dixit, quòd omnia ei neceſſaria ſuppeditarũt; ſed quòd ea fecerunt, quę quãtũuis pauperes facere poterãt: ideſt quòd viſitationem, & conſolationem, quas nullis expenſis tribuere valebant, non denegarunt.

Math. 25. 43.

Math. 25. 36.

2. Non negamus ægrotantes faſtidio-

ſos,

ſos, ac moleſtos multoties eſſe, quia eorum mœſtitia magna eſt, ac Martyrium eorum ægritudo ipſis Dei manu incuſſum ad çquanimitatis exercitationem, & veterum culparum ſatisfactionem. Nihilominus conſiderare debet Prælatus, quòd quia Religioſus, dum ſalute fruitur in Monaſterio laborat, quando per infirmitatem à Domino viſitatur, æquum eſt, quòd à fratribus recreetur, & ſeruiatur propter Ieſum Chriſtum, cui omnes ſeruimus, & quem omnes diligimus; Vnde Prçlato hìc commendatur, vt çgrotantium curam vni alicui iniungat, vt eis charitatiuè ſubminiſtret; nam ſi Prælatus Pater eſt clemens, dicere debet cum Apoſtolo ſubditis infirmantibus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Cùm Prælatus eſt adeò miſericors, vt ſubdito infirmãte & ipſe infirmetur, tunc Religioſus, qui patitur çquanimiter ſuſtinendo, benè tractatur, viſitatur, neceſſarium ſuppeditatur, & in omnibus, prout ei opus eſt, miniſtratur. 2. Cor. 11. 29.

3. Infirmus etiam curet faſtidioſus non eſſe ſibi miniſtranti: conſideret ſe pauperem propter Ieſu Chriſti amorem, & ſiue ſanum, ſiue infirmum neceſſitatem aliquam pati oportere, ſic Domino diſponente vt plus mereatur, pluſque in omnibus Ieſum Chriſtum pauperum Patrem contempletur. Non vt imbecillis conqueratur, nec

ſit

ſit impatiens,ne prauum prębeat exemplum fratribus ſuis. Notum eſt, quòd infirmitas, vt ait D. Bernardus, demonſtrat ad quem perfectionis gradum vnuſquiſque peruenerit: tribulatio manifeſtat, quantum in virtutibus quiſque profecerit; & tandem ægritudo animi æquanimitatem inæquanimitatemvè oſtendit. Cùm autem dicat ſcriptura: *Patientia opus perfectum*
Iacob. 1.4. *habet*: enixim curare debet Religioſus eam quacunque ex cauſa non amittere.

Siue autem qui veſtibus, ſiuequi cellario,ſiue qui codicibus præponuntur, ſine murmure ſeruiant fratribus ſuis.

1. IN Religione,cùm ſit Domus Dei,nullum eſt Officium abiectum, ſiquidem obedientia omnia magnificat & exaltat; vnde in Apoſtolorum Collegio ſeptem Diaconi electi fuerunt, vt temporalibus dediti, Chriſtianis neceſſaria ſubminiſtrarent, & Apoſtoli liberiùs orationi, & miniſterio verbi inſtantes eſſent;Hos verò ſcriptura *ple-*
Act.6.3. *nos Spiritu Sãcto,& ſapiẽtia* fuiſſe teſtatur: vt agnoſcamus, nihil amittere apud Deum eos, qui in Religione ſeruilibus inſudant
1.Reg 30. miniſterijs. Lex fuit à Rege Dauid ſtatuta,
24. vt ex ſpolijs in bello deprehẽſis; *Æqua pars*

eſſet

eſſet deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas. Multum meretur Religioſus qui Choro inſeruit, & qui Verbum Dei miniſtrat, ſed non minus meriti acquirit, qui officium vitæ exercet actiuæ, quia ſine Martha non poteſt viuere Maria, vita nempè contemplatiua: immò, & audeo dicere, quòd qui in munere vitæ actiuę humiliter & charitatiuè miniſtrat, hic ſuum habet meritum, forſan ſecurius, quàm qui vitę contemplatiuæ deditus eam negligenter gerit.

2. Si igitur Religioſus, quantum ſit obedientię meritum perpenderit, quantaque dignitas miniſtrare Seruis Dei, non ei arduum ac faſtidioſum hoc munus reddetur, nec audebit alijs detrahere fratribus, vita actiua in Monaſterio non laborantibus. Martha grauiter de ſorore ſua Maria conquerebatur, eò quòd reliquerat ſolam miniſtrare: ſed Redemptor noſter ei oſtendit, iniuſtam eſſe eius querelam, eamque à ſua inſcitia liberauit, vt patienter miniſtraret. Lucę 10. 40.

3. Maneat ergo ex his omnibus, quòd qui officium aliquod in Monaſterio exercet, non dedignetur ſuis fratribus inſeruire, cùm de Angelicis ſpiritibus, qui adeò ſublimis ſunt dignitatis, dicat Apoſtolus: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi*: & de Angelorum Domina, ac Dei Matre dicat Lucas: *Abijt in Mon-* Ad Heb. 1. 14. Lucæ 1. 39.

f *tana*

tana cum feſtinatione, ad miniſtrandum Eliſabeth ſeni, & Baptiſtæ prægnanti: immò (quod magis nos debet excitare), & ipſe Deus Angelorum Creator de ſe ipſo dicat: *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*.

Math. 20. 28.

4. Religioſus qui munus ſibi commiſſum, illepidè obit, ac murmurans ignauiter exercet, ſimilis eſt amenti, de quo ait Eccleſiaſticus: *Præcordia fatui, quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis cogitatus illius*: hoc eſt, vt demens & inſanus meritum amittit, quod apud Deum acquireret, ſi charitate ſeruiret, & ſicut carrum ſtridens omnes tædio afficit, omnibuſque faſtidium infert, ſic qui murmure in Monaſterio miniſtrat, omnibus negotium faceſſit, & etiam ſibimet eſt moleſtus, ac Prælatum exacerbat.

Eccl. 33. 5.

CAPVT V.

Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis.

1. IN hoc capite agitur de vnitate & concordia fraterna, ſine qua Monaſteriū nullomodo eſſet Domus Dei pacifica, ſed Babylon obturbata: *Pacem habete*, ait Apoſtolus, *& Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum*. Nomen, quo Deus vocatur, quodq; ipſe ma-

2. Cor. 13. 11.

magnipendit eſt, *Princeps pacis*, ideòque manſuetos diligit, de quibus ait in Euangelio. *Beati pacifici: quoniam: filij Dei vocabuntur*. Redemptor noſter pacem hanc Apoſtolis ſuis commendauit, maximè poſt Reſurrectionem, dum eos viſitabat, hanc ſemper ipſis benedictionem dabat: *Pax vobis*. ac ſi diceret, æquum eſt, vt vnitatem & pacem habeatis, quippè qui ex meis manibus, pedibus, ac latere agnoſcitis quantum impenderim, vt vos ad pacem cum Patre meo reuocarem: Ego bellum & mundanas rixas ſuperaui: ego ignem iræ & ſeditionum proprio ſanguine extinxi: gaudete igitur pace, quam tanto prælio vobis ſum adeptus. Iſai.9.6. Math.5.9. Luc.24.36

2. Religioſus, qui humilis eſt, ac ſilentij amator nulli locum dat rixæ aut contentioni, ſed protinus ſuperari permittit ſe ſubijciendo alterius ſententię, ideòque dixit Salomon: *Vir iracundus prouocat rixas; qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas*. Occaſione rixæ factæ inter paſtores gregum Abraham & Lot ſe inuicem diligentium, voluit Dęmon contentiones aliquas, & diſcordias etiam inter ipſos diſſeminare: at ſenior & perfectior vir Abraham, vt eas prępediret, ſe in omnibus ſubiecit Lot, dixitque ei: *Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te: fratres enim ſumus: Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede à me obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dex-* Prou.15.18. Gen.13.8.

teram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Ita perfectior Religioſus debet ſe ſubmittere ſententiæ alterius volentis cum eo contendere, & locum cedens illius voluntati totalis penitus euaneſcet.

3. Contentiones amantes viri ſunt imperfecti, de quibus dixit Apoſtolus: *Cùm ſit inter vos contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* Hoc eſt, ſecundùm corporis ſenſualitatem. Pax iſta & vnitas tunica eſt Saluatoris noſtri *inconſutilis deſuper contexta per totum,* quam, & ipſum crucifigentes ſcindere non ſunt auſi: quantò ergo potiùs tenentur eam integram ſeruare, qui Serui Dei nuncupantur, quique adeò ad Euangelicam tolerantiam imitandam obligantur? Non ſit igitur lis vlla inter fratres, & ſi aliqua fuerit ſuſcitata, quàm celerrimè finiatur, ne diſcordiarum ignis exardeſcat, & ira in odium creſcat, animamque faciat etiam ſui ipſius homiciam: *Omnis enim, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.*

1. Cor. 3. 3.

Ioan. 19. 23

1. Io. 3. 15.

4. Modus autem quo Religioſi vti debeant ad quamlibet contentionem ſedandam in ſequentibus præſcribitur.

Qui-

Quicumque conuitio, vel maledicto vel etiam criminis obiectu aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quamcitiùs curare, quod fecit, & ille qui læſus eſt ſine diſceptatione dimittere.

1. CVm paſſio irę ſit adeò vehemens, noſque in ea coercenda nimis negligentes, hinc oritur, vt facile fratres noſtros verbo aliquo offendamus: vnde ait ſcriptura: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* Iacob.3.2. Anima, quæ non dum peruenit ad magnam humilitatem, non poterit eſſe omninò patiens, nam ex cognitione propriæ vilitatis prouenit in nobis tolerantia; immò & gaudium cùm abijcimur, & contemnimur: at dum proprius noſtri viuit amor, noſque metipſos nonnihili habemus, faciliter tolerantiam amittimus, celeriterque ad iracundiam prouocamur. Bona eſt ira, ſi ea bene vtamur, iraſcentes noſtris peccatis, ſuccenſentes noſtris incurijs, & hoc modo intelligitur illud Pſalmi: *Iraſcimini, & nolite peccare*: Pſal.4.5. ſed nos filij Adæ, *filij irę* Eph.2.3. cùm proprias paſſiones intra nos metipſos coercere, ac concludere debeamus, eis oſtium aperimus, fratres noſtros iniurijs afficiendo, qui leuem, aut ſæpiùs nul-

lam nobis iurgij anſam prębent.

2. Huic infirmitati medelam apponit Pater ac Præceptor noſter dum dicit: *Non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta vnde facta ſunt vulnera*: ideſt, quòd lingua ſicut vulneris ſic & medicaminis ſit inſtrumentum], veniam ab offenſo ſupplicibus verbis petendo, & coram eo ſe humiliter proſternendo. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram*, aiebat Apoſtolus, edocens nos, quantam curam adhibere debeamus, vt cor noſtrum pacificemus, & ad pacem cum fratre noſtro reuocemus: nulla dies, nec vlla hora elabenda eſt ſuper iracundiam noſtram; nam licèt ira peccatum ex fœdioribus non ſit aut grauioribus, tamen nimis animam obturbat dum contemplationi vacat, maximoque eſt ei impedimento, dum orat, ad Dei deguſtandam ſuauitatem. Feſtinet igitur, qui alterum oſtendit, veniam ab eo poſtulare: nam quilibet ſolis rotatus dum in propria duritia permanſerit, erit ei ſtrictioris iudicij augmentum, quando ſupremo Domino de proprijs factis fuerit rationem redditurus.

Ad Eph. 4. 26.

3. Similiter qui lęſus eſt, ſtatim & ſine diſceptatione dimittat: alioquin graue peccatum eſſet iniuriā ac offenſam ſuperbè retinere, cùm offendens veniam humiliter poſtulando debitum ſibi relaxari vellet. Hinc eſt,

eſt, vt nobis dicat Chriſtus in Euangelio: *Dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & Pater veſter, qui in Cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra: quòd ſi vos non dimiſeritis, nec Pater veſter, qui in Cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.* Quæ maior minitatio eſſe poteſt ad Religioſum deterrendum, ne iniuriam ſibi illatam audeat aliquantulum retinere? Nec cœleſtis Patris filius, nec æterni Regni eius hæres erit, qui proximi ſui, pro quo & ipſe Dei filius in Cruce vitam dedit, frater eſſe renuerit. Brutis irrationalior, ac ferocior eſt, qui veniam ab eo ſuppliciter poſtulanti non ſtatim dimittit; de Leone ſiquidem legitur, quòd cùm aliquis coram eo humiliter proſternitur, propriȩ feritatis oblitus illius miſeretur. Si igitur Dominus nobis dicit in Euangelio: *Diligite Inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos,* etſi iniuriæ nobis illatȩ venia non poſtuletur: quantò magis dimittere tenebimur non ſemel, *ſed ſeptuagies ſepties*, dum priſtina nobiſcum amicitia ab offenſore requiritur?

Marci 11. 25.

Math. 5. 44.

Math. 18. 22.

4. *Quando autem inuicem ſe læſerint inuicem ſibi debita relaxare debebunt*, vnoquoque coram altero ſe proſternendo, ab eoque veniam ſuppliciter petendo; nam ratio dictat, quòd mutuò poſtuletur venia, ſiquidem mu-

tuò illata fuit offenſa: & in hoc euentu, qui ſe primò humiliat, primòque aggreditur ad veniam poſtulandam, charior erit Deo, maiuſque perfectionis exemplum præbebit. Adeò hoc intereſt, vt Preceptor noſter cõcludat dicens: *Qui autem nunquã vult petere veniam ſine cauſa eſt in Monaſterio, etiamſi indè non proijciatur*: Non enim eſt Religioſus, ſed ſtatua quædam habitu Monaci induta, dum ei humilitas deficit, qua culpæ ab ipſo perpetratæ tam facilè poſſet medelam adhibere.

5. Omnia ſupradicta inter ſubditos ſeruanda ſunt, nam reſpectu Prælatorum erga ſibi ſubditos alius modus infrà præſcriptus habendus eſt.

Quando autem neceſſitas diſciplinæ in moribus coercendis vos dicere dura verba compellit, non à vobis exigitur, vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis.

1. CVm hactenus Præceptor noſter Religioſis ſubditis communem rectè agendi normam preſcripſerit, modò ad vnũquemque ex Prelatis, quorum munus eſt ſubditorum defectus emendare, moreſque prauos corrigere, ſpecialiter ſermonem dirigit; & quia Prælatus non oleo miſericordiæ tantùm, verùm etiam vino iuſtitie vti debet in ſubditorum vulneribus medendis,

ſicut

ſicut prudens ille Euangelij Samaritanus, dum infirmi vulnera alligauit *infundens oleũ, & vinum*: hinc eſt, vt multoties eum correctionis neceſſitas ſubditis dicere dura verba compellat, exacerbantibuſque erga illos obiurgationibus vti. Sic Apoſtolus Tyrannum os eius percutere pręcipientem, dealbatum parietem appellauit hoc eſt, hypochritam ſimulantem: Et Redemptor noſter Phariſeos ſępè hypochritas ac Dæmonis filios nuncupauit: & quod durius videtur, Petro qui eius mortem præpedire volebat, & ſi corde ſincero loqueretur, dixit: *Vade poſt me Satana*. Itaque Prelatus debet aſperitate ſubditos increpare, cùm delicti deformitas duram obiurgationem expoſtulat.

Lucę 10. 34.

Act. 23 3.

Matth. 16. 23.

2. Sed tamen ſemper oportet attendere ad id, quod Pręceptor noſter admonet, videlicet vt: *Timore coram Deo ſubſtractus ſit pedibus ſubditorum*. Quis dubitat cor hominis, vtpotè ex ſuo genere nobile, blanditijs potiùs quàm rigiditate ad bonum flectendum? Mirum ſane eſt quod de Samſone in ſcriptura legimus: inueniſſe ſcilicet examen apum, ac fauum mellis in ore Leonis: nec minus æſtimabile eſt, quod in ore Pręlati ſuauitas ſemper & benignitas reperiatur; Siquidem videmus, quòd eis vniuerſum mundum Deus gubernat, regit, & conſeruat. Quòd ſi aliquando euenerit, vt inter corrigen-

Iudic. 14. 8.

gendum Prælatus etſi bono zelo nimis excedat, vt multoties accidit etiam viris perfectis, non tenebitur veniam poſtulare à ſubdito, cui iniuriam irrogauit, dum plus iuſto corripuit, ne authoritas regendi frangatur, hoc eſt, ne vt puſillanimis habeatur.

3. Notandum tamen eſt, quòd non ait: Prælatus veniam non poſtulet, ſed quòd non tenetur ad eam poſtulandam; nam certum eſt, quòd ſi eam ab aliquo poſtularet, exiſtimans ipſum inde corrigendum emendandumque, non ſolùm contra Regulę pręceptum non operaretur, verùm etiam multum in hoc mereretur, cùm experientia ſit compertum iſtius modi demiſſionem aliquoties magnam ſubditis emendationem, nullamque authoritati Superioris afferre læſionem: nunquam tamen id fiet, niſi quando inde prudenter expectatur emendationis vtilitas.

4. Tandem concludit, dicens, quòd Prętatus à Deo veniam petat exceſſus commiſſi, dum ſubditum æquo durius corripuit
Pſal. 18. 13. dicens cum Propheta: *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo*: hoc eſt ab incurijs, & ab exceſſibus inter ſuperioris munus obeundum perpetratis.

CA-

CAPVT VI.

Præpoſito tamquàm Patri obediatur: multò magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit.

1. IN tractatu de Religioſorum inſtructione, dum de obedientię voto ageremus, in duobus capitibus aliqua dedimus, Cap. 15. & 16.
quæ non parum eius præſtantiam nobis cõmendant, ea propter in pręſentiarum dicere ſufficiat, quòd egregia obedientiæ virtus magnis adeò laudibus in ſacris litteris extollitur, vt planè ſacrificijs omnibus, quæ Deo ab hominibus offerri poſſunt, pręferatur: vnde Samuel, dum Saulis inobedientiam exprobraret, dixit ei: *Numquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potiùs, vt obediatur voci Domini? melior eſt enim obedientia quàm victimæ.* 1. Reg. 15. 22. Sacratiſſimus Redemptor noſter maluit vitam perdere, quàm Æterno Patri non parere: ideòque *humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem:* & idem met in Euangelio volens obedientes Philipp. 2. 8. confirmare ac roborare, & inobedientes ac rebelles deterrere, dixit Diſcipulis ſuis, & in eis Prælatis omnibus: *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Luc. 10. 16

2. Timeat igitur Religioſus eſſe Chriſto ino-

inobediens, dum Prelatus ipſi aliquid præcipit: Non exiſtimet ſe ſoli homini non parere, ſed Deo & homini omnium Redemptori. Hinc eſt quòd Dominus Samueli, dum à Maioribus natu Iſrael abijceretur ad ſolatium eius dixerit: *Non te abiecerunt, ſed me:*
1. Reg. 8. 7. iniuria tibi irrogata, meæ Maieſtati illata eſt. E contra verò qui ſuo Prælato propter Deum obtemperat ipſi Deo obtẽperat à quo in cęleſti Regno remunerãdus erit. Sufficiẽs equidẽ ratio vt Superioribus noſtris in omnibus ſimus valdè ſubiecti ea eſt quam
Prou. 21. 28. in Salomone legimus: *Vir obediens loquetur victoriam*: hoc eſt, qui propriam vincit voluntatem, omnes ſuos inimicos euincet, Mundum, Dæmonium, & Carnem: nec vnam tantùm victoriam, ſed plures reportabit, pluresque numerabit, gloriam tribuens Deo, à quo tanta virtus aduenit. Notatu digniſſimum eſt, quod in Machabeorum hiſtoria
1. Mach. 14. 4. legitur: *Siluit omnis Terra Iuda omnibus diebus Simonis*. Simon *obediens* interpretatur: dum ergo obedientia regnauerit, & Religioſus terram ſui corporis ſubegerit, ſenſus & caro eius imbecilles ſilebunt, immò, & Dæmon ac mundus obmuteſcent.

3. *Præpoſito*, inquit, *tamquàm Patri obediatur*, qui eſt particularis Prælatus vniuſcuiuſque Monaſterij, quem modò Priorem nuncupamus: *Et, Multo magis Presbytero*, qui eſt

eſt Prælatus vniuerſalis, vel totius Ordinis, quem Generalem, vel totius Prouinciȩ, quem Prouincialem vocamus; maior enim obedientia prȩſtari debet ei, qui Superior eſt vniuerſalior; itaut ſi Prior aliquid nobis præcipiat, quod aduerſetur præcepto Prouincialis, vel Prouincialis aliquid, quod opponatur mandato Generalis, nullatenus eis obediendũ eſt, ſed ſolùm principaliori Prȩlato obtemperandum.

4. Perfectus obediens non eſt, qui mandatum Superioris expectat, dum ſibi conſtat de eius voluntate, quamuis ad obediendum non teneatur, quòad vſque Superioris non accedat præceptum. Non ergo præſtoletur Prælatum animæ gladium euaginare, videlicet obedientiæ mandatum, ſed voluntariè exequatur propter Ieſum Chriſtum quidquid ipſum exequi velle agnouerit. Omnia obedientiæ ordine ſunt diſpoſita Cœlum, Terra, Angeli, Elementa, Infernus, omnia ſuo Creatori obediunt: vnde ait Propheta: *Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt Tibi*. Igitur inobediens omnia ſubuertit, conuoluit, & confundit, dum ordinem hunc inuertit ſua rebelli inobedientia. Denique qui Prȩlato obtemperat, Deo obtemperat, magnoque præmio fruetur, non ſolùm in hoc mundo quietam & pacificam vitam ducendo, verùm etiam ma-

Pſal. 118. 91.

magnas loquetur in Cœlo victorias, quas per mirabilem obedientiæ virtutem reportauit.

CAPVT VII.

Vt ergo cuncta iſta ſeruentur, & ſi quid ſeruatum minus fuerit .... ad Præpoſitum præcipuè pertinebit, vt ad Presbyterum .... referat &c.

1. PRimum, quod in hoc vltimo capite Preceptor noſter nobis commendat eſt obſeruantia omnium, quæ præcipit in ſua Regula: Parum enim intereſſet leges ſtatuere, & ordinare, ſi eas ſeruaturi non eſſent, qui ſe illis ſpontè ſubijciunt, eiſque obedire promittunt. D. Ioannes ait: *Beatus, qui legit, & audit verba Prophetiæ huius*: ſuæ nimirum Apocalypſis, vbi plura prophetauit, pluraque monimenta tradidit, nos præmunientia aduerſus Antichriſtum venturum, & Chriſtianos perſecuturum: ſed ſtatim addidit: *Et ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt*; & D. Iacobus inquit: *Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuę in ſpeculo*. Itaque Regulam iſtam legere, eamque audire bonum eſt Religioſo eam profitenti, ſed muneri ſuo non ſatisfacit eam memoriter retinendo, ſi

Apoc. 1. 3.

Iacobi 1. 23.

opere

opere, quod didicit, non adimpleat.

2. Vt primùm Deus legem in illis duabus Tabulis lapideis populo ſuo dedit, Moiſes *conuocatis maioribus natu populi expoſuit omnes ſermones, quos mandauerat Dominus. Reſponditque omnis populus ſimul: Cuncta, quę locutus eſt Dominus, faciemus.* Sed poſteà Dei beneficiorũ immemores, omnia in contrarium faciebant obliuiſcentes fœderis, quod pepigerant, & voti quod emiſerant. Tales ſunt Religioſi pigri, qui non attendunt ad ea, quę in ſua profeſſione vouerunt, nec defectus ſuos emendare conantur, cogitando ſe ad Ordinem veniſſe, vt Apoſtolorum more viuerent, ac viri eſſent perfecti, non autem vt pigrorum veſtigia ſequerentur, & negligentium mores imitarentur. Exod. 19. 7.

3. Remedium, quo huic malo eſt occurrendum, Pręceptor noſter adhibet, dicens, quòd Prælatus, qui Doctor & Paſtor eſt, de animabus ſibi commiſſis rationem redditurus, corrigat quod emendandum viderit, & ſi vires eius ad id non ſufficiant, Prælato ſuperiori deferat delicta, quæ ipſe propter ſuæ authoritatis limitationem non poteſt punire, & hoc modo ſuo muneri ſatisfecit. Similiter ſi Prior puſilanimis eſt, & non audet ſubdito inferre ſupplicium, quod ei debet infligi, etſi aliundè poteſtatem habeat, ait Doctor noſter, quòd rem totam referat ad

Præ-

Prælatum ſuperiorem.

4. Planè liquet ex omiſſione correctionis, non ſolùm delinquenti damnum ſequi, verùm etiam totum Cœnobium detrimentum pati, inde namque alij vires aſſumunt vt ſimilia delicta audeant perpetrare, immò & boni non parū ſcandalizantur, dum vident Prælatos ſubditorum defectus limis oculis inſpicere. Vocat hìc Doctor noſter *emendare*, quando Prælatus leniter admonet peccantem, quia ſæpè miſericordia plus præſtat quàm iuſtitia, & ratio eſt, quia cor hominis nobiliſſimum eſt, ideòque lenitate potiùs, quàm rigiditate aliquando flectitur, & vincitur: at quia ſi hoc non ſufficiat, neceſſe eſt adhibere ſupplicium, protinus ſubiunxit, quòd corrigat, hoc eſt reprehendat, & puniat, veluti qui iam ferro ignito medetur, cui nihil profuit miſericordię vnguentum.

5. Dum ait, *ad Præpoſitum præcipuè pertinebit*, oſtendit quod Dominus Ezechieli,
Ezech. 3. *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael,*
17. *& audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.* Minitatio hæc tremere facit gubernantiū corda, & gladium iſtud formidabile eos in admiratio-

rationem rapit, & extorquet,ne edendo mã-ducent, & ne dormiendo quieſcant. Oh vtinam omnes qui præcipere ardenter appetunt, & omnes qui præcipi ægrè ferunt, attenderent iſtud Domini verbum ad Ezechielem factum, & quotidiè ad vnumquemque ex Prelatis prolatum: *Impius in iniquitate ſua morietur*, dum eum non corripueris, *ſanguinem autem eius de manu tua requiram*. Puto quòd penitus euaneſceret filiorum Adæ ambitio, & quòd Prælaturas velut graues Cruces vi potiùs, quàm voluntate baiularent. Conſideret igitur Prælatus, ſe ſpeculatorem, & vigilem eſſe; & ſiquidem lupus Sathanas *tamquàm leo rugiens*, vt ait Diuus Petrus inuigilat, *& circuit quærens quem deuoret*, cur Prelatus dormiet, & ſubditos ſeruare ac defendere non curabit? 1.Petri 5. 8.

6. Grauis hìc occurrit difficultas, quæ dubitandi anſam præbebit Religioſo, qui ad Monaſterium recenter venit, videlicet: an totum quod faciendum præcipitur in Regula, obliget ad mortale? Ratio dubitandi eſt id, quod Preceptor noſter hoc loco ait, nempè: *Vt ergo cuncta iſta ſeruentur &c.* Circa quod notari oportet, quòd vt D. Gregorius inquit, certiſſimum eſt, ſæculum mari fluctuanti comparari, quod magnis periculis ſcatet, Religionem verò portui tranquillo & quieto. Si ergo totum quod in Regula D.Greg. lib.1.mor. cap.1.

præſcribitur ſtrictum pręſeferret præceptum, periculoſiùs eſſet in Religione viuere, quàm in ſæculo degere.

7. Reſpondet igitur D. Thomas ad difficultatem propoſitam, quòd in Regula quædam continentur velut finis, & perfectio Religioſi: & quędam velut media, quibus ad perfectionem perueniat ſanctitatis, & vitæ Apoſtolicæ, quam imitari deſiderat. Quia tamen Religioſus non tenetur eſſe perfectus, ſed ad perfectionem tendere, ideò *tranſgreſſio trium votorum obligat ad mortale, aliorum autem tranſgreſſio non obligat ad mortale, niſi propter contemptum Regulæ.* Sit igitur concluſio vniuerſalis, quòd Regula noſtra non obligat nos niſi ad ea, ad quæ Chriſtianos omnes obligant Dei pręcepta, & ad obſeruantiam trium votorum, in quibus conſiſtit Religionis eſſentia.

D. Th. 2. 2. q. 186. à 9. in Corp.

8. Quapropter dum Profeſſionem facimus, non dicimus, *Promitto ſeruare S. Auguſtini Regulam*, nec hoc dici debet, ſed, ***Viuere promitto ſecundum Regulam S. Auguſtini***, quod eſt dicere, me obligo ad id, ad quod me obligat Regula ſub præcepto, & ad vitam meam dirigendam modo in ea præſcripto, habendo tamquàm pręcepta ea, quæ dantur vt pręcepta, & tamquàm conſilia, ea quæ vt conſilia traduntur in ipſa Regula. Alioquin peccatum mortale eſſet, Religioſum

ſum ſine ſocio exire de Monaſterio ad communia negotia peragenda, quia Regula inquit: *neque eant quòcumque ire neceſſe fuerit minus quàm duo, vel tres*. Immò, & hoc dicit verbis ſonantibus pręceptum negatiuũ, quę pluris habentur apud Autores, quàm ea quę pręceptum ſonant affirmatiuum.

9. Nec obſtat quòd multoties verba Regulæ pręceptum ſonẽt, cùm in Sacra Scriptura legamus plura, quæ præcepta videntur, & verè non ſunt: vt cùm Redemptor noſter Euangelij Cæcis viſum reſtituit, comminatus eſt illis, dicens: *Videte ne quis ſciat, illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa*, miraculum præconijs declarantes, & Saluatorem noſtrum laudantes, in quo non ſolùm non peccauere, verùm etiam multum apud Dominum meruere. Hic non loquimur de eo qui Regulæ documenta contemnit, etiamſi ad tria vota non ſpectent, nam contemptus in quacumque materia peccatum mortiferum generat, quamuis leue ſit quod contemnitur. Math. 9. 30.

10. Si autem Religioſus agnoſcere velit, quid ſit peccare ex contemptu, ſciat, non eſſe ſilentium ſæpè frangere, nec multoties ad Chorum ſerò accedere, & ſi hoc diſponat ad contemptum illum, de quo dixit Salomon: *Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit*. Peccare igitur ex con- Prou. 18. 3.

temptu eſt nolle aliquid facere, quia Regula, Conſtitutio, aut Prælatus illud præcipit, & hoc maxima prauitas eſt & ſuperbia, in quam pauci labuntur, vnde nec incuria, nec fragilitas, nec conſuetudo deficiendi ſufficiunt, vt Religioſus grauiter peccet ex contemptu: licèt verum ſit, quòd praua conſuetudo tranſgrediendi ea, quæ docentur in Regula & ſi non vt præcepta, diſponat Religioſum ad ea ex contemptu tranſgredienda: Vnde maximè curare debent Religioſi, ne propter aliquam contentionem, quam cum Prælatis habuere, iſtud contemptus crimen perpetrent, dicendo: Nolo hoc facere, quia Superior ita faciendum præcepit, aut commendauit, hoc etenim magna eſſet audacia, & qui hoc dicit grauiter peccat ex contemptu, vt docet D. Thomas; & hoc eſt, quod Chriſtus Dominus Prælatis dicit in

Luc. 10. 16. Euangelio: *Qui vos ſpernit, me ſpernit*; Ex quibus ſatis expoſitum manet Regulam noſtram non obligare nos ad omnia, quæ in in ea præſcribuntur: & quid ſit peccare per contemptum.

Ipſe

Ipſe vero, qui vobis præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed Charitate ſeruiente felicem.

1. MOnitum iſtud ſpecialiter ad Prælatum dirigitur edocens illum finem ad quem deſiderium ſuum debet ordinare, & in quo felicitas eius conſiſtit, nempè non in alijs præcipiendo ab eiſque velut inferioribus famulatum flagitando, non in ſuperiori loco ſedendo, nec in eo vt independens ſit, alij autem ſubiecti, hęc enim omnia ambitioſi faciunt, qui velut Adonias dicunt: *Ego regnabo*; ego præcipiam. Iſti plus regere deſiderant propter dominium, quàm propter animarum vtilitatem; iſti perperam fundant felicitatem ſuam, ſiquidem eam ponunt in re adeò vana, & inconſtanti: Bonus Prælatus felicitatem ſuam in re tam vili ponere non debet, immò eam fugere velut Chriſtus, qui, *Cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt facerent eum Regem, fugit in montem.* 3.Reg.1.5. Ioan.6.15.

2. Sanctus Iob ait: *Ecce Gigantes gemunt ſub aquis.* Qui ambitionem ſuperati ſunt, regiminis curis triſtantur: & etiam ſi ſcientiam, ſufficientiam, & ſanctitatem habeant, non ſe exiſtimant felices, immò gemunt, & flent captiuitatem ſui cordis tot curis im- Iob.26.5.

plicari. Vnde Moyſes aiebat ad Dominum: *Cur afflixiſti ſeruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi.* Verba hęc magni gigãtis erant, & vnuſquiſque ex Prælatis, ſi gigas eſt, non autem imbecillis miſera ambitione ſuperatus, ea dicere debet in corde ſuo.

Numer. 11. 11. & 14.

3. Tria ſunt, quæ Seruos Dei mouent ad Prælaturas accipiendas. Primum dũ agnoſcunt, quòd Deus eos ad officium illud vocat, & eis non ambientibus, immò nec volentibus ad talia munera aſſumuntur, vt noſter S. Pater Auguſtinus, Diuus Ambroſius, & omnes Sancti aſſumpti fuerunt; Quo circa dicit Apoſtolus, *Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo tamquàm Aaron.* Secundum magnus charitatis zelus dum adeſt neceſſitas: ideòque dixit Sanctus Doctor noſter: *Otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis,* ad quod obligat ipſa charitas: & hoc ſecundum perfectius eſt primo. Tertium denique & vltimum, quod Seruos Dei mouet ad Pręlaturas ſuſcipiendas, eſt obedientia, dum eis præcipitur, & hoc motiuum eſt alijs omnibus excellentius: vnde plures vidimus, qui dignitates accipere nolebant, & tandem obedientia coacti annuerunt.

Ad Hebr. 5. 4.

Lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 19.

4. No-

4. Notum eſt, perfectionem noſtram non in eo conſiſtere, quod ſubditi ſimus, quod abiectis exerceamur officijs, ſed in mortificatione propriæ voluntatis, & in abnegatione omnium propter Deum: adeòut ſicut mortuus non renuit, ſiue illum humi iacere, ſiue in regio Throno ſedere velint, ita totum ſe obedientię ſubdere Religioſus tenetur. Hęc eſt igitur Prælati felicitas, ſuis ſubditis propter charitatem & Dei amorem ſeruire; Vnde Saluator noſter dixit Diſcipulis ſuis: *Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat*, vt Pręlatus agnoſcat ſe Seruorum Dei eſſe ſeruum; & dum pedes eorum lauit dixit eis: *Exemplum dedi vobis, vt quomadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis*. Lucæ 22. 27. Ioan. 13. 15.

5. Prælatus enim debet ſubditis ſuis inſeruire, eis temporalia largiendo, & eorum infirmitatibus corporalibus remedia adhibendo, eoſque proprio ſinu portando, ſicuti portare ſolet nutrix infantulum, imbecillitatem eius ſufferendo; immò & debet eos vigilanter cuſtodire, ſicut qui nocte Arcem aliquam vel Ciuitatem cuſtodiunt: Denique debet illos dirigere, ſicut Moiſes ducebat *Gregem ad interiora deſerti*, eos ad ſpiritualia hortando, & ad ſectandam perfectionis ſemitā excitando: Et velut *ſexaginta fortes* lectulum Salomonis ambientes, debent ſem- Exod. 3. 1. Cantic. 3. 7.

per Prælati gladium in manu portare, verbis Sacræ Scripturę ſibi ſubditos admonendo, & numquam orationis arma dimittere, manibus ſemper rectæ vitæ, operumque bonorum ad Deum leuatis, vt ſubditi vincant Amalec Dæmonem, & ipſe nullatenus ſuperet eos.

Exod. 17. 11.

6. Contrarium operantur Prælati, qui obliti illius Chriſti Domini documenti: *Qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.* & immemores doctrinæ, quam Præceptor noſter eis tradit in Regula, volunt à Religioſis abſque infirmitatis neceſſitate ſeruiri, cùm tamen nihil ſit, in quod ſubditi vigilantiùs oculos figant, quàm in Prӕlati mores: in eo namque inuenire volunt paupertatem, humilitatem, obedientiam, ac denique in eo velut in ſpeculo omnes Religionis virtutes & perfectiones inſpicere cupiunt, quas Regula commendat. Et hoc ratione valdè conſentaneum eſt, nam aqua vt pura habeatur, ab ipſo fonte haurienda eſt; & defectus faciei in ſpeculo contemplandi ſunt, vt emendentur; Sed ſi, Deo permittente, fons turbidus ſit, & ſpeculum puluere obſcuratum, hoc eſt, ſi Prælatus, in quo velut in ſpeculo ſubditus ſe debet inſpicere, perfectus non fuerit, in quo ſubditus ſe ipſum conſpiciet, vt proprios emendet defectus?

Matth. 20. 27.

7. Gedeon in mirabili illa Victoria, qua de Madianitis triumphauit trecentis viris

quos

quos ſecum ferebat, ſic effatus eſt: *Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero ſectamini*: poſt hęc cœpit ante omnes buccina clangere, quam portabat in manu dextera, & confregit lagenam vacuam, quam ſiniſtra ferebat, in cuius medio lampadem habebat: Vox hæc eſt Superioris, quamque Apoſtolus proferebat: *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote*. Cùm enim Prælatus Chorum frequenter adit, omnes læti adeunt, & hoc eſt buccina clangere, orationi & contemplationi ſe dare: Cùm ſe ipſum mortificat, curando ſibi ſubditis miniſtrare, & non miniſtrari, cùm ſuam confringit lagenam, carnem ieiunijs & flagellationibus domando, omnes ſubditi, dum eum Ducem vident ſectantur, & imitantur: tuncque victoriam de Madianitis, hoc eſt de vitijs, reportant. Iudic. 7. 17. 1. Ad Cor. 4. 16.

8. Dic igitur mihi frater: Si Chriſtus, cui omnes ſeruiunt Angeli, ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*: quomodo tu, & ſi Prælati munus exerceas, miniſtrari permittis abſque neceſſitate? Si in ſæculo miniſtrabaris, & in Ordine etiam vis miniſtrari, quid propter Ieſum Chriſtum reliquiſti, dum Religionis habitum induiſti, & paupertatem Deo vouiſti? Si verò in ſęculo famulos non habebas, quare vis in Ordine famulari, qui domus pauperum eſt & humilium, vbi Math. 20. 28.

nullus

nullus fratri ſuo propter ſtipendium famulatur, ſed ſolùm propter Ieſum Chriſtum. Pulchrè igitur inquit hìc Præceptor noſter Prælato: *Non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente felicem*: Si enim felicitas non eſſet Seruis Dei famulari, neutiquàm dixiſſet Iſaac, dum benedictionem
Gen.27.40. impartiuit Eſau: *Fratri tuo ſeruies*. Quia tamen Prælatus à ſubditis honorandus eſt, ac magni faciendus, modò ſubtexuit.

Honore coram vobis Prælatus ſit vobis, timore coram Deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris.

1. CVm Prælatus Chriſtum repræſentet, Deique locum teneat altiſſima prouidentia diſponentis vt quidam regant, alij autem regantur, prout videmus inter Cæleſtes ſpiritus ſeruari, & ſcimus inter nos ſeruandum fuiſſe ſi Adamus nõ peccaſſet: hinc eſt, vt Prælatus à ſuis ſubditis honorandus ſit, magnique habendus, non ſolùm dum bonus eſt & Sanctus, verùm etiam dum imperfectus eſt & malus; nam vterque in Monaſterio vices Dei gerit. Vnde modò Doctor noſter ad quandam nos ſanctam æmulationem, valdèque laudabilem hortatur: nempè vt ſubditi ſemper Superiores noſtros honoremus & veneremur, ſiue præſentes ſint ſiue abſentes; illi vero nequaquàm iſto ho-

honore & veneratione ſe extollant, ſed vt veri humiles ſe his indignos agnoſcant, & quòd non ipſis, ſed Deo honor ille, ac veneratio tribuitur, cuius Imagines ſunt.

2. O Contentio admirabilis! quòd nos Prælatos ſuper capita noſtra extollamus, ipſi verò pedibus noſtris ſubſternantur: cura noſtra ſit eos velut Dominos timere, & cura eorum ſit nos velut fratres habere: denique nos inuigilemus in eis amandis, eiſque velut Patribus obtemperandis, ipſi autem inuigilent in nobis velut filijs habendis. Huiuſmodi Prælatos huiuſmodique ſubditos cæleſtem vitam potiùs quàm terrenam ducere dicemus. At verò proditor ille qui, velut alter Cham filius ingratus Noe Patrē ſuum & Prælatum irridet eiuſque defectus euulgat, & qui prætextus quęrit vt Superiorem ſuum, à quo aliquando iuſtè punitus fuit, ineptum ad Prælaturam oſtendat, timeat ne pœnam & maledictionem eam patiatur, quam filius ille irriſor Patris ſui. Totum hoc humiles Prælati ęquanimiter ſuſtinebunt, & quod in Regula ſubſequitur, exequentur: *Non reddentes malum pro malo*: vt Chriſtus cum Iuda proditore fecit.

Gen. 9. 22.

1. Petri 3. 9

Cir-

Digitized by Google

Circa omnes ſe ipſum bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos, patiens ſit ad omnes.

1. MVltum prodeſt ſubditos verbis & doctrinis admonere, ſed efficaciùs
Ioan.10.38 longè eſt operibus commouere. *Si mihi non vultis credere, operibus credite*, aiebat Chriſtus Phariſeis. Vita Prælati teſtis fideliſſimus eſt, in quo vitium non poteſt oſtendi; Lucerna eſt quæ præit ne cadant in via, qui diriguntur: & tandem ſidus eſt, cuius ductu in Monaſterio degentes gubernantur. Nullum ab eo opus inconſideratè patretur, nullum verbum inaduertenter proferatur, ſed in omnibus ſit valdè prudens & cautus, quippè qui ſpeculum eſt, vbi omnes ſe ipſos inſpiciunt, ac virtutum exemplar, quod omnes in ſe ipſis debent effingere quodque omnes debent imitari. Puniat inquietos, vt pacificè viuant, eoſque corripiat, ne alios perturbent; confirmet puſillanimes, eoſque conſoletur, dum tentationes & ſpirituales præſſuras patiuntur: ſuſcipiat charitatiuè infirmos & imbecilles, & denique patiens ſit ad omnes.

2. O incus vndique contuſa cor Prælati! quippè quod pigrum, & negligentem

debet

debet æquanimiter ſuſtinere, nimis feruidũ & acutum patienter tolerare, iracundum pacificare, mœſtum lętificare, & denique dicere cum Apoſtolo: *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos*; Sicut omnia flumina intrant in mare, ibique ſiſtunt & quieſcunt, ſic omnes ſubditorum labores & ęrumnę in Prælatum confluunt, ibique rapidum ſuum exonerant curſum. Magnum Dei adiutorium ei neceſſe eſt, magnaque virtutum copia indiget eius anima, vt ad omnes ſit patiens, omniumque onera poſſit portare: quamobrem ſuperiùs diximus, quòd Prælatus eſſe debet velut magnus Gigas, & fortis Sanſom, nam aliter ſæpenumerò oneri ſuccumbet; ex quo Dæmon maximè lætatur, & ſubditi ſcandalum inde accipientes ſimul ſuccumbunt. In Machabeorum hiſtoria legimus, quòd vt primùm *Iudas cecidit* (qui erat Dux) *& cæteri fugerunt*. Laborioſum ſanè eſt ſubditis, nimiſque obnoxium Prælatum imbecillem habere ac puſilanimem: ſed quia non ſolum oportet ipſum integrum & perfectum eſſe quòad animæ virtutes, verùm quòad operationes externas; modò ſubiungitur.

1 Ad Cor. 9.22.

1. Mach 9. 18.

Di-

Google

Diſciplinam libens habeat , metuendus imponat.

1. PRælatus propria tantùm perfectione non debet eſſe contentus, ſed potiùs enixè curare tenetur, vt eius ſubditi viri ſint perfecti, virtutum amatores, in diſciplina & correptione Domini educati. Scriptura Sacra ſępè bonos mores diſciplinam vocat, vnde ait Apoſtolus *Vos Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros; ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.* Moderatio in loquendo, comedendo, deambulando, & in omnibus alijs religioſis motibus ad diſciplinam ſpectat nobis commendatam in Regula. Itaque Prælatus in omnibus irreprehenſibilis eſſe debet, alioquin ſubditi dum ab eo corripiuntur ei obijcere poterunt illud Euangelij: *Medice cura te ipſum.*

Ad Epheſ. 6. 4.

Lucę 4. 23.

1. Reg. 31. 3.

2. Notatu digniſſimum eſt, quod in libro Regum legimus: *Totumque pondus prælij verſum eſt in Saul.* Stratagema Præliantium eſt vexillum deijcere, quia protinus Miles exanimatur, Laborant bellantes vt Ducem proſternant, nam tunc totus fugit exercitus aduerſarius. Prælatus Dux eſt, intus & foris oppugnandus, intus ne perfectus ſit & virtutum amplexator, foris ne in eo modeſtia

ac

ac diſciplina compareant. Ex his damnis Dæmon magnum lucrum reportat, nam, dum Prælatus propriæ perfectionis & diſciplinæ ſtudioſus non eſt, cæterorum etiam ſpiritualis incrementi incurioſus erit: immò & aliud inde emanat malum, nempè quòd imbecilles Superioris imbecillitatem imitãtur, & perfecti in regulari diſciplina tepeſcunt.

3. Quamuis Doctor noſter hìc Prælatum admoneat, vt diſciplinam metuendus imponat, non ideò vult, quòd Superior rigidus ſit, moleſtus, omnibuſque ſubditis faſtidioſus, ſed tantùm, quòd oſtendat ſe vires habere, vt cùm neceſſe fuerit, corrigat & puniat delinquentem: vnde protinus ſubtexuit: *quamuis vtrumque ſit neceſſarium, plus tamen à vobis amari appetat, quàm timeri, ſemper cogitans, Deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem*. Grande his Prælatis traditur documentum, vt diſcant ſubditos regere, nempè vtrumque eis neceſſarium eſſe, amari, & timeri: amari à bonis, timeri à malis; Illud manna, quod pluit Dominus populo ſuo in deſerto, bonos ſuauiſſima recreabat dulcedine, malis autem & ingratis faſtidium generabat & nauſeam; ſic bonus Prælatus neceſſe eſt, vt Seruis Dei ſit amabilis, imperfectis autem & negligentibus odibilis: talis fuit Pater & Præceptor noſter regiminis ſui Sapien.16. 20.

tem-

tempore, D. Gregorius D. Hieronimus, & cęteri Prælati perfecti, & tales eſſe debent, qui noſtris temporibus munus ſuum rectè obire voluerint, conſiderantes, quòd in hoc euentu plus Prælato honorem adauget & famam vnus tantùm bonus, à quo diligitur, quàm minuere poſſunt plures imperfecti & imbecilles, à quibus abhorretur.

4. Semper tamen Superior plus à ſubditis amari appetat, quàm timeri: iam enim ceſſauit lex timoris, & aduenit lex amoris: Sapien. 15. 1. *Deus noſter ſuauis & verus eſt, patiens, & in miſericordia diſponens omnia*: ſuauitate, non rigore vniuerſum mundum regens, & gubernans. Appetat amari, quia amor omnia poteſt, & omnia ſuauia reddit: 1. Ad Cor. 13. 7. ***Charitas omnia ſuffert, omnia ſuſtinet***, vt ait Apoſtolus. Vtrumque igitur neceſſarium eſt amor, & timor; miſericordia, & iuſtitia; plus tamen Lucę 10. 34 olei miſericordię, quàm iuſtitiæ vini vulneribus infundat delinquentium. Plus Prælatus amabitur quàm timebitur, ſi humilis corde fuerit, ſi ſubditos honorauerit, ſi ſuſtinuerit patienter emendando, vt admonet 1. Theſſ. 5. 14. Paulus: & denique plus amabitur quàm timebitur, ſi Deum valdè timuerit, & in omni diſciplina benè educatus, prouidus, & ſapiens fuerit; & quia meliùs eſt rationem reddere Ieſu Chriſto Paſtori noſtro de miſerationis, quàm de iuſtitiæ exceſſu, concludit

di-

dicens, quòd Prælatus ſemper cogitet ſe de animabus ſubditorum pretioſo ipſius ſanguine & morte redemptis redditurum eſſe rationem.

Vnde vos magis obediendo, non ſolùm veſtri, ſe d etiam ipſius miſeremini, qui inter vos, quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo maiori verſatur.

1. Documento iſto ſuadet vt Superioribus noſtris ſimus valdè obtemperantes, in nulloque eis reluctantes: nam præterquàm quòd in hoc nobiſmetipſis benefacimus adimplentes obedientiæ votum, in quo principaliter conſiſtit noſtra perfectio, etiam Superiorum noſtrorum miſeremur, quorum compati tenemur, onus grauiſſimum eorum muneris comportantes. Pulchrè igitur dictum eſt, quòd non ſolùm noſtri, ſed etiam ipſius Prelati miſeremur, dum ei ſine cauſatione & cõtentione obedimus, quippè quòd nulla maior adeſt crudelitas, quàm propriam animam vulnerare ab obedientia deficiendo; vnde maxima oritur inquies, obturbatio, & conſcientię ictus, vt videre eſt in Iona Propheta, qui poſtquàm Deo fuit inobediens, nec vnum diem pacificum habuit; quinimò aer, aqua, tempeſtas ipſi belligerarunt, vſquedum in Ionæ 1.

mare fuit proiectus. Non ſit ergo Religioſus ſibimet crudelis, non ſit in ſe ipſum carni ex: hilaris obtemperet, & magno prælio liber erit.

2. Nimis etiam crudeles ſumus noſtro Prælato, dum ei non obedimus, quippè qui Pater ac Paſtor noſter eſt, quem ad iracundiam tenemur non prouocare; & ſi culpa eſt fratribus noſtris faſtidium generare, quanto maius crimen erit eum, qui Pater noſter eſt, exacerbare? Certè nullum gaudium eſt, quod poſſit comparari ei, quod Prælatis noſtris afferimus, dum ipſis propter Deum incunctanter obedimus: in obedientia enim, quam eis præſtamus, charitas oſtenditur, qua Deum amamus, humilitas reſplendet, qua noſmetipſos abnegamus, & appetitum ac *velle* noſtrum mortificamus. Denique obedientia ſignum eſt infallibiliter demonſtrans quantum in Religione proficiamus.

3. Ad miſericordiam hanc erga Prælatos noſtros exercendam eis obtemperando nos excitat agnoſcere, quòd *quantò in loco ſuperiori, tantò in periculo maiori verſantur*: quo enim maius eſt in Domo Dei munus, eo maior erit muneris ratio: vnde aiebat Regius Pſaltes: *Ab altitudine diei timebo*: hoc
Pſal. 55. 4. eſt à ſuperiori & ſublimi dignitate: & meritò id aiebat: nam dum Saulis Regis ſub-

di-

ditus, & paſtor fuit, in Deum non peccauit, niſi poſtquàm ad regiam dignitatem fuit euectus. Hoc eſt vnum ex motiuis, propter quod noſter fleuit Saluator in die illo, quo maximum ei honorem turbæ præſtiterunt, dum ſuper pullum Aſinæ Hieroſolymam intraret. Honores, & Dignitates maxima pericula ſecum afferunt, quapropter oportet eas deplorare, non eis lætari, quin potiùs oculos vertere ad ſtrictiſſimum illud iudicium, quo Prælati de vnaquaque ex animabus ſibi commendatis rationem reddent. Igitur æquum, & rationi conſentaneum eſt, vt Superiorum noſtrorum, veluti ſpiritualium Patrum miſereamus, eiſque compatiamur. Lucæ 19.41

Donet Dominus, vt obſeruetis hæc omnia, tamquàm ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono Chriſti odore de bona conuerſatione fragrantes.

1. IN hac deprecatione Pręceptor noſter oſtendit nimium zelum, quo noſtrum inhiabat profectum, quippè qui Deum enixè obſecrat, vt gratiam nobis largiatur, quatenus omnia, quæ nobis in ſua tradidit Regula, adimplere valeamus. Vnde clarè liquet, quàm verus eſſet Apoſtoli Diſcipu-

lus, qui multoties ſimili deprecatione Epiſtolis ſuis finem imponit, orans, pro fidelibus, quibus ſcribebat: *Gratia Domini noſtri*
* Ad Rom. 16.24. *Ieſu Chriſti cum omnibus vobis Amen*. Sic D. Paulus, & ſic Doctor noſter & Præſul Sanctiſſimus concludit, Deum pro omnibus filijs ſuis orans, vt ipſius Gratiæ adiutorio impleamus, quod ipſi vouimus; ſufficientes namque noſtris viribus non ſumus, vt operibus exequamur, quod verbis promiſimus. Hinc docentur Prelati pro ſibi ſubditis ſemper orare; immò & monentur Concionatores, vt non ſolùm doctrinis animabus vtilibus ſtudeant, eaſque in ſuis concionibus exponant, verùm etiam his non contenti Deum humiliter orent, vt animabus profectum, perfectioniſque afferant incrementum, Deum agnoſcendo, & ſuper omnia diligendo.

2. Iterum ait, vt omnia nobis in ſua Regula præſcripta obſeruemus, nam aliqui ſunt Religioſi, qui nihil, aut fere nihil eorum ſeruant, quę vouerunt, exemptiones quærendo, ſanctamque ſubiectionem quam ſemel pro Domino acceptarunt, relinquendo: de his dicit Dominus per Ieremiam: *Confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea,*
Ierem. 2. 20. *& dixiſti: Non ſeruiam*. Iugum ſuaue, quod Euangelium adeò nobis commendat, obedientia eſt, à crudeliſſimo nos liberans Carniſi-

nifice, nempè propria voluntate. Catenę, quibus iugum iſtud nos iungit, ſunt paupertas, caſtitas, orationes, ieiunia, flagellationes, cęteræque obſeruantię regulares. Hi denique ſunt velut Rhinoceros, de quo ait D.Gregorius *quòd indomitę omninò naturæ eſt: ita vt, ſi quando captus fuerit, teneri nullatenus poſſit: impatiens quippè, vt fertur, illicò moritur*. Æquum igitur eſt frater, vt omnia tibi in Regula pręſcripta inuiolabiliter obſerues, & ne ſis velut perdita iſta animalia ferocia, quæ numquam ſe humiliare voluerunt, vt adimplerent quod vouerunt, velut ſuimet deriſores, qui vnum iurarunt, & alterum faciunt. Lib.31. moral. cap.

3. Alij ſunt Religioſi, qui & ſi totam Regulam non adimpleant, partem eius ſeruant. Ad hos dicit Eccleſiaſtes: *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio*. Infideliter Regulam implet, qui cùm caſtus ſit, pauper non eſt, vel cùm pauper ſit, non eſt obediens. Aduertat Religioſus, quod Apoſtolus Petrus dixit Ananiæ proprietario: *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri Spiritui Sancto*? Vbi notandum eſt non dixiſſe: *Mentiri mihi*, ſed Deo: nam vouere, & non implere infidelitas contra Deum eſt. Primi nihil Regulæ ſeruantes, & ſecundi illius tantùm aliquid cuſtodientes, ſimiles ſunt ſtatuæ Dauid, quam Eccleſ.5.3. Act.5.3. 1.Reg.19.16.

ſatellites Saulis veſtim ẹ̄tis coopertam inuenerunt in domo eius. Simulachrum eſt, non Religioſus, qui ſolùm Religioſi habitum tenet, non autem Religioſi mores, ſuæ Regulæ conformes. Homo fictus eſt, non verus, qui tantùm habet exteriorem figuram hominis.

4. Hanc igitur Regulæ obſeruantiam nos ſuadet ipſa promiſſio, quam fecimus viuendi iuxta Regulam: hanc nos edocet Religioſorum quibuſcum viuimus ſocietas, in quibus velut in libris viuis ſemitam perfectè viuendi conſpicimus, & addiſcimus: hanc denique nos admonet antiquorum Patrum exemplum, quorum veſtigijs inſiſtimus. Si
Ierem. 35. 6. enim Rechabitę numquam vinum biberunt, nec prædia aliqua habuerunt, eò ſolùm quòd Ionadab Pater eorum ita ipſis pręceperat; quantò potiùs Magno Parenti noſtro Auguſtino vitam hanc Apoſtolicam ſectari nobis præcipienti in omnibus tenebimur incunctanter obedire? Attendat Religioſus
4. Reg. 18. 21. quòd ſæculo renunciauit, ne ſit ſicut illi Samaritani, qui Deum timebant, & Idola ſua colebant: totum ſe Deo dicauit, non ampliùs ad mundana faciem conuertat, non in duas partes claudicet, partem Regulæ implendo, & partem ſæculi in corde amplectendo.

5. Omnia denique in Regula iſta nobis tradita oportet obſeruare, *tamquàm ſpiri-*

tua-

tualis pulchritudinis amatores, animæ candorem, conſcientię tranquillitatem, omniumque virtutum mirabilem ſplendorem inhiantes. Hoc pręcipuus nobis debet eſſe ſcopus; ſed non ideò exterior diſciplinæ decor eſt contemnendus, quippè qui murus eſt Ciuitatem cingens cordis noſtri, & ſepes aditum pręcludens vineæ Domini: nam *Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio*: vt ait Eccleſiaſticus. Eccli. 36. 27 Vnde exteriores obſeruantię Religionis vtiliſſimæ ſunt ad cuſtodiendam puritatem interiorem: Hinc eſt, quòd in Canticis ſponſa *Hortus concluſus, hortus concluſus*, Cant. 4. 12. bis appelletur, hoc eſt concluſus exteriùs & interiùs.

6. Dum dicit: *Bono Chriſti odore, de bona conuerſatione fragrantes*: Doctrinam nobis commendat Apoſtoli: *Chriſti bonus odor ſumus*. 2. Ad Cor. 2. 15. Sancta deſideria noſtra velut flores ſunt mali firicę, quorum odor Cælos penetrat: verba noſtra ſpiritualia velut folia lauri ſunt, quę non parum Angelos delectant: opera noſtra bona velut poma ſunt, Deo mirabilem odorem fragrantia. Itaque in omni loco, & in omni tempore Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti odore debemus fragrare, ipſum contemplantes, & de ipſo ſermocinantes. Et quia amabiles ſunt Deo, qui libero & hilari corde ipſi ſeruiunt; modò ait.

Non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti.

1. CVm Deus noſter Dominus ſit adeò ſupremus, nullo indigens in ſua æternitate, nullamque habens neceſſitatem exiguorum famulatuum noſtrorum, vult, quòd eidem non vi ſed voluntariè: non coactè ſed liberè ſeruiamus. Reges terræ vtpotè mancipiorum ſuorum ſeruitijs indigentes ea acceptant, etſi non voluntariè, ſed coactè fiant: e contra verò Deus noſter nihili facit ſeruitia noſtra, dum non vt liberi, ſed velut coacti ei ſeruimus. Vnde ait Apoſtolus: *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, hilarem enim datorem diligit Deus.* Ac ſi diceret, ne ſitis filij ſpurij, mancipia catenis conſtricta, ſed velut filij legitimi dilectione, non timore famulamini; & quia Dominus, cui miniſtratis, nobiliſſimus eſt, ei velut nobiles, & liberi miniſtrate.

2.Cor.9.7.

2. Niniuitæ, qui propter mortis timorem ſe ad Deum conuerterunt, in pœnitentia, quam Ionam audientes patrarunt, parum temporis perſeuerarunt: nam timor pœnę, quam ſeruus fugit, non ſemper ſufficit vt ſuum adimpleat munus. At qui Ieſum Chriſtum amore

Ita fere omnes Expoſitores.

re

re filiali diligit, in bono permanet opere; quod incœpit, de virtute in virtutem conſcendens, numquamque à bono incœpto deſiſtens. Inter omnes creaturas viſibiles ſolum hominem Deus liberum fecit, quaſi volens ipſe Dominus aliquid de ſuo iure perdere, vt eius opus perfectum redderet: hoc eſt, & ſi homo non minus quàm Cælum, & ceterę creaturæ viſibiles ad Creatori ſuo ſeruiendum eſſet obſtrictus, velut opus manuum eius: tamen voluit Diuina & liberaliſſima Maieſtas ipſum relinquere *in manu conſilij ſui*, vt hoc modo eum magis laudaret, & glorificaret, amore & libertate famulando, cui rigore iuſtitię ſeruire tenebatur. Benè igitur ait Doctor noſter, vt obſeruemus hæc omnia, *non ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut liberi ſub gratia conſtituti*: Ieſu Chriſto filiali dilectione famulantes, & non ſeruili timore miniſtrantes. Eccl. 15.14

Vt autem vos in hoc libello tamquàm in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per obliuionem aliquid negligatur, ſemel in ſeptimana vobis legatur.

1. Scriptura Sacra ait: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*: minitatio Ierem. 48. 10. maxima, quam Seruus Dei timere debet in omnibus ſuis operibus. Siquidem non quæcum-

cumque pœna eſt, ſed inter omnes terribilior, eadem nempè, quæ in die Iudicij Damnatis erit infligenda, dicente Domino: *Ite maledicti in ignem æternum*. Si ergo Religioſus in omnibus debet eſſe ſedulus, quantò potiùs in Regula ſeruanda, quam eſt profeſſus? Vt autem incuria huiuſmodi emendetur, præcipit modò Doctor noſter, vt nos inſpiciamus in hoc libello tamquàm in ſpeculo, hoc eſt, quòd illum præ manibus ſemper habeamus, & quòd ſaltem in ſeptimana coram omnibus Monaſterij Religioſis ſemel legatur. In ſpeculo omnes faciei maculæ conſpiciuntur, ita & nos dum pręcepta iſta legerimus, in eis defectus noſtros & negligentias agnoſcemus; Speculo ob oculos poſito facies ornatur, & Regula in noſtro fixa conſpectu, memores omnium, quæ nobis præcipiuntur, animam noſtram virtutum ornamentis decoramus.

Math. 25. 41.

2. Egregiè dixit Salomon: *Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam.* Cuſtodia noſtri cordis in cuſtodia conſiſtit eorum, quæ nobis præcipiuntur in Regula iſta Apoſtolica: quòd ſi in hoc incurioſi & ignaui fuerimus, ſtatim anima noſtra maximum periculum adit. Caueat ergo Religioſus; ne ei eueniat, quod prophetat Eccleſiaſticus: *Qui ſpernit modica, paulatim decidet.* Verum eſt, vt ſuperiùs diximus, quòd non omnia

Prou. 19. 16. 2.

Eccl. 19. 1.

nia

nia in Regula præſcripta ad lethale peccatum nos obligant: in ea namque & præcepta ſunt ad tria vota pertinentia, & conſilia ſunt ad perfectam vitam nos dirigentia: Sed ſi ea, quæ conſilia tantummodò ſunt, ſpernimus, paulatim ea, quæ præcepta ſunt, paruifaciemus. Vnde in Prouerbijs dixit Salomon: *Legem meam liga in digitis tuis*. Prou.7.3. Hoc eſt, illam habe ante oculos tuos, & illam exequere: Et Dominus in Deuteronomio, dum legem populo dedit: *Erunt Verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo: & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens*. Deut. 6.7.

3. In quibus omnibus nobis demonſtrat, quanta cura, & ſollicitudo habenda ſit in his, quæ adeò neceſſaria ſunt animabus noſtris; nam euidens eſt, quòd, quantò aliqua res maioris valoris eſt, tantò maiori cura & vigilantia cuſtodienda eſt. Inſpiciat ſe igitur Religioſus in libro velut in ſpeculo, nullumque ob incuriam amittat eorum, quæ in eo facienda præſcribuntur: legat multoties Regulam iſtam, eamque in ſua memoria retineat, & in corde ſuo ſcribat.

§.4. Quia deniq; quidquid boni agimus, donum Dei eſt, cuius gratia adiuuante omne bonum operamur, modò inquit, vt Deo gratiæ referantur.

Vbi

Vbi vos inueneritis ea, quæ ſcripta ſunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori.

1. OMne antiquorum Philoſophorum damnum ex eo emanauit, vt ait A-
Ad Rom. 1. 21. poſtolus, quia *Cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, & ideò euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Rex Ezechias dũ de Senacherib triumphauit: *Non iuxta beneficia, quæ acceperat retribuit, quia*
2. paral. 32, 25. *eleuatum eſt cor eius*: Vnde quia gratias Deo non egit, nec laudum Canticum protulit, *ægrotauit vſque ad mortem*. Vt ergo hoc malum vitemus, & ne ob ingratitudinem totum noſtrorum operum mèritum amittamus, nobis precipitur, vt gratias Domino agamus. Verba hæc ipſius Domini ſunt apud Iſaiam
Iſai. 42. 8. dicentis: *Gloriam meam alteri non dabo.* Vtilitatem vult Dominus eſſe noſtram; ſed gloriam præcipit ſibimet dari: Siquidem ſine eius auxilio & gratia nihil boni poſſumus operari.

Gen. 39. 12. 2. Gloria hęc Domina illa eſt, quam Ioſeph in Ægipto, & ſi valdè rogatus, tangere non eſt auſus, malens pallium amittere, & apprehendi, quàm honorem deturpare Domini ſui. Ita Seruus Dei gloriam & hono-

honorem Creatoris ſui tenetur non lædere ieiunijs & ſanctitate ſua, velut alter Phariſeus inflatus; ſed coram Domino ſe humiliare, & agnoſcere omnia ipſius beneficia eſſe, ipſum vt liberalem admodũ largitorem laudans, & glorificans. Salomon ait: *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant*. Et Iacob· *omne datum optimum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum*: Et ad ipſum omnia dona redeunt, dum de eis gratias agimus ipſi Deo: & quia Deus eſt *Qui eſt*, in ſe ipſo glorioſus, & infinita gloria eius, cùm eidem gloriam damus, non eius gloria, ſed potiùs meritum noſtrum augetur & præmium; & inde iterum maiora donorum fluenta in nos confluunt: nam dum anima noſtra ſe Deo gratam oſtendit, maioris ſpiritualium diuitiarum copiæ dignior redditur.

Lucæ 18. 12.

Eccleſ. 1. 7.

Iacob. 1. 17

Exod. 3. 14.

Vbi autem quicumque veſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de preterito, caueat de futuro.

DOctor noſter agnoſcens, quòd nos filij Adæ in peccatis concepti homines ſumus imbecilles: *Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*: vt ait ſcriptura: immò

Gen. 8. 21.

&

& intelligens quòd licèt ſpiritus promptus ſit, ac perfectionis anxius, caro tamen eſt infirma, modò remedium adhibet, ne defectus noſtri excreſcant, dicens: *Vbi quicumque veſtrum viderit aliquid deeſſe*, aut in aliquo deliquiſſe, *doleat de præterito*, *caueat de futuro*: notum enim eſt, quòd vera pœnitentia vtramque partem iſtam debet habere, dolorem ſcilicet peccati præteriti, & propoſitum firmum emendationis; nam aliter iocator eſſet, & non pœnitens, qui ad Deum conuertitur.

2. Apoſtolus admonet, *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*: Si tamen ceciderit, non deſperet, ſed magna fiducia Dei miſericordiam imploret, & vnde primò ab inimico ſuo Satana fuit ſuperatus, inde adnersùs eundem victor reſurgat. Et dum fuerit emendatus, non ſit *ſicut canis qui reuertitur ad vomitum*; occaſiones tollat, procul fugiat, & vitam ſuam velut alter Loth in alto perſeuerantię monte ſaluam faciat. Saluator mundi cùm Mulieri pepercit adulteræ, eamque liberauit, dixit ei: *Vade, & iam ampliùs noli peccare*. Et cùm Paraliticum ſanauit, ſimiliter dixit ei: *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*: vt in his nobis oſtenderet, quòd ſalus animæ noſtræ in eo conſiſtit, vt peccati iam dimiſſi recidiuam vitemus. Malus eſt qui ca-

1. Ad Cor. 10. 12.

Prou. 26. 11

Gen. 19. 30.

Ioan. 8. 11.

Ioan. 5. 14.

cadit, & peccatum cõmittit, ſed longè peior eſt, ac Diaboli imitator, qui non vult reſurgere, & ſi reſurgit, ſtatim relabitur.

3. Pater & Præceptor noſter hic à nobis non exigit, nec Deus ipſe nobis præcipit, ne lapſum timeamus, vtque pro certo habeamus numquam ampliùs peccaturos: nam prę ſumptio iſta vlteriùs non peccandi ſuperbia eſſet. Sed vult Dominus in nobis non confidentes timere, & in magna eius miſericordia & potentia confidere: pericula & occaſiones peccandi fugere: in curanda animæ noſtrę ſalute conatum ponere, velut infirmus, qui quæ Medicus iubet, etſi amara ſint, medicamenta non reſpuit, nec deſiderio ſalutis & vitæ corporalis, quam tantoperè amat, ſumere recuſat.

4. Quia tamen oratio peccatorum veniam ac ad ampliùs non peccandum impetrat gratiam, concludit dicens.

Orans, vt ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur. Amen.

1. PLura ſunt remedia, quibus peccata condonantur, quorum quodlibet magnifaciendum eſt, vtpotè donum magni valoris & pretij, Patris miſericordiarum manu largitum. Filijs autem Adæ ſufficiens remedium eſt ad obtinendam peccati veniam

niam eiuſdem humilis confeſſio: vnde cùm primùm *dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino, dixit Nathan ad Dauid: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris.* Multum etiam prodeſt ad iniquitatem delendam, pietatis & miſericordiæ opera erga proximum exercere: ideòque dixit Redemptor noſter: *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Denique iniuriam proximo dimittere maximè iuuat ad propria delicta dimittenda: dicente Domino in Euangelio: *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater veſter Cæleſtis delicta veſtra.*

2.Reg.12.13. Math.5.7. Math.6.14.

2. Nihilominus remedium amoris Dei, quo ſanata fuit Magdalena, iuxta id quod in Euangelio legimus: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm*: & remedium orationis, quo bonus Latro ſuorum criminum veniam fuit adeptus, dicens ad Ieſum: *Domine memento mei cùm veneris in Regnum tuum*: hæc inquam remedia faciliùs, ſuauiùſque exercentur. Hinc eſt, quòd Doctor noſter ad calcem ſuæ Regulę nos admoneat, vt peccatorum præteritorum plagis medelam adhibeamus humilis orationis, in qua duo à Deo enixè poſtulare debemus, veniam ſcilicet defectuum, quos perpetrauerimus, & auxilium, vt in eos iterum non incidamus.

Lucæ 7.47. Lucę 23.42

3. Egre-

3. Egregia erat illa deprecatio, quam regius Pſaltes omnibus diebus, omnibuſque horis repetebat: *Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me, quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt, qui adiuuet*; verba ſunt iſta magno ſpiritu plena, in cordibuſque noſtris perpetuò ſcribenda, ad Dominum clamando velut Infantulus ambulare nondum potens à matre derelictus timet, clamat, & plorat, ne ſolus ſtatim cadat, vt debilis & imbecillis. Religioſus denique eſſe debet velut Apis, vbicumque inueniatur ſemper bombilans, hoc eſt, ſemper orans, & vigilans, numquàm inſuperabilia Orationis arma dimittens. Illi tres Apoſtoli, qui cum Domino erant in horto, parum dormierunt, dum Dominus orabat: ſed pœnam ſuæ incuriæ ſtatim luerunt, quippè qui propter mortis timorem vitam deſeruerunt, & fugientes perterriti Magiſtrum & Redemptorem mundi ſolum reliquerunt.

Pſal. 21. 11.

Math. 26. 56.

4. Poſtulet ergo à Domino Religioſus, & lacrymis expoſtulet, vt ſibi dimittat proprios defectus, & etiamſi dimittantur, non ſine timore viuat, nec orare deſinat, ne nimia fiducia generet negligentiam. Verum eſt, quòd Dominus animam aliquando ad maiorem & altiorem eleuat volatum, adeò ut antiquarum oblita culparum videatur, quòd eas iam flere ac deplorare neſciat,

cæleſti quadam lætitia inebriata, ſupernoque quodam lumine cumulata, quod illam iam filiam dilectam oſtendit, & non ancillam, vt antea erat: itaut anima nimis eleuata in contemplatione diuinę ſapientiæ, omnipotentię, maieſtatis infinitæ, miſericordię, & bonitatis immenſę iam non curet, nec attendat qualis fuerit antea, ſed qualem Dominus denuò fecerit eam. Veruntamen interim ac copioſis adeò theſauris à Domino non ditamur, ipſum orare, ipſumque deprecari debemus, vt defectibus & peccatis præteritis parcat.

5. Hinc notandum eſt, quòd non ait Doctor noſter, vt à Deo poſtulemus non tentari: nam hoc eſſet petere ſedes, quas Iacobus & Ioannes petierunt, quibus Dominus reſpondit: *Neſcitis quid petatis*. O res mirabilis! ſedes & honores à Domino exquiſierunt, & Calix paſſionis & tribulationis fuit decretus. Quod feruore & humilitate debemus poſtulare, eſt, vt in tentatione non ſuperemur, & ne in ea ob noſtram ſuperbiam à Domino deſeramur, vt tentator, non victor, ſed victus remaneat, velut alter Goliath qui proprio enſe fuit decollatus. Suamet ſagitta vulneratur, & proſtratur Satanas, dum orando eum ſuperamus, & vnde ille fallax animę noſtræ perditionem, ac Dei offenſam oriri volebat, inde meritum maio-

Math. 20. 22.

1. Reg 17. 51.

ris

ris gloriæ nobis accreſcit.

6. Scito igitur, ò frater, quòd eris tentandus, ſiquidem Redemptor noſter in deſerto fuit tentatus. Aduerte, quòd ad ſeruitutem Dei acceſſiſti, ideòq; vt monet Scriptura: ***Sta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem***, & pugnam quotidianam. Tentabit te ſuperbia, tibi oſtendens quali dignitate in ſeculo gaudebas, vel gaudere valebas, tibi ſuadens, vt de diuitibus & nobilibus Conſanguineis iacteris: tu verò attende, quòd omnia iſta ſunt vanitas, & memorare, quòd tua nobilitas eſt de regio ſanguine Ieſu Chriſti gloriari, à quo Chriſtiani nomen, & Religioſi titulum accepiſti. Eccleſ. 2. 1.

7. Impetet etiam te gula, quæ plerumque deſerti incolas aggrediebatur, immò & Chriſtum tentare fuit auſa, dicens ei: ***Dic, vt lapides iſti panes fiant***. Tu verò vigila, ſi non vis hoſti tuo oſtium aperire, & ne nimis edas, velut belluæ, quæ nec menſuram, nec horam in comedendo ſeruant: magni habe eccleſiaſtica ieiunia, & ne frangas, quę in Ordine ſunt ſtatuta. Horribile ſane eſt, quod in Dialogis refert D. Gregorius, ſcilicet, quòd quidam Monachus ſuis apparens ſocijs, dixit eis: ***Quando me vobiſcum credebatis ieiunare occultè comedebam, & ecce nunc ad deuorandum Draconi traditus ſum***. Math. 4. 3. Lib. 3. Dialog. cap. 3. 8.

i 2 8. Quod

8. Quod Doctor ac Pater noſter in ſua Regula admonuit eſt: ***Vt qui non poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cùm ægrotat***: hoc eſt, quòd ille qui imbecillis eſt, vel adeò in aliquo Monaſterij miniſterio laborat, vt vnica tantùm quotidie comeſtione degere non poſſit, non comedat extra horas illas, quas Prelatus deſtinauerit, vt infirmis & debilibus neceſſaria tribuantur. Attamen ad gulæ vitium proſternendum, debet Religioſus (dum non ægrotat) non comedere ſeorſim, ſed hora à Prælato præſcripta ſimul cum alijs Religioſis.

9. Præterea iræ impetu quaſſaberis: ideòque ad Redemptoris noſtri manſuetudinem oculos conuerte, & patiens eris. Prauis te cogitationibus Dæmon exacerуabit: oculos tamen ad Ieſum Chriſtum vulneratum & Crucifixum erige, ne caro tua deficiat. Belligerabit tibi pigritia: attende verò quid Dominus per Ioannem in Apocalypſi dicat. *Quia tepidus es: incipiam te euomere ex ore meo*: Cor tuum Ieſu Chriſti pedum clauo transfige, & ſic de feroci Bellua iſta triumphum reportabis.

Apocal. 3. 16.

10. Sit ergo ex his omnibus Concluſio, quòd numquàm ceſſes orare: ſiquidem Oratio omnia vincit, veniam peccatorum obtinet, noua Dei beneficia impetrat, ani-

mam

mam aduersùs vitia corroborat, & denique nos vnum facit ſpiritum cum Ieſu Chriſto Creatore & Redemptore noſtro, cui gloria ſit ſemper, & honor cum Patre & Spiritu Sancto, vni Deo per omnia ſæcula ſęculorum. Amen.

INDEX CAPITVLORVM

PROLOGVS.

PRIMA PARS,

De Diuino cultu, & de his quæ ad eum ſpectant.

Cap. 1. *DE Officio Diuino à Fratribus & Monialibus noſtri Sac. Ordinis perſoluendo, & de Oratione ſerotina. pag.* 7.

Cap. 2. *De Miſſa & proceſſione Defunctorum ſingulis ſecundis ferijs celebranda: deque aliis ſuffragijs.* 13.

Cap. 3. *Quando Miſſa Conuentualis, & Officium in Choro debeat cantari: & de his qui canonicis Horis perſoluendis & Miſſæ conuentuali intereſſe debent.* 16.

Cap. 4. *De his, qui Miſſæ vel Horis canonicis non interſunt, vel tardè ad huiuſmodi Miſſam vel Horas veniunt &c. pag.* 20.

Cap. 5. *De Officio Diuino, ſeu precibus, quæ ſingulis quibuſque Horis perſolui debent à fratribus Laicis & Conuerſis, pag.* 22.

Cap. 6. *De libris habendis ad vſum Chori.* 25.

Cap.

Cap. 7. *De forma circa promouendos ad Sacerdotium & ad alios ſacros Ordines, atque ad audiendum Confeſſiones.* 26.
Cap. 8. *A quibus ſecrete Confeſſiones Fratrum Ordinis audiantur, & de caſibus reſeruatis.* 30.
Cap. 9. *Quoties, & quando Fratres noſtri Ordinis communicare debeant quolibet anno.* 35.
Cap. 10. *De Confeſſionibus ſæcularium mulierum audiendis.* 38.

SECVNDA PARS

De Obſeruantijs.

Cap. 1. *De ætate, & qualitate eorum, qui ad Ordinem recipiendi ſunt, pag.* 39.
Cap. 2. *De receptione Nouitiorum.* 45.
Cap. 3. *De educatione Nouitiorum, & qualis eſſe debeat Magiſter eorum.* 53.
Cap. 4. *De modo & forma Profeſſionis faciendæ.* 63.
Cap. 5. *De forma & qualitate veſtium Fratrum, & quando debeant Cappam iuxta temporum varietatem deferre.* 76.
Cap. 6. *Quomodo & quando Fratribus de veſtibus debeat prouideri.* 84.
Cap. 7. *De Cellis Fratrum, & earum ſuppel*

ſtili, ingreſſu, ac viſitatione. 87.
Cap. 8. Quomodo, & quoties raſura fiat. 90.
Cap. 9. Qualiter ad refectionem intrent, & ſedeant Fratres. 91.
Cap. 10. De vſu ciborum, & ieiunio Fratrum. 99.
Cap. 11. Qualiter Fratres ad Collationem conueniant in diebus ieiuniorum. 104.
Cap. 12. Quibus locis & temporibus ſilentium à Fratribus obſeruetur. 105.
Cap. 13. De Clauſura noſtrorum Conuentuum, & quòd mulieribus ad eos ingreſſus non permittatur, atque de colloquutione Fratrum. 109.
Cap. 14. Quanta & qualis cura, & ſolicitudo haberi debeat circa infirmos. 115.
Cap. 15. De cura habenda circa Fratres decedentes ab hac vita, & quid fiet de rebus eorum vſui conceſſis. 121.
Cap. 16. De humanitate hoſpitibus exhibenda, & ad quid hoſpites noſtri Ordinis teneantur. 128.
Cap. 17. Quomodo ſe habere debeant Fratres quando domo exire aliquando contigerit, & quòd ſine litteris teſtimonialibus non vagentur. 136.

TERTIA PARS

De Gubernatione.

Cap. 1. *DE obedientia in Ordine noſtro Summo Pontifici D. N. Ieſu Chriſti Vicario præſtanda.* 142.
Cap. 2. *De electionibus noſtri Ordinis in genere, & de Fratribus qui ad quamcumque Prælaturam extra Ordinem aſſumentur.* 143.
Cap. 3. *De forma celebrationis Capituli generalis totius Ordinis noſtri, & Reuerendiſſ. P. electione.* 150.
§. 1. *De tempore celebrationis einſdem Capituli generalis.* 150.
§. 2. *De modo recognoſcendi Præſidentem, pag.* 154.
§. 3. *de Iudicibus cauſarum, & Examinatoribus litterarum.* 157.
§. 4. *De his quæ præcedere debent electionem noui Generalis.* 161.
§. 5. *De electione noui Generalis.* 167.
Cap. 4. *De agendis in Diffinitorio generali.* 171.
§. 1. *De modo ſeruando in Diffinitorio, & de publicatione Secretarij Ordinis.* 171.
§. 2. *De electione R. Procuratoris Ordinis, & PP. Aſſiſtentium.* 173.
§. 3. *De litteris Diffinitorio miſſis.* 176.

§. 4.

§. 4. *De diffinitionibus faciendis, & audientia præſtanda, & alijs.* 177.
§. 5. *De electione Venerabilium Prouincialium, & Priorum Conuentuum generalium:* 178.
§. 6. *De diffinitionibus & electionibus publicandis.* 181.
§. 7. *De modo dimittendi Capitulum.* 183.
Cap. 5. *De officio & authoritate Reuerendiſſ. P. Prioris Gen. totius Ordinis noſtri, pag.* 188.
Cap. 6. *De Officio & authoritate R. Procuratoris gen. & de ordinatione Conuentus Romanæ Curiæ.* 202.
Cap. 7. *De officio & authoritate RR. PP. Aſſiſtentium generalium.* 208.
Cap. 8. *De officio & authoritate Viſitatorum Reuerendiſſ. P. Gen.* 213.
Cap. 9. *De modo celebrationis Capituli prouincialis.* 215.
§. 1. *De tempore quo celebrari debet.* 215.
§. 2. *De modo recognoſcendi P. Præſidentem.* 219.
§. 3. *De Iudicibus cauſarum, & Rectoribus inſtituendis.* 222.
§. 4. *De Miſſa Spiritus S. & alijs precibus, pag.* 225.
§. 5. *Quomodo Prior Prouincialis officio ſuo debeat renuntiare:* 229.
§. 6. *De electione noui Prouincialis.* 233.
§. 7.

§. 7. *De modo eligendi Diffinitores*. 236.
§. 8. *De Officio & authoritate P. Præſidentis*. 239.
Cap. 10. *De agendis in Diffinitorio Cap. prouincialis*. 240.
§. 1. *De ordine in Diffinitorio ſeruando*. 240.
§. 2. *De audientia à Diffinitorio præſtanda*, pag. 246.
§. 3. *De Viſitationibus Viſitatorum aperiendis ac legendis*. 248.
§. 4. *De deciſionibus & diffinitionibus à Diffinitorio faciendis*. 248.
§. 5. *De ſocio aſſignando Priori Prouinciali & eius officio*. 249.
§. 6. *De inſtitutione Priorum, Suppriorum, &c.* 251.
§. 7. *De familiarum diſpoſitione & Fratrum mutatione, ac Deputatis Conuentuum nominandis*. 257.
§. 8. *De Collecta pro Prouincia reparanda*, pag. 260.
§. 9. *De receptione, & prouiſione noui loci* pag. 261.
§. 10. *De electione Viſitatorum, Diffinitoris, ac Diſcreti Capituli generalis*. 263.
Cap. 11. *De publicatione Actorum Capitularium, & de modo dimittendi Capitulum*. 268.
§. 1. *De Diffinitionibus, atque Familiÿs legendis*. 268.

§. 2.

§. 2. *De Sigillis Prouinciarum & Conuentuum.* 271.

§. 3. *De Benefactorum viuorum recommendatione, & ſuffragijs iniungendis.* 272.

§. 4. *Quid de litteris Diffinitorio delatis fieri debeat.* 275.

§. 5. *De litteris P. Præſidentis, quas ſinguli Priores ad ſuos Conuentus portare debent.* 281.

Cap. 12. *De Congregatione in medio biennij celebranda.* 283.

Cap. 13. *De inſtitutione Priorum, & aliorum Officialium extra Cap. prouinciale, pag.* 289.

Cap. 14. *De Capitulo priuato.* 292.

Cap. 15. *De officio & authoritate Prioris Prouincialis, & pro quibus caſibus poſſit priuari.* 299.

Cap. 16. *De officio & authoritate Viſitatorum Prouinciæ, de modo viſitandi &c. pag.* 308.

Cap. 17. *De Officio & authoritate Prioris localis, & pro quibus caſibus poſſit priuari.* 328.

Cap. 18. *Quomodo ſe debeant habere Fratres quando eis Prior aliquod officium, ſeu obedientiam iniungit.* 343.

Cap. 19. *De officio & authoritate Supprioris, pag.* 347.

Cap. 20. *De officio Sacriſtæ Conuentus.* 351.

Cap. 21. *De officio Procuratoris Conuentus, & de rebus domus non alienandis.* 358.
Cap. 22. *De officio Depoſitariorum.* 363.
Cap. 23. *De officio Deputatorum.* 368.
Cap. 24. *De electione, & officio Diſcreti Conuentus.* 373.
Cap. 25. *De ordine præcedentiarum.* 378.

QVARTA PARS

De Cura ac regimine Monialium, & Mantellatarum noſtri Sacri Ordinis.

Cap. 1. *De recipiendis ad habitum Monialium ſiue Mantellatarum.* 381.
Cap. 2. *De electione Prioriſſæ & aliarum Officialium* 384.
Cap. 3. *De Clauſura Monialium Ordinis noſtri.* 386.
Cap. 4. *Quomodo Moniales in locutorijs ſe debeant habere.* 391.
Cap, 5. *De audiendis Confeſſionibus Monialium.* 393.

QVIN-

QVINTA PARS

De forma circa ſtudia, ſtudentes, graduatos, ac Prædicatores in Ordine noſtro ſeruanda.

Cap. 1. *De differentia ſtudij generalis ac prouincialis.* 397.
Cap. 2. *De Officio & authoritate M. Regentis.* 399.
Cap. 3. *De Officio Baccalaurei, lectorum Magiſtri ſtudentium, Curſorum, ac Magiſtri Biblici.* 403.
Cap. 4. *De promouendis ad ſtudia, & gradus, pag.* 406.
Cap. 5. *De forma creandi Magiſtrum in Sacra Theologia.* 415.
Cap. 6. *De ordine præcedentiarũ in Gymnaſijs ſeruando.* 421.
Cap. 7. *Quando Graduati, ac Studentes Officio intereſſe teneantur, & de ſubſidio ſtudentium, ac de Fratribus amouendis à ſtudio.* 423.
Cap. 8. *De lectione Caſuum Conſcientiæ.* 427.
Cap. 9. *De Officio Prædicatorum.* 429.
Cap. 10. *Quomodo puniendus eſſet is, qui à veritate orthodoxæ fidei (quod Deus auertat) quouis modo diſſentiret.* 435.
Cap. 11. *De libraria & Cuſtodia librorũ.* 440.

SEXTA,

SEXTA PARS

De Culpis, ac Pœnis eis debitis.

Cap. 1. *QVando debet fieri Capitulum de culpis & de modo in eo ſeruando.* 445.
Cap. 2. *de pœnis in genere, ac ſententia excommunicationis.* 455.
Cap. 3. *De pœna deſtruentium, falſificantium, vel alterantium litteras &c.* 458.
Cap. 4. *De pœna iniungenda ei, qui animo irato aliquem percuſſerit.* 459.
Cap. 5. *De pœna incidentium in aliquem lapſum carnis.* 462.
Cap. 6. *De pœna reuelantium ſecreta Ordinis, vel Confeſſionis.* 463.
Cap. 7. *De pœnis falsò accuſantis, & falſi teſtis.* 465.
Cap. 8. *De pœna ſurripientium.* 466.
Cap. 9. *De pœna Proprietarij.* 467.
Cap. 10. *De pœna recurrentium ad ſæculares pro ſua promotione, aut impunitate culpæ commiſſæ.* 474.
Cap. 11. *De pœna conſpirantium, & eorum qui in Ordine fuerint Capita factionum.* 476.
Cap. 12. *De pœna infamantium, & mittentium litteras infamatorias ſine nomine*

mine. 479.
Cap. 13. *De pœna luſorum, hiſtrionum, & maleficorum.* 481.
Cap. 14. *Quomodo Apoſtatæ ad Ordinem recipiantur, & de pœnitentia eorum.* 483.
Cap. 15. *De purgatione canonica infamia laborantium.* 493.
Cap. 16. *De pœna priuationis vocis & loci, pag.* 497.
Cap. 17. *De pœna incarcerationis, & torturæ, pag.* 499.
Cap. 18. *Quæ ſit leuis culpa, & de pœna ei debita.* 503.
Cap. 19. *Quæ ſit grauis culpa, & de pœna ei debita.* 505.
Cap. 20. *Quæ ſit grauior culpa, & de pœna ei debita.* 507.
Cap. 21. *Quæ ſit grauiſſima culpa, & de pœna ei debita.* 508.
Cap. 22. *De incorrigibilitate.* 510.
Cap. 23. *Quomodo, & à quibus iniungendæ ſunt ſupradictæ pœnę.* 513.
Cap. 24. *De frequenti lectione harum Conſtitutionum, & præciſa earumdem obſeruatione.* 515.

PROLOGVS.

IN NOMINE D. N. IESV CHRISTI BENEDICTI. Amen.

Incipit Prologus Conſtitutionum totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. AVGVSTINI.

QVoniam ex præcepto Regulæ S. P. N. Auguſtini huius noſtrę Eremitanæ Religionis Inſtitutoris, ac Fundatoris iubemur habere cor vnum, & animam vnam in Domino: *Cap. 1. §. 2.* rationi conſentaneum eſt, vt qui ſub vna Regula, ſub vno, & eodem Priore Generali, & ſub vnius Profeſſionis iugo viuimus; vniformes etiam in obſeruantijs, & inſtitutionibus noſtræ Sacrę Religionis inueniamur; *Vnitas Ordinis, & morum.* quatenùs vnitatem interiùs ſeruandam in cordibus foueat, & repræſentet vniformitas exteriùs ſeruata in moribus. Quod profectò eò competentiùs poterit obſeruari, & faciliùs memoria retineri, ſi ea, quæ agenda ſunt, ſcripto fuerint commendata, vt omnibus qualiter viuendum ſit, ſcriptura teſte, innoteſcat.

2. Hunc ergo librum Conſtitutionum conſcripſimus, in quo quid agere, & qualiter vbique quiſque noſtrum ſe habere debeat, continetur: in eo aliquid mutare, addere, & minuere nulli propria auctoritate licebit; diffinire tamen aliqua pro maiori vitæ regularis obſeruantia poterit Capitulum generale, quę poſtquàm fuerint per tria Capitula generalia confirmata, vim habeant Conſtitutionum, eiſque poſſint, & debeant adiungi.

Nihil poteſt Cōſtit. addi, vel minui.

Diffinire pro maiori Obſeruantia poteſt Capitulum generale.

Diffiuita per tria Capitula generalia habent vim Conſtit.

3. Nulla verò conſuetudo quantumuis inueterata, contra has noſtras Conſtitutiones valeat, aut toleretur, ſed corruptela, & abuſus potiùs exiſtimetur: Super hæc autem in Conuentu ſuo Prior diſpenſandi cum Fratribus habeat facultatem, cùm ſibi aliquando videbitur expedire; præterquàm in his caſibus, in quibus diſpenſari aliqua Conſtitutio expreſsè prohibet.

Cōſuetudo non pręiudicat Conſtit.

4. Aduertendum tamen eſt, quòd quandò neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt: quandò verò vtilitas communis prouocat, diſpenſatio laudabilis, cùm verò vtrumque deeſt, non planè diſpenſatio, ſed potiùs diſſipatio vocari debet. Priores etiam vtantur diſpenſationibus pro loco, & tempore, cùm neceſſe fuerit, ſicut alij Fratres. Noluimus tamen, quòd huiuſmodi diſpenſatio ſit crebra, ne legum vis, & robur paulatìm labefa-

Neceſſitas, aut vtilitas ad diſpenſandum neceſſaria.

Diſpenſatio non ſit crebra.

befaſtetur, ac demùm corruat. Siquis tamen diutiùs, vel continuò neceſſe habeat communis Conſtitutionis rigorem ſibi relaxari, neceſſitas huiuſmodi in Capitulo Conuentus notificetur, ne Fratribus eam neſcientibus ſcandali materia præbeatur: quandò verò Prior domi non fuerit, vicem eius gerens maiori difficultate diſpenſet, aut concedat alicui quidquam, quod communis Conſtitutionis modum excedit.

5. Vt autem Fratrum quieti, & animorum tranquillitati prouideamus, declaramus, quòd Regula, & Conſtitutiones noſtræ non obligant nos ad culpam, ſed ad pœnam, niſi propter præceptum, vel contemptum: præceptum autem in Regula noſtra nullum contineri declaramus, niſi ratione diuinæ, aut eccleſiaſticæ Legis, vel ratione trium Votorum: idem de Conſtitutionibus dictum eſſe volumus, excepto vbi ponitur ſententia Excommunicationis, aut Præceptum exprimitur per iſta verba, vel alia eis æquiualentia: (*Præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ*) & hoc idem in ordinationibus, & litteris, vel verbis Superiorum intelligi volumus. Regula, & Conſtit. nō obligant ad culpā. Quando obligant ad Culpā.

6. Porrò caueant Prælati omnes, ne aliquid vmquam præcipiant irati, & à multitudine præceptorum abſtineant, ne laqueum animabus ſubditorum inijciant, nec propter defectum vnius, quem fortè non au- Abſtinendum à multitudine præceptorum.

dent corrigere, communitatem inuoluant; ſiquæ tamen ab eis impoſita fuerint, vim habere volumus, etiam quòad Eccleſiaſticas Cenſuras, atque durare donec fuerint reuocata per aliquem habentem vel ſuperiorem, vel æqualem poteſtatem, quod etiam de omnibus alijs ordinationibus intelligi volumus.

Pœnę ſuã nunt effeẽtum ex declaratione.

7. Item declaramus, quòd nullus ſit ſubiectus pœnis abſolutionis ab Officio, priuationis vocis actiuæ, vel paſſiuę, & alijs huiuſmodi ipſo facto incurrendis, tàm in Conſtitutionibus, quàm extrà impoſitis, vel imponendis; (excepta tamen, proùt de iure, pœna Excommunicationis latæ ſententię) niſi ſuperueniat in particulari ſententia, vel declaratio Prælati, quantumcumque etiam notorium facti, vel Iuris, aut vtriuſque interueniat.

P. Generalis eſt Cõſt. interpres.

8. Si autem aliquandò in Conſtitutionibus noſtris aliquod dubium oriatur, ſtabitur interpretationi, & declarationi Reuerendiſſimi P. Generalis, nam Obedientia excuſat in dubijs; interìm tamen tàm pro his, quàm pro caſibus omiſſis Iuri canonico communi ſtandum erit, proùt etiam declaratum fuit in nupero Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685.

9. Timoratis verò Conſcientijs ſalubritèr conſulentes, declaramus, quòd in omnibus

bus Conſtitutionibus, & diffinitionibus noſtris, licèt nonnumquàm ſimpliciter, & abſolutè aliquid pręcipiant, mandent, ſanciant, vel prohibeant, exceptiones tamen legitimę, & rationabiles excuſationes exceptæ intelligantur; dummodò à Superiori pro talibus habeantur. Legitimę exceptiones excuſant.

10. Vt autem omnia in iſto Conſtitutionum libro faciliùs inueniri poſſint, diuiſus fuit in ſex partes. Diuiſio Conſtitutionum.

In Prima ponuntur ea, quę ad Diuinum cultum ſpectant.

In Secunda ea, quæ pertinent ad Ordinis Obſeruantias.

In Tertia agitur de electionibus, & de iis omnibus, quę concernunt vniuerſi Ordinis gubernationem.

In Quarta, de cura, & regimine Monialium, ac Mantellatarum noſtri Ordinis.

In Quinta, de Studijs, gradibus, & officio Prædicationis.

In Sexta, & vltima, de culpis, pœniſque eis debitis.

11. Porrò in his Conſtitutionibus nemo offendatur varietate quorumdam nominum, quibus aliquandò vtimur: vt cùm de Patribus Votum habentibus in Capitulis quibuſcumque fit mentio, aliquandò Patres Concilij, aliquandò Patres Vocales, aliquandò Patres Capituli nuncupantur, id enim fa-

ctum eſt, vt conſuetudini aliarum Prouinciarum, quòad fieri potuit, conformari videremur, ſic etiam ob eamdem cauſam adiecimus quoddam caput de Officio Deputatorum, necnon nouiſſimè alterum de Officio Aſſiſtentium, & quædam alia, quæ in alijs Conſtitutionibus non habebantur.

* * *

PRI-

Digitized by Google

PRIMA PARS

De Diuino cultu, & de his, quæ ad eum ſpectant.

CAPVT I.

De Officio Diuino à Fratribus; & Monialibus noſtri Sacri Ordinis perſoluendo, & de Oratione Serotina.

1 PRIMVM cùm diuinus cultus, & ea, quę ad Dei venerationem ſpectant, ante omnia præ oculis nobis perpetuò habenda ſint, quoniam hinc actiones omnes, & reliquæ vitę noſtrę rationes ſunt dirigendæ: propterea pręcipimus, & mandamus, vt vbique in Ordine noſtro diuinus cultus, & Officium tàm diurnum, quàm nocturnum, tàm cum nota, quàm ſine ea, ſumma cum veneratione diſtinctè, attentè, deuotèque ab omnibus Fratribus, & Monialibus in Eccleſia quotidie celebretur, & vt decet excolatur ſanctiſſimè iuxtà ritum Sanctę Romanæ Eccleſiæ, ſecundùm quem totum officium per anni circulum à Fratribus, & Monialibus noſtris volumus per-

Officium diuinum fiat deuotè.

Officium fiat ritu Romano.

perſolui, ſeruata forma Breuiarij, & Miſſalis Romani Pij V., & ſubſequentium Pontificum iuſſu editi, vel quæ pro tempore à Sancta Romana Eccleſia ſeruata fuerit.

2. In Cęremonijs verò tàm in Choro, quàm in Eccleſia ſeruentur per omnia, quę in Ordinario, ſeu Cæremoniali noſtri Ordinis continentur. Siquis verò Prior in prędictis negligens inuentus fuerit, à Prouinciali, vel Viſitatoribus grauitèr puniatur.

Priores negligentes puniendi.

3. Si autem Frater aliquis, (quod abſit) tàm immemor diuini cultus, ac propriæ ſalutis fuerit, vt diuinum non perſoluat Officium, ſi ſufficientèr fuerit conuictus, pro prima vice pœnam grauioris culpæ per menſem ſubeat; pro ſecunda verò vice eamdem pœnam per duos menſes ſuſtineat, quòd ſi deinceps ſe emendare neglexerit, tamquàm infamis habeatur, & publicetur, & à quacumque dignitate, & officio deponatur, atque voce actiua, & paſſiua perpetuò priuetur, proùt diffinitum fuit in Capitulo generali Neapoli celebrato Anno Dñi 1539.

Frater nõ recitãs puniendus.

4. Vt autem in Horis canonicis perſoluendis ab omnibus Fratribus vniformitas obſeruetur, volumus, vt in quolibet Conuentu noſtri Ordinis Prior in tabula vna, quę in Choro affixa maneat, deſcribi faciat Calendarium ſecundùm ordinem Romanæ Eccleſiæ, in quo notentur Feſta, & Commemora-

Vniformitas in Horis canonicis.

morationes iuxtà Breuiarium Ordinis nuper impreſſum, atque etiam ea, quæ apud nos ſolemniter conſueuerunt celebrari, quem ordinem in quotidiano Officio omnes ſequi debeant, quibus omnibus obſeruandis Priores attentiſſimè inuigilent. Dicantur etiam ſuffragia S. P. N. Auguſtini, & aliorum Sanctorum Ordinis, quandò dici debent, prout in Officijs noſtri Ordinis continetur.

5. Nullus verò cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, præſumat corrigere, vel imprimere, ſeù corrigi, vel imprimi facere Officia Ordinis noſtri abſque ſpeciali licentia Reuerendiſſ. P. Generalis petita, & obtenta, ſub pœna depoſitionis ab omni Officio, gradu, & dignitate, vel alia Reuerendiſſ. P. Generalis arbitrio limitanda. *Nullus poteſt corrigere Officia.*

6. Mandamus etiam, vt quotieſcumque Officium paruum B. Virginis dicendum fuerit in Choro, peracto Officio vtriuſque Completorij, incipiatur, & dicatur in laudem eiuſdem Virginis Mariæ de Gratia, *Benedicta*, cum tribus Pſalmis, tribus lectionibus, & duobus Reſponſorijs, vt in Officijs prædictis noſtri Ordinis Continetur; ſingulis autem ſextis Ferijs, niſi Completorium ſit Feſti duplicis, prædicta deuotè cantentur, vbi fuerint duodecim Fratres de familia adminùs: quotidie etiam poſt Miſſam Conuen- *Benedicta diebus Ferialibus.*

uentualem, niſi aliqua Hora ſubſequatur, deuotè cantetur genibus flexis Antiphona *Aue Regina Cœlorum Mater Regis Angelorum &c.* cum verſiculo & Oratione, prout in Ordinario continetur.

Antiphona poſt Miſsã.

Oratio Serotina.

7. Decernimus quoque, vt quotidie Fratres antequàm ad quieſcendum vadant, hora, quę Priori competens videbitur, ſecundùm temporum varietatem, pulſata campanula pro ſigno, nemine excepto, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, etiam ſi hoſpes fuerit, modò non ſit infirmus, in Choro, ſeu Capitulo cum ſilentio conueniant, ibique genuflexi deuotè in ſpiritu aliquandiù orent; poſteà Prior, vel qui maior ibi fuerit, ſi neceſſitas expoſcat, pro infirmis, ſeu alio modo afflictis, & indigentibus particulares Orationes iniungat, & ſiquid in communi, vel annunciare, vel monere oportet, breuiter annunciet, vel moneat, ac in fine dicat *Confiteor Deo &c.*

Nullus ab illa exemptus.

8. Facta verò Confeſſione in communi in mediocri tono moroſè, ac diſtinctè, ſurgat Prior, & dicto *Miſereatur veſtri* &c. *Indulgentiam* &c. adiungat, ſurgentibus omnibus, *Oremus pro Benefactoribus noſtris viuis, atque defunctis*: *Retribuere* &c. cum Pſalmo, quem incipiat primus Cantor: *Ad te leuaui* &c. *Kyrie* &c. *Pater noſter* &c. Prior, *Et ne nos* &c. *Sed libera* &c. *Saluos fac* &c. *Domine*

mine exaudi &c. *Dominus vobiſcum* &c. *Oremus: Deus omnium Fidelium Paſtor, & Rector Famulum tuum N. quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ preeſſe voluiſti, propitius reſpice, da ei quæſumus verbo, & exemplo, quibus præeſt proficere, vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam.* † *& Famulos tuos Cardinalem Protectorem, Priorem Generalem cum tota Auguſtiniana Familia ab omni aduerſitate cuſtodi; ſalutem, & pacem tuam noſtris concede temporibus, & ab Eccleſia tua cunctam repelle nequitiam, & gentes Paganorum, & Hæreticorum, quæ in ſua feritate, ac peruerſitate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Prætende Domine famulis, & famulabus tuis dexteram cæleſtis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur: Per Chriſtum &c.*

9. Deindè alius Cantor Pſal. *Deprofundis clamauì* &c. cum *Requiem* &c. *Kyrie* &c. Prior, *Pater noſter* &c. *Et ne nos* &c. *A porta Inferi* &c. *Requieſcat* &c. *Domine exaudì* &c. *Dominus vobiſcum* &c. *Oremus: Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, vt noſtræ Congregationis Fratres, Sorores, Propinquos &c. Fidelium Deus omnium conditor* &c. *Qui viuis, & regnas* &c. *Requiem æternam* &c. *Requieſcant* &c. Deindè genuflectant Fratres, & Prior aſpergat omnes aqua benedicta, dicendo: *Aſperges* &c. poſtea

ſteà genufleƈtens, dicat: *Salue Regina* &c. Qui de aſperſorio miniſtrauit, dicat in medio Chori genibus flexis: *Ora pro nobis Sancta Dei* &c. deindè Prior ſurgat, & dicat: *Oremus Beatæ, & glorioſæ* &c. *Concede nobis quæſumus omnipotens Deus S. P. N. Auguſtini* &c. *Per Chriſtum* &c. & in fine omnes benedicat, dicendo: *Noctem quietam* &c. & omnes reſponſo *Amen*, ad ſignum eius cum ſilentio egrediantur, niſi aliquis orandi cauſa ibidem aliquantulùm manere voluerit; eantque ad Cellas ſuas, niſi Oratio fiat ante Cœnam.

Peculiares Orationes non omittendę.

10. Alię verò peculiares Orationes, cōmemorationes, proceſſiones per Eccleſiam, vel Clauſtrum, Altarium viſitationes cum Antiphonis, & Orationibus, vel ſine illis: Pſal. itèm *Miſerere*, cum diſciplina, in memoriam paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ob carnis mortificationem, vbi ſunt in conſuetudine, nullo modo prætermittantur.

NOTAE IN CAPVT I.

† *Poſt Orationem* Deus omnium Fidelium paſtor &c. *addantur nomina Principum, ſub quorum ditione extant Monaſteria.*

CA-

CAPVT II.

De Miſſa, & Proceſsione defunctorum, ſingulis ſecundis Ferijs celebranda; deque alijs ſuffragijs Benefactorum viuorum, mortuorum, atque aliorum Defunctorum noſtrorum.

1. STatuimus, & ordinamus, vt ſingulis ſecundis Ferijs Feſto duplici nõ impeditis, Miſſa pro Confratribus defunctis, & Benefactoribus, quibus obligamur, celebretur: qua finita fiat Proceſſio per Clauſtrum, vel per Eccleſiam, ſicut in Ordinario continetur. Diebus Lunę miſſa pro Defunctis.

2. Præctereà volumus, & mandamus, vt quilibet Sacerdos pro Fratribus, & Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus Ordinis noſtri defunctis omni anno, poſt Feſtum S. Michaelis, dicat vnam Miſſam: Frater verò Clericus tèr Officium Defunctorum, & Frater Laicus, ſeu Conuerſus centumquinquaginta *Pater noſter*, cum *Requiem æternam* in fine cuiuslibet: pro Fratribus quoquè Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus viuis, ſimiliter quilibet Sacerdos eodem tempore, quo ſuprà dicat vnam Miſſam de Spiritu Sãcto, Clericus tèr Pſalmos Pœnitentiales cum litanijs, & Orationibus, Frater Laicus, ſeu Conuerſus centumquinquaginta Poſt Feſtũ S. Michaelis. Pro viuis.

Pa-

Pater noſter, cum *Gloria Patri* &c. in fine cuiuslibet.

In obitu Papę.

3. Decedente Sanctiſſimo D. N. Papa, infrà decem dies poſtquàm de obitu ſuo conſtabit, in quolibet Conuentu noſtri Ordinis Vigiliæ cum Laudibus, & Miſſa Defunctorum ſolemniter decantentur: idem fiat pro Eminentiſſ. Cardinali noſtri Ordinis Protectore, & pro Reuerendiſſimo Priore Generali tàm actuali, quàm abſoluto in vniuerſo Ordine, & pro quolibet Prouinciali in ſua Prouincia.

Pro Card. Protect. & General.

Pro Sacriſta, Procuratore Ordin. & Aſſiſtentibus.

4. In obitu autem Illuſtriſſimi Sacriſtę Domini Papæ, qui ſemper aſſumitur ex Ordine noſtro, & Procuratoris Generalis tàm actualis, quàm abſoluti totius Ordinis in quolibet Conuentu; Aſſiſtentium verò actualium pariter, & abſolutorum in Prouincijs ſibi reſpectiuè commiſſis cantetur Nocturnum cum ſolemni Miſſa.

5. Aduertendum tamen eſt, quòd pro prefatis Prioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus Ordinis, ac Aſſiſtentibus, & item Prouincialibus, præter prædicta ſuffragia, in ſuis Prouincijs ea agenda ſunt, quę pro Fratribus eiuſdem Prouinciæ Conſtitutiones noſtrę fieri mandant.

In obitu Fratris cuiuſcumque.

6. Decernimus igitur, quòd decedente de Fratribus noſtris aliquo tàm Nouitio, quàm Profeſſo, tàm Laico, quàm Conuerſo; qui-

quilibet Sacerdos eiuſdem Prouinciæ dicat vnā Miſſam, Clerici, & Laici, ac Conuerſi, vt ſuprà *num.* 2. & in quolibet eiuſdem Prouinciæ Conuentu cantetur pro eo Nocturnum cum Miſſa; in Conuentu autem, in quo Conuentualis erat tempore mortis, Officium ſepulturæ ſolemniter celebretur cum Inuitatorio, tribus Nocturnis, & Laudibus, prout eſt in Ordinario: cantetur etiam pro eo ibidem Nocturnum cum Miſſa in die trigeſimo, & in fine anni; adijcientes, vt defuncto Priore Generali in vnoquoque Ordinis noſtri Conuentu ſingulo quoque anno in die obitus ſui cantetur Miſſa ſolemnis pro anima illius, quouſque alius Generalis deceſſerit, pro quo ſimiliter fieri volumus, & ſic deinceps. Dies trigeſimus, & anniuerſariū. Anniuerſarium pro Generali.

7. Vt autem, quæ interdum ex infirmitate, vel aliquorum negligentia ommittuntur, poſſint ex plurimorum ſuffragijs reſtaurari, volumus, vt in quolibet Conuentu Ordinis noſtri Anniuerſarium, ſeu commemoratio poſt Feſtum S. Agathæ pro Patribus, Matribus, Fratribus, Sororibus, Familiaribus, & Propinquis celebrari debeat. Quod etiam fiat pro omnibus Benefactoribus noſtris poſt Octauam Apoſtolorum Petri, & Pauli: ſicuti pro omnibus noſtri Ordinis Fratribus, ac Sororibus poſt ſolemnitatem omnium Sanctorum noſtræ Sac. Religionis. Quibus reſpe- 1. Anniuerſarium pro Patribus &c. 2. Pro Benefactoribus. 3. Pro Fratribus, ac Sororibus.

ſpectiuè diebus quilibet Sacerdos omninò teneatur in eodem Anniuerſario celebrare, exceptis ijs, qui alijs obligationibus Conuentus detinentur; qui tamen debeant prima die non impedita per ſe ſatisfacere: Frater verò Clericus iſtis pariter reſpectiuè diebus dicat tèr Officium Defunctorum; & Frater Laicus, ſeu Conuerſus centiès quinquagies *Pater noſter*, cum *Requiem æternam* &c. in fine cuiuslibet.

Aniuerſarium cõ ſcriben. in Calendario.

8. Et ne prędicta tradantur obliuioni, in Martyrologio, & Calendario conſcribantur, & in Choro, ſuo tempore, ad modum Feſtiuitatum recitentur.

CAPVT III.

Quando Miſſa Conuentualis, & Officium in Choro debeat cantari, & de his, qui canonicis Horis perſoluendis, & Miſſæ conuentuali intereſſe debent.

Miſſa quãdo cantanda.

1. VOlumus, & omninò obſeruari præcipimus, vt in quouis Monaſterio, vbi adminùs fuerint quinque Sacerdotes de Familia, Miſſa Conuentualis ſaltèm cantetur ſingulis diebus feſtiuis; ſi fuerint plures, cantentur etiam Veſperæ, ſi fieri poſſit. Officium verò dicatur diſtinctè, ac deuotè.

2. Siuè

Digitized by Google

2. Siue autem Miſſa Conuentualis cantetur, ſiue non, quotidie tamen Miſſa vna conuentualis hora debita celebretur, cuius Miniſter ſe cum ſuperpelliceo, ſeu Cotta præparet, & duo cerei in eleuatione Corporis Chriſti accendantur. At vbi fuerint duodecim, vel ſaltem decem Fratres de Familia, ſurgere teneantur ad dicendum Matutinum de nocte per totum annum, iuxta laudabilem cuiuſque Prouinciȩ conſuetudinem; excepto à Feſto Sanctiſſimæ Trinitatis incluſiuè, vſque ad feſtum S. P. Auguſtini excluſiuè, quo tempore in omnibus Italiȩ Conuentibus poſt Completorium dici poterit Matutinum, propter noctium breuitatem: cantent etiam ſingulis diebus Miſſam conuentualem, & Antiphonam B. Virginis poſt Completorium; diebus verò feſtis etiam & Veſperas: in ſolemnitatibus autem, in quibus parari ſolent Cantores, cantent etiam Tertiam, vel aliam Horam cum Miſſa, & Completorium. Quando Matutinum dicendum.

3. Vbi autem fuerint adminùs viginti Fratres, quotidie cantentur Miſſa, & Veſperæ: in Feſtis verò Tertia etiam, & Completorium; in ſolemnitatibus, in quibus Cantores parantur, cantetur etiam Prima, vbi laudabilis adhùc vſus fuerit: In Monaſterijs autem nobilioribus quotidie cantentur Tertia, vel alia Hora cum Miſſa, Veſperæ, & Com- Quando totum Officium cantandum.

pletorium: in Feſtis cantetur etiam Prima; in Solemnitatibus autem, in quibus parari ſolent Cantores cantentur omnes Horæ diurnæ, excepta Nona, quandò poſt prandium dicitur: in Matutinis cantabitur iuxta Prouinciarum conſuetudinem, & quandòcumque cantari debet *Te Deum laudamus*, vltima Lectio cantetur; quæ omnia ſuis horis debitis, iuxta temporis varietatem, à Fratribus in Choro dicantur, vel cantentur.

Modus cantandi.

4. Præcipimus autem, vt omnia, quæ cantanda fuerint, mediocri, & graui tono cantentur,* cum debitis pauſis, & accentus quantitate ſeruata. Quapropter curandum eſt, vt Hebdomadarij incipientes Officium, & Sacerdotes, ac Diaconi in Miſſis conforment ſe in tono Fratribus reſponſuris.

Muſicæ indecentes prohibentur.

Seſſ. 22. cap. 4.

Cap. 3. §. 1.

5. Prohibemus etiam in Eccleſijs noſtris Muſicas eas, vbi ſiue Organo, ſiue cantu laſciuum, aut indecens aliquid miſcetur, iuxta Decretum Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi, & iuxta præceptum Regulæ noſtræ dicentis: *Nolite cantare, niſi quod legitis eſſe cantandum, quod autem non ità ſcriptum eſt, vt cantetur, non cantetur.*

Qui intereſſe debent Sacro, & Horis.

6. Miſſæ Conuentus, ac Horis canonicis tàm diurnis, quàm nocturnis omnes Fratres ſimùl interſint in Choro, nec foris quiſquam remaneat, niſi ſit infirmus, aut impotens, aut communi negotio occupatus, quod

quòd commodè dimitti non poſſit, aut etiam de Prioris licentia: & ſi aliqui communibus negotijs occupati Miſſæ Conuentus intereſſe non poſſint, etiam infirmi, quibus ex motu non ſurgit probabilis de recidiua timor, horas obſeruent, in quibus priuatas Miſſas omninò audiant, niſi eadem die celebrauerint.

7. Excipimus tamen Sac. Theologię Magiſtros, & Profeſſores actuales tàm Philoſophiæ, quàm Theologiæ, ac Pręicatores Officium pręicationis exercentes, qui ſolummodò teneantur ſingulis diebus Miſſę conuentuali, & Horis canonicis, quæ vnà cum Miſſa pręicta recitantur, atque etiam Veſperis intereſſe; diebus verò Feſtis etiam Completorio interſint: in ſolemnioribus autem Feſtiuitatibus, in quibus parari ſolent Cantores, ad Matutinum ſurgere cum alijs debeant; illâ tamen hebdomada, qua prædicauerint, ſolùm Miſſæ conuentuali quotidiè (die ipſa prædicationis excepta) intereſſe teneantur. Qui ſint exempti à Choro.

NOTAE IN CAPVT III.

In Capitulo Generali 1685. annullatæ, & abrogatę fuerunt omnes Exemptiones eorum, qui vel Præſentaturas ex Gratia quomodolibèt obtinuerunt, vel de corpore Diffinitorij,

aut Priores Conuentuum inſignium, ſiue Procuratores fuerunt alicuius Prouinciæ, ſiue alio titulo quommodòlibet intruſæ; declarando caſſas dein, & nullas exemptiones haberi debere, exceptis, quæ habentur in Conſtitutionibus Ordinis expreſſæ.

CAPVT IV.

De his, qui Miſſæ, vel Horis Canonicis non interſunt, vel tardè ad huiuſmodi Miſſam, vel Horas veniunt; aut in Choro cantando, vel legendo deficiunt.

Pœna abſentium, & ſerò venientium.

1 SIquis Frater ad Matutinum non ſurrexerit, vel ab eo abſuerit, comedat in terra in medio Refectorij; qui autem ab alia Hora ex diurnis abſuerit, ad prandium, vel cœnam genibus flexis coram Priore dicat culpam ſuam, & ab eo, pro arbitrio, corrigatur. Prætereà quiſquis ad Matutinum, vel ad alias Horas, ſeu ad Miſſam conuentualem tardè venerit, intrans Eccleſiam, vel Chorum more ſolito, ante maius Altare, primò genuflectat, poſtmòdum erectus, ſtet immobilis, nec ad locum ſuum vadat, donec ſignum factum fuerit ei à Priore, Suppriore, vel Vicario: quo audito, ante Altare reuerenter inclinet, & ſic ad locum ſuum accedat.

dat. Excipimus tamen ab hac Lege Magiſtros, & Graduatos, Prioreſque aliorum Conuentuum, vel quoſcumque maiori aliqua dignitate inſignitos.

2. Dicimus autem, illum tardè venire ad Horas, vel Miſſam, qui ad inchoationem earum præſens non fuerit, cùm aliàs intereſſe teneretur; & idcircò ſtrictè inhibemus, ne aliquis eorum, qui Officio intereſſe debent, pulſato vltimo ſigno ad Horas, vel Miſſam, extra Chorum cum aliquo audeat remanere ſine ſpeciali licentia Superioris, niſi forſitan cum venerabilibus Perſonis, quas decenter dimittere non poſſet: nullus etiam in Choro exiſtens, ſine licentia Superioris ab Officio recedat; qui verò ad Horas, vel ad Miſſam maiorem tardè venire in vſum duxerit, diutiùs ſtare erectus, vt erubeſcat, cogendus eſt, & pœna alia, ſicut cenſuerit prouida Prioris diſcretio, puniendus, & ſi forſitan quiſquam ſuperbia ductus, quamuis tardè venerit, in locis prædictis eo modo ſe habere contempſerit, ſi monitus ſemèl, atque iterùm non ſe correxerit, tamquàm pertinax, & inobediens grauiùs puniatur.

Qui dicitur tardè venire.

Nullus extrà Chorũ remaneat.

3. Volumus prætereà, vt qui in diuino Officio cantando, vel legendo, aut cæremonijs faciendis, in aliquo errauerit, ſtatìm inclinatus manu terram tangens, & pectus percutiens, culpam ſuam recognoſcat. No-

Pœna errãtium in Choro.

uitij verò genufle&tant, & ſimiliter faciant.

CAPVT V.

De Officio Diuino, ſeu precibus, quæ ſingulis quibuſque Horis perſolui debent à Fratribus Laicis, & Conuerſis.

Laicorum preces horariæ. 1. FRatres Laici, & Conuerſi, præmiſſo *Pater noſter*, quod dicere debent ſicut Clerici ante ſingulas Horas, reuerenter incipiant Matutinum de B. Virgine, hoc modo: ***Domine labia &c. Deus in adiutorium*** &c. cum ***Gloria Patri*** &c., & dicant ***Allel.*** ſiue ***Laus tibi Domine*** &c. iuxta temporum varietatem; dicant autem pro Matutinis B. Virginis 25. *Pater noſter*, & pro Laudibus decem, & in fine cuiuslibet, excepto vltimo, dicant ***Aue Maria*** &c. in fine autem vltimi ***Pater noſter***, cùm dixerint, ***Sed libera nos à malo***, ſubiungant *Per Dominum noſtrum* &c. ***Amen. Domine exaudi &c. & clamor &c. Benedicamus Domino, Deo gratias: Fidelium animæ*** &c. Hoc quoque modo ſingulas Horas tàm de die, quàm de B. Virgine debeant terminare; deinde ſignent ſe ſigno Crucis, & incipiant Matutinum de die eo modo, quo Matutinum de B. Virgine inceperunt.

Pro Matutino, & Veſperis. 2. Omni autem tempore dicant pro Matutino diei vigintiquinque *Pater noſter*, & pro

pro Laudibus decem, & in fine cuiuslibet, excepto vltimo, dicant *Gloria Patri* &c. *Sicut erat* &c. Alias Horas omnes tā de die, quàm de B. Virgine, excepto Completorio, ſic incipiant: *Deus in adiutorium* &c. *Gloria Patri* &c. Completorium autem ſic incipiant: *Conuerte nos Deus* &c. *Deus in adiutorium* &c. pro qualibet Hora de die dicant ſeptem *Pater noſter*, ſed pro Veſperis decem, & in fine cuiuslibet dicant *Gloria Patri* &c. excepto vltimo: pro qualibet Hora de B. Virgine dicant ſeptem *Pater noſter*, & pro Veſperis decem, & in fine cuiuslibet dicant *Aue Maria*, excepto vltimo, & ſemper dicant Officium B. Virginis. **Pro Officio B.M.V.**

3. Pro Matutinis Fidelium defunctorum in die Commemorationis eorum, & in Anniuerſarijs Ordinis noſtri dicant viginti-quinque *Pater noſter*, & pro Laudibus decem, & pro Veſperis decem, & in fine cuiuslibet dicant, *Requiem æternam dona eis Domine* &c. & cùm orant pro ſingulari Defuncto, dicant *ei*; & in fine cuiuslibet Horæ adiungant, *Requieſcant in Pace: Amen*. **Pro Officio Defunctorum.**

4. Totum autem ſuum Officium Fratres Laici, & Conuerſi ſub ſilentio dicant, & quando fuerint in Choro, niſi genuflectant, conforment ſe in inclinationibus, & alijs cęremonijs Conuentui. **Quando Cęremonijs Chori ſe conformēt.**

5. Inhibemus autem Fratribus Laicis,

Laici ne addiſcant legere.

& Conuerſis, ne addiſcant, ſi legere neſciuerint, quòd ſi contrafecerint, pro prima vice in terra comedant, prò ſecunda imponatur eis diſciplina, pro tertia pœnam grauioris culpę ſubeant, et ſic deinceps augeatur pœna, et qui eos docuerit eadem pœna puniatur: Si verò ſciuerint legere competenter, poterunt legere Officium B. Virginis, & aliquem alium libellum deuotionis, de licentia tamen Prioris, et non aliter.

Contrauenientium pœna.

6. Cuiuſcumque verò ſint litteraturæ noſtri Laici, ſeu Conuerſi, volumus, et mandamus, vt reſpectu eorum ſeruetur Conſtitutio Apoſtolica Clementis X. die 9. Maij Anno 1676. emanata, qua prohibetur, ne de cęterò vllus Frater ad noſtri Ordinis habitum inter Laicos, ſeu Conuerſos receptus, et admiſſus, ad ſtatum Clericalem, et ad Sacros Ordines promoueri valeat, niſi priùs obtento Indulto Apoſtolico, et item facultate Reuerendiſſimi Prioris. Generalis, et Prioris Prouincialis ſuæ Prouinciæ reſpectiuè; ſine qua pariter facultatę iterùm petita, et impetrata poſt impetratum Indultum Apoſtolicum, et nonniſi adimpletis ijs, quæ in eiuſmodi Indultis, et litteris Apoſtolicis deſuper expeditis præſcripta fuerint, Indulto ipſo perfrui non valebit, ſub pœna perpetuæ ſuſpenſionis ab exequutione tùm Characteris clericalis, cùm ſacrorum Ordinum,

Laici ad ſtatum Clericalē qualitèr promouendi.

et reductionis à ſtatu, et habitu Clericali ad ſtatum, et habitum Conuerſorum. Superiores autem, qui ad normam præfatæ Conſtitutionis Apoſtolicæ ſe minimè geſſerint, Officijs, quæ tunc obtinebunt, et vtraque voce ipſo facto priuentur.

CAPVT VI.

De Libris habendis ad vſum Chori.

1. VNiuerſis Prioribus noſtræ Sacræ Religionis ſtrictè præcipimus, et mandamus, vt quilibet ex eis pro poſſe ſollicitè ſtudeat, ac procuret, vt in loco ſui Prioratus adminùs ſit vnum bonum Miſſale pro Miſſa conuentuali, & pro Miſſis priuatis quot fuerint neceſſaria, et duo bona Antiphonaria, ſcilicèt vnum diurnum, et aliud nocturnum, et Hymnarium notatum ſaltem in primo verſu, et adminùs vnum bonum Pſalterium, et vnum Manuale, ſeu Collectarium competentis voluminis, in quo Hebdomadarius Capitulum, et debitas Orationes dicat: item Breuiarium, in quo legantur de nocte Lectiones debitæ. Libri pro Choro.

2. Habeat præterea librum Martyrologij ad legendum poſt Primam; ſint etiam in Sacriſtia Manualia ad Proceſſiones faciendas, et mortuos ſepeliendos, Ordinarium Libri pro Sacriſtia.

etiam

etiam Ordinis noſtri catenula ligatum ſit in Choro: et hæc faciant Prior Prouincialis, et Viſitatores inuiolabiliter cũ debitis pœnitentijs à ſingulis Prioribus adimpleri, quòd ſi ipſi hæc obſeruari non fecerint, per Prouincialem in Officio ſuccedentem, vel per Viſitatores acriter puniantur.

Pœna Superioribus infligenda.

CAPVT VII.

De forma circa promouendos ad Sacerdotium, & ad alios Sacros Ordines, atque ad audiendum Confeſſiones.

1. NEmo ad Sac. Ordines promoueatur, niſi eius et ſufficientiæ, et ætatis fuerit, quam ipſi Sacroſancta Tridentina Synodus præſcribit, vt videlicèt: Nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum, nec ad Diaconatus, ante vigeſimum tertium, nec ad Presbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur.

Seſſ. 23. cap. 12.

Ætas Ordinandorum.

2. Sciant autem Superiores Ordinis noſtri non ſingulos in ea ætate conſtitutos, deberi ad Sac. Ordines aſſumi, ſed dignos dumtaxat, et quorum probata vita ſenectus ſit. Ad Sacerdotium, et ad alios inferiores Sacros Ordines recipiendos Prior Prouincialis, de conſenſu tamen Patrum Capituli illius

Non omnes ad Ordines promouendi.

Conſenſus Patrum Capituli.

lius Conuentus; vbi eſt Frater ordinandus, licentiam dare poſſit, proùt diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1497. dummodò priùs emiſerit Profeſſionem ſolemnem, et non aliter.

3. Quamuis autem Fratres noſtri nullatenùs ordinari queant ſine diligenti Epiſcopi examine, iuxta Decretum ſacroſanctæ Tridentinæ Synodi, non tamen ex eo exiſtiment ſe poſſe ſubterfugere Ordinis examen rigoroſum, quin potiùs ſtrictè prohibemus, ne aliquis Frater ordinandus Epiſcopo preſentetur, † niſi priùs diligenter examinatus, et debitè approbatus in Ordine fuerit; ne vituperetur miniſterium noſtrum, ſi indocti, et ignorantes à nobis fuerint præſentati. Quod vt commodiùs fieri poſſit, Prior Prouincialis cuiuslibet Prouinciæ in ſuis Viſitationibus diligenter inquirat de Fratribus ad Sacros Ordines promouendis, quod etiã facere debet de promouendis ad Confeſſiones, de quibus inferiùs dicetur; eoſque diligenter examinet, aſſumptis ſecum duobus Fratribus eruditis de Conuentu, in quo id facere contigerit, cum quibus illos tantùm per fabas, vel ballottulas approbabit ad Ordines Subdiaconatus, et Diaconatus ſuſcipiendos, de conſenſu Conuentus poſteà eodem modo petendo, qui diſtinctè legere, et cantum firmum cantare ſciuerint, ac lin-

Seſſ. 23. ca. 12.

Examen Ordinis.

In Viſitatione à Prouinciali examinandi

guam latinam mediocriter calluerint, et ijs, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, inſtructi fuerint.

Conſenſus Capituli Conuentus pro Ordinandis.

4. Ad ſuſcipiendum verò Ordinem Preſbyteratus de conſenſu Capituli Conuentus, poſteà ſupradicto modo requirendo, illos approbabit, quos ad docendum Populum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem; ac ad Sacramenta adminiſtranda idoneos inuenerit: aliter quàm (vt ſupra dictum eſt) promotus à ſuorum Ordinum executione ſuſpendatur vſque ad diſpenſationē Capituli prouincialis, & licentiam concedens ab Officio deponatur, & per ſexennium inhabilis ad omnia officia Ordinis habeatur.

Promotus contra Cōſtit. ſuſpenditur.

Ante biennium poſt Profeſſionē nullus ordinetur Sacerdos.

5. Nullus item quantumcùmque doctus, & prouectæ ætatis ordinetur Sacerdos ante biennium completum poſt Profeſſionem.

De Confeſſoribus extranearum Perſonarū.

6 Statuimus etiam, vt nullus Frater noſtri Ordinis Confeſſiones Perſonarum, quæ non ſunt de Ordine noſtro, & præſertìm mulierum audire præſumat, niſi ſit Profeſſus, & triginta annorum ætatem habuerit, & promotus fuerit modo ſupradicto à Prouinciali, & Diffinitoribus ſimùl congregatis, & non aliter, & licentiam audiendi Confeſſiones ab Ordinario obtinuerit, ad quem ne aliquis pro obtinenda licentia vllo modo accedat, nec mittatur, ſtrictè mandamus, niſi

prius

priùs fuerit diligenter examinatus à Priore Prouinciali, & duobus alijs Fratribus in Caſibus conſcientiæ ſufficienter inſtructis, & per ballottulas approbatus modo, quo ſupra dictum eſt; poſt quorum approbationem, ſi à Priori Prouinciali, & Diffinitoribus inuentus fuerit vitæ laudabilis, in eaque longo tempore perſeueraſſe, huiuſmodi pro Confeſſore Epiſcopo præſentari poſſit.

7. Aliter autem ad Confeſſiones aſſumens ab omni Officio, & gradu, quo in Ordine potitur, ſit priuatus, vſque ad diſpenſationem Capituli generalis, irritam nihilòminus aſſumptionem huiuſmodi decernentes, quam ſtatim præcipimus reuocari: Fratrem verò ſubditum contra præſentem Ordinationem ad audientiam Confeſſionum huiuſmodi temerè ſe ingerentem, etiamsì à Priore proprio cum auctoritate Ordinarij Epiſcopi de facto ad huiuſmodi Officium promoueretur, ac etiamsi Sæculares, vel Religioſæ extraneæ tamen Perſonæ eligendi ſibi Confeſſorem facultatem haberent, vſque ad tres annos tunc futuros, & deinde donec cum eo fuerit per Capitulum prouinciale diſpenſatum, ad huiuſmodi Officium exercendum inhabilem eſſe decernimus, voceque actiua, & paſſiua per biennium priuamus. Pœna malè promouentis, & promoti.

NO-

NOTAE IN CAPVT VII.

† *Epiſcopo Diœceſano tunc Ordinationes facienti debent præſentari Fratres ordinandi cum litteris dimiſſorijs ſuorum Superiorum, aliàs ad quemcumque alium Epiſcopum, dummodò ab eo, qui ipſis Ordines contulerit, de doctrina examinentur*. Sac. Congreg. Concil. Trident. ex mente Sixti V. ſuper *Seſſ.* 23. *cap.* 6; & *Clemens VIII. Conſtit.* 10. 15. *Martij* 1599. *Si autem dicti Fratres degant in Monaſterijs ſitis in locis nullius Diœceſis, debent ordinari ab Epiſcopo viciniori*. Sac. Congr. Concil. Trid. *Anno* 1619.

CAPVT VIII.

A quibus ſecretæ Confeſſiones Fratrum Ordinis audiantur, & de Caſibus reſeruatis.

De Cõfeſſore noſtrorum Religioſorum.

1. AD audiendum Confeſſiones quorumcumque Sacerdotum Ordinis noſtri, & Fratrum Clericorum, Fratrum Laicorum, Conuerſorum, ac Nouitiorum Patres ætate, doctrina, & vita grauiores quilibet Prior in Conuentu ſuo deligat, præter quos ſiquis alicuius Fratris Confeſſionem audire præſumpſerit, per triennium Confeſſiones non audiat; & Sacerdos, aut Clericus, Laicus, Con-

Conuerſus, vel Nouitius, qui tali confeſſus fuerit, ſecundùm Prioris diſcretionem, grauiter tamen puniatur: admittitur nihilòminus, quòd neceſſitatis cauſa ad Confeſſiones Fratrum audiendas Priores poſſint deligere Fratrem ætatis vigintiſeptem annorum, ſi ſibi videbitur expedire: non probamus autem, vt Nouitij cogi debeant Magiſtris ſuis tantummodò confiteri, ſed Prior prouidere debet de alio, vel alijs Confeſſoribus, qui ſacras Nouitiorum Confeſſiones audiant. **De Confeſſore Nouitiorum.**

2. Inhibemus autem, ne aliquis Frater alicui extraneo Sacerdoti, ſiue ſit religioſus, ſiue ſęcularis confiteatur, ſi copiam Sacerdotis noſtri Ordinis habere potuerit. **Confeſſio debet fieri noſtris**

3. Declaramus etiam, quòd quando Fratres iter agunt, vel extra Conuentum ſunt, ſi adſit Confeſſor Ordinis, non poſſunt alicui Sacerdoti eiuſdem Ordinis, aliàs non Confeſſori, confiteri, nec in Conuentu poterunt confiteri Confeſſori alterius Conuentus, etiam ſi Prior fuerit: Fratres tamen venientes ad Conuentum non ſuum, poterunt confiteri Fratribus licentiatis ad audiẽdum Confeſſiones Fratrum ibidem commorantium, etiamſi adfuiſſent Confeſſores, vel etiam Prior ſui proprij Conuentus; quibus tamen poterunt, ſi voluerint, liberè confiteri, quemadmòdum feciſſent, ſi in proprio ſuo Conuentu fuiſſent. **De Confeſſoribus Fratrum itinerantiũ**

Ca-

Caſus reſeruati Priori locali.

4. Caſus verò, à quibus nullus Confeſſor aliquem Fratrem Ordinis noſtri abſoluere poteſt ſine ſpeciali Prioris licentia, hi ſunt, videlicet.

1. *Furtum de re notabili, ſiue res ablata communis ſit, ſiue alicuius vſui deputata.*

2 *Lapſus carnis voluntarius opere conſummatus,*

3. *Coniuratio omnis, & conſpiratio.*

4. *Simonia tàm in dante, quàm in accipiente.*

5. *Occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſcumque perſonæ animo deliberato facta.*

6. *Incendium ex malitia factum, vel procuratum.*

7. *Et ſiquidem contigerit ſine licentia extra Loci ſepta de nocte exire.*

8. *Apoſtaſiã cõmittere, vel alicui perſuadere.*

Et quęcumque alia, vel Prior Generalis, vel Prouincialis, aut etiam Localis † (de conſenſu tamen Patrum Conſilij ſui Conuentus) ſibi reſeruanda duxerit.

5. A quibus ſiquis alium abſoluerit abſque licentia reſeruantis, præterquàm quòd abſolutio nulla erit, abſoluens ipſe, ac ſi crimen illud commiſiſſet, puniatur, ſi fuerit ſuomet ore de eo conuictus. Quando autem alicui peccato reſeruato annexa fuerit aliqua Cenſura, non ſufficit petere licentiam

tiam abſoluendi à peccato, ſed oportet, vt fiat mentio annexæ Cenſurę, aliàs non valebit Abſolutio, licèt detur.

6. Pręterea declaramus, quòd Prior localis abſolui poteſt à ſuo Confeſſore ab omnibus caſibus ſibi reſeruatis, non tamen ab illis, quos Prouincialis, vel Viſitatores, ſeu Pater Reuerendiſſimus ſibi reſeruauerint; Prouincialis verò abſolui poterit ab omnibus caſibus, præterquàm ab illis, quos ſibi Prior Generalis reſeruauerit, vel eius Viſitatores. Confeſſor Superioris qualis.

7. Volumus etiam firmiter obſeruari, vt ſemel adminùs in Septimana quilibet Frater, cuiuſcumque gradus, vel conditionis ſit, teneatur debitè confiteri, in Capitulo, in Choro, vel in Sacriſtia, vel denique in aliquo publico, & decenti loco: qui autem hoc facere neglexerit, per Superiorem ſuum publicè puniatur. Sacerdotes verò celebraturi, toties confiteantur, quoties conſcientias ſuas aggrauatas cognouerint. Confeſſio quoties facienda, & vbi.

8. In Confeſſionibus autem hic modus ſeruetur. Confeſſor ſemper ſedeat, cuiuſcumque dignitatis ſit pœnitens, hic verò vtroque genu flexo, iunctiſque manibus, capite diſcooperto incipiat: *Confiteor Deo*, vſque ad *mea maxima culpa*; deinde ſimpliciter, & humiliter, non per clauſulas vniuerſales ſolùm, ſed in particulari de omnibus Modus cõfitendi.

peccatis ſuis, ac circumſtantijs, neceſſariò explicandis, ſe accuſet, & in fine ſubiungat. *Et quia peccaui in his, & in alijs, de iſtis, & de omnibus peccatis meis mortalibus, & venialibus, confeſſis, & oblitis, quibus offendi Dominum Deum meum, dico meam culpam, meam culpam, meam maximam culpam: ideò præcor* &c. Dicat ei Confeſſor, *Miſereatur tui* &c. *Indulgentiam* &c. tunc abſoluat eum, dicens: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus* &c. vt in Officijs Ordinis continetur; & poſteà imponat ei ſalutarem pœnitentiam; quæ etiam Abſolutionis forma ſeruari poterit, quando Sæcularium Confeſſiones audiri contigerit.

Forma Abſolutionis.

† NOTÆ IN CAPVT VIII.

Ex Decreto Clem. VIII. Anno 1593. 26. Maij confirmato ab Vrbano VIII. 21. Septembris 1624. conceſſum fuit Superioribus ſibi reſeruandi ſi velint etiam ſequentes Caſus, qui nimirum ſunt; Veneficia, Incantationes, Sortilegia; Iuramentum falſum in Iudicio regulari, ſeu legitimo; Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad Abortum faciendum poſt animatum Fœtum, etiam effectu non ſequuto; Falſificatio manus, aut Sigilli Officialium Conuentus, & malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio Litterarum à Supe-

Superioribus ad Inferiores, & ab Inferioribus ad Superiores. Præter quos nullum alium caſum poſſunt ſibi reſeruare, niſi de conſenſu Capituli generalis, aut prouincialis.

Idem Vrbanus VIII. declarauit, vt ſi huiuſmodi Regularium Confeſſarijs caſus alicuius reſeruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, poſſint nihilominùs Confeſſarij illa vice Pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, abſoluere.

CAPVT IX.

Quoties, & quando Fratres noſtri Ordinis communicare debeant quolibet anno.

1. FRatres noſtri Ordinis tàm Nouitij, quàm Profeſſi, Laici, Conuerſi, vel Commiſſi ſequentibus diebus in anno Sacratiſſimam Communionem ſuſcipere debent, niſi de licentia Prioris, propter aliquam rationabilem cauſam, quempiam abſtinere contingat, videlicet.

2. In prima Dominica Aduentus, in die Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti, in die Epiphaniȩ, in Purificatione B. Mariæ ſemper Virginis; in prima, & quarta Dominica Quadrageſimæ, in Annunciatione B. Virginis, Feria quinta in Cœna Domini, in Dies Communionis.

Dominica Reſurrectionis Domini,in Aſcenſione eiuſdem, in Die ſancto Pentecoſtes, in Feſto Corporis Chriſti,in Natiuitate S. Ioãnis Baptiſtæ, in Feſto Apoſtolorum Petri,& Pauli, in Aſſumptione B. Mariæ Virginis, in Feſto S. P. N. Auguſtini, in Nauitate B. Mariæ Virginis, in Feſto S. Michaelis Archangeli, in Solemnitate omnium Sanctorum.

3. Volumus autem,vt in illis menſibus, in quibus non occurrerit dies Communionis, Fratres noſtri communicare teneantur, vel prima Dominica Menſis, vel ea, in qua conſuetum fuerit in loco illo Proceſſionem facere Sanctiſſimi Sacramenti. Hortamur verò omnes Fratres noſtros, vt in omnibus Dominicis tàm Quadrageſimę, quàm Aduentus Domini deuotè, & conuentualiter, ad excitandos Fideles, communicare ſtudeant. Inſuper iubemus, vt in Dominicis, ac ſolemnibus diebus Diaconus,ac Subdiaconus, qui Altari miniſtrauerint, vel alter eorum,qui non fuerit Sacerdos Communionem percipiat. Illis autem diebus, quibus ſolent Fratres ex Ordinis inſtituto communicare,Superior poſt Matutinum faciat Abſolutionem generalem,proût in Officijs Ordinis continetur, & concedat ſemper delectis Confeſſoribus Familiæ Conuentus à caſibus reſeruatis abſoluendi facultatem, niſi ipſi

Alij dies extraordinarij.

Abſolutio generalis.

ipſi neceſſarium videretur, ob aliquam rationabilem cauſam, aliquem caſum retinere.

4. Siquis autem in aliquo prædictorum dierum à Communione abſtinere petierit ſine manifeſta, & rationabili cauſa, quam probet Prior, ei non concedatur, quam cauſam Priori dicere teneatur; quod ſi facere renuerit, comedat in terra coram Conuentu ſecunda, quarta, & ſexta Feria in pane, & aqua ſolùm ieiunando, donec de prędicta culpa ſatisfecerit, ſicut decet; Sacerdotes etiam cęcitate, vel aliqua alia infirmitate, vel impedimento prępediti, diebus prædictis communicare teneantur. **Pœna non Communicantis.**

5. In omnibus diebus Communionis generalis omnes Fratres vel celebrent, vel communicent, & poſt celebrationem, vel communionem, genibus flexis dicant Orationem, *Deus omnium Fidelium paſtor, & rector* &c. aut Orationem Dominicam, ſi prædictam neſcierint, pro conſeruatione ſtatus S. M. Eccleſiæ, ac Romani Pontificis pro tempore exiſtentis; & tunc ex gratia, & conceſſione Sedis Apoſtolicæ plenariā omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam ſingulis diebus prędictis conſequentur. **Indulgentia Communicantium.**

CAPVT X.

De Confeſſionibus ſæcularium Mulierum audiendis.

1. CVm ad audiendum in Eccleſia Confeſſiones qualiumcumq; mulierum Confeſſor aliquis requiſitus fuerit, id facere non valeat, niſi de licentia, vel ſaltem conſenſu Prioris ſui, & in confeſſionarijs ad id deputatis, in quibus nemini loqui liceat, niſi gratia confitendi, aut ea, quę Confeſſioni confinia ſunt tractandi: qui contrafecerit à Superiori, proùt de iure, debitis pœnis reſpectiuè puniatur.

Confeſſoris pœna aliud à Cõfeſſione tractantis.

2. Cùm autem ad audiendas Confeſſiones qualiumcumque mulierum Confeſſor aliquis extra Eccleſiam, & Monaſterium vadit, ſemper ei prouideatur de Fratre ſocio, qui ſit prouectæ ętatis, vel quem opinio bona commendet, & vbique, & ſemper ſic ſe habeat, vt ſocius ſuus patenter videat eum; quòd ſi locus ſit ità arctus, quòd ſocius in eo, vt ipſum videat, manere non poſſit, iuxta oſtium manebit, dummodò verba non poſſit intelligere Confitentis.

De ſocio aſſignando Confeſſori.

SE-

SECVNDA PARS

NOSTRARVM CONSTITVTIONVM

In qua tractatur de Obſeruantijs noſtræ Sacræ Religionis.

CAPVT I.

De ætate, & qualitate eorum, qui ad Ordinem recipiendi ſunt.

1. QVONIAM refert plurimùm ad diuinum ſeruitium, & Ordinis profectum, vt conueniens habeatur delectus eorum, qui ad Ordinem admittuntur; diligentia non modica adhibenda erit, vt intelligantur ea, quę ad eorum perſonas, & vocationem attinent. Quamuis autem charitas,& zelus animarum omnia hominum genera complectatur,nam *idem Dominus omnium*,& ideò teneamur cunctos ad Beatitudinem conſequendam in Domino iuuare; non tamen ad Ordinem recipiendi ſunt, niſi qui vtiles fuerint, & Ordinem in aliquo iuuare potue- Rom. c.10. verſ. 12. Non recipiendi ad Ordinem, niſi vtiles.

rint, quo meliùs communi vtilitati noſtræ Sacra Religio inſeruire poſſit: nam qui vult vineam bonam habere, palmites, ex quibus plantanda eſt, cum diſcretione debet eligere.

Qui pro Clericis recipiuntur non ſint minores quatuordecim Annis.

2. Hi ergo, qui recipiendi fuerint, non ſint minores quatuordecim annis, & quòad fieri poſſit, ſint bonæ conſcientię, quieti, amatores virtutum, ac perfectionis, propenſi ad deuotionem, & qui habeant vires, quibus ferre poſſint Ordinis noſtri labores;

Conuerſi qua ętate recipiẽdi.

Conuerſi autem non recipiantur ante vigeſimum ętatis ſuę annum, & niſi ſaltem præcipua Doctrinæ chriſtianæ capita nouerint. Oblati item non admittantur, niſi & ipſi vigeſimum annum agant, & petita, ac obtenta licentia à Reuerendiſſimo Patre Generali, & Prouincialibus reſpectiuè, ac conſultis Patribus Vocalibus illius Conuentus, ad cuius famulitium aſſumentur, ijdemque ſine caputio. Recipiantur autem omnes de licentia non modò Prioris Prouincialis, verùm etiam de conſenſu primò Patrum Conſilij, deinde maioris partis Capituli. In Italia verò ſeruentur Conſtitutiones Apoſtolicæ circa hoc emanatę.

Qui non ſint admittendi.

3. Nullus verò recipiatur, qui fuerit de Apoſtaſia à Fide, vel de Hęreſi aliquando iuſtè accuſatus (excipiuntur loca, in quibus Hæretici conuiuunt cum Catholicis) neque

qui

qui ſit natus ex Parẽtibus, aut Auis per Sanctum Inquiſitionis Officium de Apoſtaſia à Fide, vel de Hæreſi, ſeu vehementi eius ſuſpicione punitis, ſeu damnatis: neque Seruus, neque matrimonio conſummato ligatus, niſi à coniuge facultas ei concederetur, obſeruatis alijs circumſtantijs, quę iuxta Sacros Canones obſeruari neceſſe eſt: nec qui comitiali morbo, vel aliquo graui iudicij defectu laborauerit; nullus prætereà qui aliquo notabili defectu, vel deformitate corporis ſignatus fuerit.

4. Qui verò poſt receptionem aliquo ſupradictorum impedimentorum detineri deprehenſus fuerit, ſtatim ab Ordine expellatur, tamquàm ad profitendum inhabilis, immò ſi profeſſus iam fuerit, ab Ordine poterit, & debet expelli, ſi eius Profeſſio fuerit ſub tali fraude, & dolo acceptata. Si autem de aliquo impedimentorum dubium oriatur, ad Prouincialem & Diffinitores recurri debet, & Prior, vel quicumque Prælatus, qui vel aliquem ſcienter contra prædictam formam receperit, vel ignoranter receptum, cognito impedimento, non eiecerit, ab Officio deponatur, & per triennium maneat inhabilis ad omnia officia cum cura animarum.

Aliter recepti expellẽdi ab Ordine.

Pœna malè admittentis, & non eijcientis.

5. Animaduertendum etiam eſt, ne aliquis ad Ordinem recipiatur ære alieno in- nota-

Alia duo impedimẽta.

notabili quantitate oppreſſus, ſeu aliqua infirmitate contagioſa detentus, ne ſi Profeſſionem emittere contingat, Ordini detrimentum ſubſequatur. Pro Clerico autem nullus recipiatur, niſi ſaltem calleat præcepta Grammaticæ, atque aptus videatur ad alia neceſſaria diſcenda; poterit tamen aliquis de nobili genere, etſi minùs nouerit, recipi de gratia ſpeciali, modò ſigna docilitatis oſtendat. Superiores verò admittentes huiuſmodi inhabiles ad Habitum, & Profeſſionem, vtraque voce, Officijs, gradibus, dignitatibus, & honoribus quibuſcumque ipſo facto in perpetuum priuentur, & ad alia quęcumque obtinenda declarantur perpetuò incapaces.

Qualitates Clericorũ.

Pœna contra admittentes inhabiles.

6. Cùm verò lepra ſimoniacæ prauitatis infectus, ſit quaſi membrum putridum, & à Corpore S. M. Eccleſiæ alienum, omnibus, & ſingulis Prioribus, & quibuſcumque Superioribus, ac alijs Fratribus noſtræ Religionis ſtrictè præcipimus, & mandamus, vt nullus ex eis Fratrem aliquem ad Ordinem recipiat, vel recipi faciat, vel vt recipiatur conſentiat, vel permittat, re aliqua accepta, vel detenta, pro ſe ipſo in particulari, vel pactione aliqua interueniente tacita, vel expreſſa, ad effectum videlicet receptionis: quòd ſiquis immemor ſuæ ſalutis, contrafecerit, ſi officium habuerit cum

Simonia cauenda.

Pœnę Simoniaci.

cura

cura animarum, ipſo facto ſit tali officio priuatus, & ad aliquod officium cum prædicta cura in noſtro Ordine nullatenùs aſſumatur, niſi ſuper hoc ſecum per Capitulum generale fuerit diſpenſatum, & per quinquennium voce actiua, & paſſiua careat. Quicumque verò Frater ſubditus inueniatur Simoniam in eodem caſu commiſiſſe, eidem pœnę ſubiaceat, & pœnam grauioris culpæ per menſem ſuſtinere cogatur.

7. De Ordinibus Fratrum Mendicantium nullus ad noſtrum recipiatur, quantumcùmque extiterit importunus. Alterius verò cuiuſcumque Profeſſionis nullus recipiatur, niſi de licentia Capituli generalis, & niſi ſit talis, de quo conſtet, quòd in Ordine ſuo inquietus non fuerit, & quòd honeſtè, & cum bono exemplo ſemper ibidem vixerit: Siquis autem huiuſmodi receptus fuerit, ſicut liber à ſæculo fugiens, in probatione per annum & diem maneat, & expreſſam poſteà in noſtro Ordine, ſicut alij Fratres, Profeſſionem emittat. Nullus præterea recipiatur, qui de legitimo matrimonio non fuerit procreatus; proùt nobis de mandato Sanctiſſimi D. N. Innocentij Papæ XI. iniunctum fuit. Super quo etiam nec ipſe Reuerendiſſimus Pater, ſed tantùm Capitulum generale diſpenſandi habeat facultatem.

De aliena Religione recipi non poſſunt.

Neque Illegitimi.

8. Si verò præfatos cùm exteros, tùm illegitimos contra hanc noſtram Conſtitutionem recipi ad habitum aliquando contigerit, irritam, & nullam receptionem illam fore declaramus, & prædictos habendos eſſe, ac ſi minimè acceptati fuiſſent. Acceptantes verò tàm Prouinciales, quàm Priores Conuentuum priuationem vtriuſque vocis, & omnium Officiorum, cum inhabilitate ad illa impoſterùm obtinenda, ipſo facto nouerint incurriſſe vſquedum per Capitulum generale cum eis miſericorditer fuerit diſpenſatum. Quapropter pręcipimus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus ſub eiſdem pœnis, omnibus, & ſingulis Prioribus, vt nullum ad Ordinem admittant, nec Conuentui proponant, quin priùs Patribus Conſilij per publicum Inſtrumentum, in Depoſito Conuentus conſeruandum, manifeſtè conſtet de eius Parentibus, Patria, atque ætate; quę omnia poſteà ipſe Prior Patribus Capituli, dum illum ad habitum recipiendum proponit, notificare teneatur.

Pœna contrauenientium.

Nullus admittatur, quin de eius ætate, ac Parentibus Conuētui conſtet.

NOTÆ IN CAPVT I.

Quòad qualitates requiſitas in recipiendis ad Ordinem, videndæ ſunt Conſtitutiones, & moderationes Sixti V. Gregorij XIV., & Clem. VIII. quæ authoritate Vrbani VIII. innouatæ ſunt Anno 1624. 21. Septembris.

Qui-

Quibus decreuerunt ad Ordinē non eſſe recipiendum homicidā facinoroſum, & ſimilium, vel grauiorum criminū reum, vel vehementer ſuſpectum.

CAPVT II.

De receptione Nouitiorum.

1. SIquis in Ordine noſtro recipi petierit, non ſtatim annuatur ei, quicumque ille ſit, ſed priùs de eius Parentibus, Patria, deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur; deinde probetur ſpiritus eius, ſi ex Deo eſt, quia deſideria dilatione creſcunt, & in priuatis colloquijs voluntas, mens, & intentio ipſius à Priore Conuentus, vel à Magiſtro Nouitiorum, ſeu ab alio perfectè exploretur: quòd ſi perſeuerauerit in propoſito, Prior eum faciat diligenter examinari à duobus Examinatoribus ad hoc munus deputatis; & ſi inuentus fuerit idoneus, legantur ei impedimenta, in Capitulo pręcedenti notata, inde ſcilicet: *Nullus verò recipiatur, qui fuerit de Apoſtaſia* &c. & ſi reſponderit, ſe nullo illorum impedimentorum teneri, admonendus erit de iuramento ſibi præſtando coram omnibus, faciendaque eſt ei proteſtatio, quòd ſi aliquem horum defectuum patiatur, habita certa cognitione, quocumq; tempore expelletur, etiamſi tunc temporis iam fuerit profeſſus, quia talis Profeſſio erit nulla.

> Modus recipiendi Nouitios.
>
> Cap. 1. n. 3.
>
> De cautione iuratoria.
>
> Profeſſio dolo facta, nulla.

2. Quod

Conſenſus Patrum Cõſilij, & Capituli.

2. Quod ſi ſe iurare velle reſponderit, poſt oblatam ei ſpem, à Priore proponatur primò Patribus Conſilij, quòd ſi ab eis approbatus fuerit, proponatur Fratribus in Capitulo; & ſi à maiori parte eorum recipiatur, die, & hora, qua Prior prouidebit, in Choro, ſeu in Eccleſia Fratribus in vnum congregatis, ab vno Fratre, qui eum de modo miſericordiæ petendę diligenter inſtruet, ducatur eodèm, vbi coram Priore proſternat ſe, & interrogatus ab illo: *Quid petis?* reſpondeat: ***Miſericordiam Dei, & veſtram ſocietatem.*** Deinde Prior iubeat eum ſurgere ſuper genua, & dicat ei: ***Fili chariſſime, miſericordiam Dei tibi dare non valemus, ſed benè credimus, tecum factam fuiſſe, quando Dominus Deus te inſpirauit ad ingreſſum huius Sacræ Auguſtinianæ Religionis: ad noſtram verò ſocietatem te admittere contenti ſumus, ſi ex parte tui non obſtet aliquod ex impedimentis, in noſtris Conſtitutionibus notatis.***

Petitio.

Proponat Prior impedimenta.

3. Tunc legat ei impedimenta ſupradicta, ab eo diſtinctè inquirens ſub præſtito Iuramento, an aliquo illorum teneatur; qui ſi reſponderit aliquo illorum ſe teneri, repellatur tamquàm ſubiectus iuri alieno, vel tamquàm ad ferendum pondus Religionis ineptus, & à Sacris Altaribus proiectus: ſed ſi ab omnibus his ſe liberum eſſe dixerit, fiat ei ſupradicta proteſtatio.

4. Dein-

Digitized by Google

4. Deinde ne aliquandò dicere poſſit, ſe fuiſſe deceptum, vel non crediſiſſe tot ardua eſſe in Religione, exponat ei Prior aſperitatem Ordinis, videlicèt: abdicationem propriȩ voluntatis, vigilias nocturnas, labores diurnos, longa ieiunia, macerationem carnis, aſperitatem veſtium, mœrorem Clauſtri, rigorem paupertatis, ruborem mendicitatis, vilitatem ciborum, & citra hæc omnia, reprehenſiones, vilificationes, ſeu mortificationes, continuas pœnitentias, firmiter promittens ei ex parte Dei vitam æternam, ſi prædicta obſeruauerit; & de his omnibus voluntatem eius exquirat. **Proponantur aſperitates Ordinis.**

5. Quòd ſi reſponderit, ſe velle cum Dei adiutorio cuncta ſufferre, & ſeruare, inquantùm humana fragilitas ſeruare ſinit, dicat ei Prior: *Accipiemus te ad probationem, ſicut mos eſt fieri*; Et poſt hæc dicat: *Dominus, qui incepit in te bonum opus, ipſe perficiat*; & Conuentus reſpondeat *Amen*. Deinde tonſis crinibus, ſi debet eſſe Clericus, veſtibus ſæcularibus exuatur à Priore, dicente: *Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis*, & reſpondeatur, *Amen*. Tunc Prior ſurgens, dicat: *Domine Exaudi* &c. *Dominus vobiſcùm* &c. *Oremus. Domine Deus virtutum ſupplices deprecamur clementiam tuam, vt hunc famulum tuum miſerationis tuæ abundantia ab omni vetuſtatis corruptione expurges,* **Veſtibus ſæcularibus exuatur.** Coll. 3. 9.

&

& capacem ſanctę nouitatis efficias. Per Chriſtum &c.

Impoſitio habitus albi.

6. Qua Oratione dicta habitu albo, quem in honorẽ puriſſimæ V. Mariæ vniuerſus Ordo noſter geſtat, initio induatur. Imponendo tunicam albam dicat: *Induat te Dominus nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis: In nomine Patris &c.* Faciatque ſignum ✠ ſuper eum cum tunica. Imponendo ſcapulare, ſiue patientiam, dicat: *Accipe iugum Domini, iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue: In nomine Patris* &c. deinde ſuperinduatur Cappa nigra, & cingatur corrigia.

Epheſ. 4. 24.

Matth. 11. 30.

Impoſitio Cappæ, & Corrigię.

In quo differant Veſtes Nouitiorum à Veſtibus Profeſſorum.

7. Veſtes enim ipſius in hoc ſolùm different à veſtibus Profeſſorum, quòd ante Profeſſionem Cuculla ipſius non benedicetur; & tunc Prior in loco ſuo dicat Nouitio genibus flexis manente coram eo: *Dominus vobiſcum* &c. *Oremus: Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hunc famulum tuum bene ✠ dicere dignare, cui in ſancto nomine tuo ſacræ Eremitanæ Religionis habitum dedimus, vt te largiente, deuotus in ea perſiſtere, & vitam percipere mereatur æternam. Per Chriſtum &c. Amen.*

Proſtratur Nouitius.

8. Poſteà Cantores incipiant Hymnum *Veni Creator &c.* Interim Nouitius proſtratus iaceat ſuper tapetum ad modum Cru-

cis

cis ante Altare, vel in medio Chori, & finito Hymno, dicant Cantores ℣. *Emitte Spiritum tuum* &c. *Ora pro eo Sancta Dei Genitrix &c. Ora pro eo B.P. Auguſtine* &c. Prior in medio Chori dicat: *Dominus vobiſcum, &c. Oremus. Deus, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa B. Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente B.P.N. Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum &c.* ℟. *Amen.* **Orationes dicendæ.**

9. Poſteà Nouitium aſpergat aqua benedicta, & tunc ab Inſtructore erigatur, & ducatur ad pedes Prioris, qui ei mutet nomen, ſi videbitur expedire; præſertim ſi habuerit nomen ethnicum, & imponat ei nomen alicuius Sancti maximè Ordinis noſtri, vt noſtrorum priſcorum Patrum memoria in dies renouetur: & in ſignum ſpiritualis dilectionis, atque ſocialis charitatis eum amplectatur, & poſt eum idem faciant ſucceſſiuè cęteri Fratres; Nouitius verò ge- **Mutet Nomen, ſi expedierit.**

nibus flexis manum Prioris deoſculetur, aliorum verò Sacerdotum manus etiam deoſculari debet, non tamen genuflectere, & pace expleta, tradatur Nouitius à Priore Magiſtro Nouitiorum, de Regula, & Conſtitutionibus, & alijs obſeruantijs Ordinis inſtruendus: Veſtes autem eius ſæculares à Magiſtro ſeruentur vſque ad Profeſſionem.

Inueſtitio Laicorum.

10. Laici, & Conuerſi in Capitulo, & non in Eccleſia recipientur, & nihil in eorum receptione cantabitur, ſed omnia ſupradicta ſine nota dicentur.

Contra recipientes aliquid à Nouitijs.

11. Toto illo tempore, quo in probatione Nouitius manebit, excepto victu, & veſtitu, à Parentibus, vel Propinquis, aut Curatoribus eius ex bonis eiuſdem Monaſterium nihil accipiat, ne hac occaſione Nouitius diſcedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſterium poſſideat, neuè difficilè, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit; quin potiùs declaramus, pręcipi à Sancta Synodo Tridentina ſub anathematis pœna, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante Profeſſionem, omnia reſtituantur, quæ ſua erant: *Nulla autem renunciatio, † aut obligatio, ante Profeſſionem facta, etiam cum Iuramento, vel in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante Profeſſionem, &*

Excommunicatio ſeſſ. 25. c. 16.

Licentia Epiſcopi neceſſaria in renunciatione.

non

non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta Profeſſione: aliter verò facta, etiam cum huius fauoris expreſſa renunciatione, ſit irrita, & nullius effectus; proùt Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini ſancitum eſt.

Seſſ. 25. c. 16.

Tempus Probationis.

12. Nouitius à die ingreſſionis ad nos vſque ad annum & diem adminùs in probatione manebit, vt ipſe experiatur aſperitatem Ordinis, & Fratres experiantur mores illius; quo tempore nulli ei Ordines conferantur.

Nouitius primo trienio incapax officiorum.

13. A die autem receptionis ſuæ vſque ad triennium quamuis ſit doctus, & grandæuus, ad omnia Officia, quę per electionem dari conſueuerunt, ſit ineligibilis: Ad Officia verò cum cura animarum per quinquennium à die receptionis ſuę nullo pacto eligi poſſit, proùt diffinitum fuit in Capitulo generali Ratiſponæ celebrato Anno Domini 1290. Hoc autem pręcipimus; vt priùs noſtri Ordinis Fratres ſubeſſe diſcant, quàm præeſſe, poſteà verò eligi poſſint, dummodò tamen toto iſto tempore ſub regulari laudabiliter vixerint diſciplina, & non aliter.

NOTÆ IN CAPVT II.

† *Sac. Congregatio Concil. Trident. cenſuit 3. Martij 1594., & 18. Martij 1598. hoc Decretum Concilij non vindicare ſibi locum in Donationibus, & renunciationibus ante ſuſceptionem habitus, etiam animo, & propoſito Religionem ingrediendi factis. Et 17. Octobris 1594. Renunciationem factam cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij (vbi in vſu eſt) intra duos menſes proximos ante Profeſſionem non cenſeri inualidam, ſi Profeſſio ex rationabili cauſa differatur. Ac tandem 22. Ianuarij 1598. prædictum Decretum Concilij circa Donationes, non intelligi de Teſtamentis, atque vltimis voluntatibus: poſſunt enim Nouitij ad beneplacitum facere Teſtamentum, Codicillum, & quamcumque aliam voluntatem vltimam ex cauſa mortis, ſeu quemcumque alium contractum nutu reuocabilem.*

In Italia verò quòad receptionem, & qualitates recipiendorum ad Ordinem, exactiſſimè ſeruanda ſunt Decreta ſac: Congregationis ſuper ſtatu Regularium de mandato Alexandri Papæ VII. edita Romæ 13. Sept. 1655.

CAPVT III.

De educatione Nouitiorum, & qualis eſſe debeat Magiſter eorum.

1. QVoniam proba Iuuenum educatio inſtituendæ Religionis per maximè noſcitur neceſſaria, ſtatuimus, & ordinamus, vt in vnaquaque Prouincia noſtri Sacri Ordinis vnum Monaſterium, vel etiam plura, iuxta Prouinciarum indigentiam, ſeu capacitatem, per Prouincialem & Diffinitores Capituli prouincialis eligantur, in quibus Nouitij illius Prouinciæ, vt aptiùs inſtrui poſſint, collocentur: nec in aliquo loco Nouitij teneãtur, in quo adminùs non ſit numerus ſex Nouitiorum in Nouitiatu clauſo, atque à conſortio aliorum Fratrum ſegregato, à quo nullus Nouitius exire poſſit ſine Magiſtri licentia, & cum ſocio ſibi aſſignato; extra Conuentum verò abſque neceſſitate ineuitabili non mittantur, nec cum extraneis loquantur.

Nouitiatus qualiter eligendus.

Nouitiatus ſemper ſit clauſus.

2. Præthereà Nouitij inter ſe ſilentium obſeruent, niſi quando Magiſter cum eis diſpenſauerit, & tunc ſine clamore loquantur, & ſubmiſsè loqui aſſueſcant, quando oportuerit loqui: Prouincialis autem & Diffinitores, ſiue ſolus Prouincialis extra

A quibus eligendus Magiſter Nouitiorũ

tempus Capituli præponant eis Magiſtrum Nouitiorum, mediocriter ſaltem doctum, in rebus ſpiritualibus ſufficienter verſatum, ne cibi ſpiritualis defectum patiantur, & de eis poſſit verificari. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Honeſtum item, ac probatum, & noſtri Ordinis præcipuum zelatorem, prouectæque ętatis quantùm fieri poterit, cui in omnibus humiliter, ac promptè Nouitij obedire teneantur, (ſaluo ſemper, & vbique mandato Prioris) & à quo ad Dei laudem, & noſtri Ordinis decorem cum omni ſanctimonia, & bona doctrina diligenter erudiantur, & inſtruantur, & ad quem in ſuis tentationibus confugiant, cuique confidenter ſecreta ſua detegant, & à quo conſolationem, & auxilium in omnibus ſperent in Domino. Legat idem Magiſter, quę infra dicentur de Officio Prioris, & quæ ſibi reſpectiuè conuenerint, notet, & obſeruet.

Thren. c. 4. 4.

Qualitates Magiſtri.

3. par. cap. V.

Nouitij qualiter inſtruendi.

3. Ante omnia doceat eos Legem Dei, eiuſque amorem, ac timorem, & quòd in omnibus quærant Deum, exuentes ſe amore ſui, atque omnium creaturarum, vt affectum totum in ipſarum Creatorem conferant, eum in omnibus amando, & omnes in eo iuxta ſanctiſſimam eius voluntatem; dirigat etiam eos in exercitijs ſpiritualibus, quæ vnicuique tradenda erunt, proüt ei conuenire

uenire iudicabitur, doceatque quomodò ab illuſionibus Dęmonis in prædictis exercitijs cauere debeant, & quomodò ſe contra omnes tentationes tueantur: moneat eos, vt libros ſpirituales, & deuotos auidè legant, curetque non ſolum, vt addiſcant, quæ conueniunt, ſed etiam vt exerceant, quæ didicerint pro menſura Gratiæ ipſis à Deo communicatæ; doceat item ipſos purè, ac diſtinctè, & frequenter confiteri, ac ſtatim in principio facere generalem Confeſſionem; dicit enim Scriptura: *Nolite ſerere ſuper ſpinas*; nullamque celare tentationem, quam Confeſſori, Magiſtro, vel Superiori non aperiant, quibus totam animam ſuam patere pergratum habeant, nec ſolùm defectus aperiant, ſed etiam pœnitentias, mortificationes, & deuotiones, optantes in omnibus ab illis dirigi, nolentes ſuo proprio ſenſu duci, niſi cum iudicio illorum conueniat, quos Domini noſtri Ieſu Chriſti loco habent: doceat etiam eos quotidiè de ſero, diligenter, ac breuiter conſcientias ſuas examinare, & poſteà Confeſſionem generalem deuotè dicere, antequàm ad dormiendum vadant; non enim debet Religioſus quietem corpori dare, donec locum quietum præparauerit in ſe Spiritui Sancto, iuxta illud Pſalmi: *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem*

Ierem. 4. 3.

Pſal. 131. 4.

temporibus meis, donec inueniam locum Domino,

4. Aduertat etiam, vt ſtatim in principio à Priore inquirat, quam poteſtatem velit eum habere ſuper Nouitios, circa audiendas eorum Confeſſiones. Inſuper eos doceat caſtè, & ſine proprio viuere, & non dicere *meum*, ſed *noſtrum*, iuxta præceptum S.P.N. Auguſtini, in Regula dicentis: *Non*
Reg. c. 1. *dicatis aliquid proprium*; ſumma diligentia, & cuſtodia cor ſuum ſeruare, & portas ſenſuum ſuorum ab omni intemperantia, & vitio cuſtodire, ac ſe in vera pace interna conſeruare, linguam refrænare, licèt inuitam,
Iacob. 1. 26. *ne vana ſit eorum Religio*, & libentiùs audire, quàm loqui: cùm verò loquendum fuerit, quòd paucis verbis loquantur, quæ præcedat mentis deliberatio, quoniam dicit Scriptura. *In ore fatuorum cor illorum & in*
Eccleſiaſtici c. 21. 29. *corde ſapientium os illorum*; ſpecialiter autem, quòd euitentur relationes rumorum de negotijs ſęcularibus, nam periculum Fratrum videntur amare, qui in nauim Religionis vndas maris volunt immittere: non multùm ridere, in omnibus potiores partes alijs deferre, omnes in animo ſuo tamquàm ſuperiores ducendo, & ſingulis honorem, ac reuerentiam, quam exigit cuiuſcumque ſtatus, cum ſimplicitate, & religioſa moderatione exhibendo; ſit autem reuerentia

hęc

hæc multis modis, videlicèt: cùm tranſeunti aſſurgitur, cùm ante alium non nimis propè tranſitur, cùm ante alium inclinatur, aut genufleƈtitur, cùm ſedenti decenter aſſiſtitur, cùm iuxta ſedentem ſedere volens, aliquãtulum à longe ſe collocat, vel ſedere volenti ſedens aſſurgit, vel cedit, vel loqui volens ante alium demittit caputium, vel alium aſſociando, à ſiniſtris eius vadit, vel denique alio comparente, à deambulatione deſiſtit. Signa reuerentiæ à Nouitijs obſeruanda.

5. Doceat etiam eos de lapſu aliorum non indignari, ſed ſibi potiùs de ſimilibus timere; negotia domus nolle ſcire, virtutes aliorum notare, & pro poſſe imitari, bona in ſe cùm viderit, Deo attribuere, mala verò, à ſe facta, ſibi reputare, nemini inuidere, bonum exemplum ſingulis præbere, cum nemine contendere, neminem iudicare, ſed omnia, licèt mala videantur, in bonam partem interpretari, ſæpè enim humanum fallitur iudicium, nulli iniuriam facere, ſed illatam ſibi pariter tolerare, *non reddendo malum pro malo, nec maledictum pro maledicto*, Primę Petri 3.9. de abſente non loqui niſi bona, neminem in faciem laudare, non iurare omninò, veritatem ex corde, & ore proferre, non eſſe ſuperbos, non edaces, non vinolentos, non ſomnolentos, non pigros, non otioſos, delicias fugere, quia caſtitas periclitatur in illis,

illis, paupertatem, vilitatem, ac aſperitatem noſtri ſacri Ordinis amare, & alia, quæ perfectionem, ad quam tendimus, concernunt.

6. Exponat eis Cathechiſmum, & inſtruat eos de Regula, & Conſtitutionibus, atque Ordinationibus noſtræ ſacrę Religionis, de Officio diuino, & quòd ſemel in hebdomada ſinguli dicant *ſeptem Pſalmos pœnitentiales cum Litanijs &c. & totum Officium Defunctorum* pro Benefactoribus noſtris viuis, atque defunctis, & pro ſupplemento cuiuſuis defectus ex ignorantia, vel obliuione prouenientis circa antiquas Ordinis obligationes; erudiat quoque eos de cantu, niſi alius ſit ad hoc munus à Priore deſignatus, de moribus, & cęremonijs, & alijs Obſeruantijs Ordinis: moneat ſæpè, vt non ambulent extento collo, ſed fixis oculis in terram, manibus ſub ſcapulari, vel intra manicas Cappę incluſis; vt cùm proceſſionaliter vadunt, ſocium ſuum collateralem ſemper attendant; vt cùm aliquid ſibi datur, vtpotè veſtes, calcei, & ſimilia, ſiue aliquod officium eis iniungitur, genibus flexis dicant: *Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui viuit, & regnat in &c.*

Obligatio Nouitij ſemel in ſeptimana.

7. Doceat quanta diligentia libros, & veſtes, & alias res domus, vel ſuo vſui conceſſas

cu-

cuſtodire, & quo modo Cellam mundam, & ordinatam, licèt pauperem, ſeruare debeant; vt non coniungant ſe Conuentui, niſi fuerint ſigno, vel verbo vocati; vt ſine licentia munera, vel litteras aliquas nulli mittant, nec dent, nec ab aliquo recipiant: quomodò, cùm corporaliter reficiuntur, temperantiam, modeſtiam, & munditiam obſeruent; quòd menſæ cubitis non incumbant, & in comedendo ſingularitates non quærant, immò ſi aliquod genus ciborum non conſueuerunt comedere, aſſueſcant, vt poſſint vitam communem ſeruare; & legat eis aliquem tractatum de doctrina menſæ.

8. Docendi ſunt etiam, vt libentiùs morentur in Clauſtro cum Fratribus, quàm extra cum ſæcularibus; item quòd libentiùs interſint cum Conuentu, quàm in locis priuatis: item quòd libentiùs declinent ad loca, vbi ſunt maturi & religioſi congregati, quàm vbi ſunt diſſoluti & leues; vt gradus Parentelę ſuæ non recitent, de Generis nobilitate non ſe iactent, de honore ſęculi, aut Parentum diuitijs non extollantur, *ſed de pauperum Fratrum ſocietate glorientur*; vt augmentum Ordinis ardenter diligant, & indefeſsè procurent, vt poſteà temporis decurſu opere adimplere ſatagant, quod à principio animo conceperint. Cap. 2. Regulæ.

9. Informet etiam eos de exordio, & pro-

progreſſu noſtræ ſacræ Religionis, itaùt de hoc diſtinctè ſciant reddere rationem quibuſcumque inquirentibus, ſeu hæſitantibus: quatenus hæc, & his ſimilia cum Dei adiutorio facientes, in vinea Domini ſpiritualiter ſeipſos exerceant, & ſe totos Deo Opt. Max. dedicare continuè non deſinant.

Nouitij in formandi de ſtatu Religionis.

10. Deputentur autem Nouitij ad ea Studia, quibus eorum ingenia magis apta Priori, & Magiſtro videbuntur; nec enim Sacræ Religionis noſtræ familia Doctoribus, & Concionatoribus ſolùm indiget, ſed & cantoribus, pulſatoribus organi; ſcriptoribus, & alijs diuerſis virtutibus inſignitis.

Nouitiorũ ſtudium quale.

11. Prætereà vbicumque ſe negligenter habuerint, eos, quantum poterit, ſignis, vel verbis obſecrando, ſeu increpando, ſtudeat emendare, quia eorum cura ei ſpecialiter in eiuſmodi eſt commiſſa. Capitulum ſemel ſaltem in hebdomada eis teneat, vbi de apertis culpis, & negligentijs, de quibus proclamati fuerint, vel coram eo veniam petierint, eos puniat, niſi in aliquo caſu grauiori in Capitulo Conuentus aliquem proclamare conuenientiùs duceret.

Capitulum de Culpis ſemel in hebdomada.

12. Si viderit aliquem eorum ad ſuperbiam eſſe propenſum, exercere talem debet in obedientijs abiectioribus, quę ad humiliandum ipſum vtiles futuræ videantur; eorum

Nouitij qualiter exercendi.

rum

rum etiam erit probanda patientia, diſcretè tamen, & ſic de alijs animi propenſionibus fieri debet. Nouitijs verò ea promptiùs, & alacriùs agere conuenit, à quibus ſenſus magis abhorrebit, ſi iniunctum eis fuerit, vt in illis ſe exerceant.

13. Sicut autem ſpiritualia eis miniſtrat, ita & neceſſaria apud Priorem, vel Procuratorem procuret temporalia, matremque ſe illis exhibeat, benignitatem oſtendendo, vt eum non refugiant, immò tamquàm *ad ſinum matris*, ad eum recurrant. Nouitij de neceſſarijs prouideatur. Thren. 2. 12.

14. Si autem Nouitius, quicumque ſit, dùm in probatione fuerit, inhoneſtè ſe habeat, ſeu in ſuperbiam erectus aliquid attentet, per quod poſſit in domo materia alicuius perturbationis ſuſcitari, ſi de eius emendatione non ſit ſpes probabilis, differri eius eiectio non debebit, ſed ſtatim ab Ordine expellatur; & Nouitius, qui prò culpa expelletur, vlteriùs non recipiatur. Si verò aliquis Nouitius infra aſſignatum ſibi tempus probationis aſpexerit retrò, ſi poſtmòdum tranſacta die eadem ſuæ egreſſionis redire voluerit, non recipiatur, niſi ea conditione, & modo, vt iterùm per annum & diem debeat in probatione manere, niſi eius vita, & conuerſatio talis fuerit, quòd videatur diſcretioni Prioris Prouincialis miſericorditer eſſe diſpenſandum; non tamen De eiectione Nouitij. Eiectus pro culpa amplius non recipiendus.

men cum eo, qui vltra menſem extra Ordinem permanſerit, vllo modo diſpenſari debet.

De alio Magiſtro pro humanis Litteris.

15. Volumus etiam, quòd prĕter Magiſtrum morum, Prior Prouincialis prouideat Nouitiatui de alio Magiſtro Ordinis noſtri, qui ſit latina lingua, & ſi fieri poſſit, etiam græca ſufficienter eruditus, quatenus ipſos Iuuenes vtramque linguam rectè doceat: non tamen volumus, quòd in Nouitiatu maneat, nec alio, quàm tempore lectionis, & circa pertinentia ad lectionem, ibidem conuerſetur.

Profeſſi, qui ſunt in Nouitiatu legibus Nouitiorum teneantur.

16. Declaramus etiam, quòd Profeſſi, quandiù in Nouitiatu manſerint, legibus Nouitiorum teneantur; prĕterquam quòd extra Monaſterium mitti poterunt, & cum ſæcularibus loqui de licentia Prioris: quandò verò à conſortio Nouitiorum ſegregati fuerint, & à Nouitiatu receſſerint, quandiù non fuerint Sacerdotes, ſub ſpeciali cura Supprioris maneant, & ei tamquàm Magiſtro obedire in omnibus teneantur, in quocumque ſint Conuentu.

NOTÆ IN CAPVT III.

Obſeruanda ſunt Decreta nouiſsimè emanata tàm à Reuerendiſsimo Dominico Valuaſorio, quàm à nupero Capitulo generali Anno 1685.

1685. *circa inſtitutionem, numerum, formam, & diſpoſitionem Profeſſoriorum pro Prouincijs Italiæ.*

CAPVT IV.

De modo, & forma Profeſsionis faciendæ.

1. Strictè præcipimus, & ſub pœna priuationis officij omnibus Prioribus noſtri Ordinis mandamus, quatenus ſuos Nouitios poſt expletum decimum ſextum annum ſuæ ætatis, & ſuæ probationis annũ, expreſſam profeſſionem omninò emittere faciant.

Ætas Profitentis, & tẽpus probationis.

2. Completo igitur termino probationis Nouitij, Prior de vita, & de moribus eius diligenti examine ab illis inquirat, cum quibus fuerit conuerſatus, præſertim à Magiſtris ſuis, qui ſiue pro eo, ſiue contra eum, poſtpoſito odio, vel amore, fidele teſtimonium reddere teneantur. Cuius conuerſatio ſi adeò honeſta extiterit, vt de ſua perſeuerantia in virtute ſpes probabilis habeatur, Prior eum proponat Patribus in Capitulo, vbi ijdem Magiſtri ſupradictum teſtimonium coram omnibus reddent, & ſi maior pars vocalium de eo recipiendo conſenſerit, tempore, die, & hora, quæ Priori videbitur, Fratribus omnibus congrega-

Examen de moribus Nouitij.

Conſenſus Conuentus

tis

tis in Choro, vel in Eccleſia, vel alibi, Nouitius à Magiſtro ſuo in albis tantùm ducatur ad pedes Prioris, quem poſt miſericordiam petitam, vt in Cap. 2. huius ſecundæ Partis dictum fuit, ante ſe genuflexum Prior ſic coram omnibus alloquatur.

Exhortatio facienda à Priore.

3. *Dilecte fili in Chriſto, ecce tempus tuæ probationis completum eſt, in quo expertus es omnem Ordinis noſtri aſperitatem: nunc ergo de duobus oportet te vnum eligere, ſiue à nobis diſcedere, & abire in viam tuam, ſiue renuntiare huic ſæculo, & dedicare, atque offerre teipſum totum Deo, & Ordini noſtro, ſciens quòd poſtquàm te ſic obtuleris, de ſub iugo obedientiæ eiuſdem Ordinis collum tuum quacumque ex cauſa non licebit excutere, quod ſub tàm moroſa deliberatione cùm recuſare liberè poſſes, ſponte ſuſcipere voluiſti.*

Legantur impedimēta & fiat proteſtatio

4. Quod ſi ipſe reſponderit velle ſic Deo, & Ordini noſtro ſe offerre, Prior legat impedimenta, inquirat Nouitium, deferat ei iuramentum, faciatque proteſtationem, vt dictum eſt in ſupradicto Cap. de Recept. Nouitiorum.

Explicatio Votorum.

5. Deinde diſtinctè proponat ei tria Religionis eſſentialia Vota, Obedientiam videlicèt, Caſtitatem, & Paupertatem, & vt decet, breuiter tamen, explanet qualiter intelligenda, & ſeruanda ſint, vt ipſe Nouitius antequam voueat, ne dùm declaratio-

ne

ne prius ſibi facta ſępè ſæpius à Magiſtro ſuo, verùm etiam, & dum profiteri debet, à ſuo Priore clarè ſciat, quæ voueat, & quid poſtquam vouerit agendum ſibi ſit: prohibuit namque Dominus Leuit. 22. ne animal cæcum offerretur ei; poterit autem proponere in hac forma.

6. *Quantùm ad Obedientiam ſcias, quòd teneberis obedire tuis Superioribus, ita ut nullam te exiſtimes habere libertatem, ſed totaliter eſſe priuatum propria voluntate, nec enim tibi placita facere valebis, licèt bona videantur, abſque voluntate tui Superioris, & ſi volueris manere in Italia, & tui Superioris iuſſerint, vt vadas in Franciam, vel Germaniam, vel ſi volueris manere in Hiſpania, vel Portugallia, ipſi autem voluerint, vt proficiſcaris in Indias, vel partes vltra marinas, teneberis obedire eis, & non tibi complacere.* De Obedientia.

7. *Quantùm ad Paupertatem, non poteris habere aliquid, licèt modicum, quod poſſis dicere, hoc meum eſt, ſed ea, quæ tibi erunt conceſſa, voluntati tui Superioris ſubiecta erunt, qui eis poterit te priuare quotieſcumque voluerit.* De Paupertate.

8. *Circa Caſtitatem teneberis non ſolùm ſeruare munditiam corporis, ſed etiam cordis, vt viuas in terra ſicut Angelus Dei.* De Caſtitate.

9. Quòd ſi propoſitis, & ſibi declaratis huiuſmodi votis, iterum ipſe Nouitius

E re-

reſponderit, ſe velle ſic vouere, & eiſdem votis Deo, & Ordini noſtro vſque ad mortem ſe offerre, inquirat ab eo Prior, *vtrum vi, vel metu faciat Profeſsionem?* qui ſi reſponderit, ſe ſponte, & libere, & non vi, vel metu vouere velle, deferatur à Magiſtro Nouitiorum Priori Cappa cum corrigia, præcedentibus vno Accolytho cum aqua benedicta, & alio cum thuribulo, & incenſo, qui imponens ſibi ſtolam, benedicat Cappam in manibus eiuſdem Migiſtri genuflexi, dicens: *Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum &c. Oremus: Domine Ieſu Chriſte, qui tegumentum mortalitatis noſtræ induere dignatus es: obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus indumenti, quod ſancti Patres noſtri ad humilitatis indicium, abrenunciantes ſæculo, ferre ſanxerunt, tu ita bene✠dicere tua benedictione digneris, vt hic famulus tuus, qui eo vſus fuerit, te induere mereatur: qui viuis, & regnas &c. Oremus: Deus æternorum bonorum fideliſſime promiſſor, & certiſſime perſolutor, qui veſtimentum ſalutis, & indumentum iucunditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam humiliter expoſcimus, vt hoc indumentum humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificans, quod hic famulus tuus viſibili eſt informandus propoſito, propitius bene✠dicas, vt beatæ abnegationis habitum, quem te inſpirante ſuſcepit, te protegente*

Profeſſio ſpontanea, & libera.

te

te cuſtodiat, & quem veſtibus venerandæ Religionis S. P. Auguſtini induere volumus, beata facias immortalitate veſtiri: Per Chriſtum &c. Oremus: Domine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infuſor, te obnix iùs deprecamur, vt hanc veſtem bene✠dicere, & ſanctificare✠digneris, quam famulus tuus pro indicio agnoſcendæ Eremitanæ Religionis induere deſiderat, vt inter reliquos Auguſtinianos Fratres tibi agnoſcatur dicatus: Per Chriſtum Dominum &c. Amen. Deinde Cappa, & corrigia aſpergantur aqua benedicta, & adoleantur incenſo.

10. Poſteà Prior induat Nouitium Cappa benedicta, dicens: *Accipe iugum Domini, iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue: In nomine Patris &c.* Deinde cingat ipſum corrigia benedicta, dicens: *Accipe corrigiam ſuper lumbos tuos in ſignum caſtitatis & continentię: In nomine Patris &c.* tunc Nouitius genuflectat coram Priore, & Prior dicat: *Dominus vobiſcum &c. Oremus: Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſub magno P. Auguſtino in Eccleſia tua ſancta grandē Filiorum exercitum contra hoſtes inuiſibiles adunaſti, Fratrem noſtrum nouiter ſub tanti Patris militia collum iugo ſupponere volentem, amore Sancti Spiritus accende, vt per Obedientiam, Caſtitatem, & Paupertatem, quas modò, te inſpirante, profiteri vult, ita mi-* Math. 11. 30.

litando tibi Regi Regum præſentis vitæ ſtadium percurrere valeat, vt fœlicitatis æternæ corona, deuicto triumphatoque mundo cum pompis ſuis, te donante, percipere mereatur; Per Chriſtum, &c. Amen.

11. Sedeat deinde Prior, & cæteri poſt eum, & Nouitius accipiat Regulam S.P.N. Auguſtini, & deponat eam apertam in manibus Prioris, & ponens manus ſuas ſuper eam in manibus Prioris profiteatur hoc modo: *In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo &c. die tali, menſe tali. Ego Frater N. de N. Filius N. & N. talis loci, & talis Parochiæ, facio Profeſſionem, & promitto Obedientiam Deo omnipotenti, & B. Mariæ ſemper Virgini, & B. P. Auguſtino, & tibi R.P. Fratri N. de N. Priori &c. nomine & vice Reuerendiſſimi P. Magiſtri N. de N. Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S.P. Auguſtini, & ſucceſſorum eius canonicè intrantium, & viuere ſine proprio, & in caſtitate ſecundùm hanc Regulam eiuſdem P. N. Auguſtini vſque ad mortem.*

Tenor Profeſſionis.

12. Si verò Nouitius profiteretur in manibus Reuendiſſimi Prioris Generalis, ſupprimat particulam illam (*nomine & vice*) & omnia verba ad ipſum dirigat.

Acceptatio Profeſſionis.

13. Lecta Profeſſione à nouo Profeſſo, Prior dicat; *Et ego nomine & vice Reue-*

ren-

rendiſsimi P. noſtri Generalis N. & authoritate, qua fungor, accepto Profeſſionem tuam, & vnio te corpori myſtico noſtræ Sacræ Religionis, & filium facio huius Conuentus N. vel Conuentus noſtri talis loci: In nomine Patris &c.

14. Quo dicto, Profeſſus proſternat ſe ad pedes Prioris ad modum crucis ſuper tapetum, & Prior aſpergendo eum cum aqua benedicta, dicat: *Pater noſter &c. Et ne nos &c.* ℣. *Immola Deo ſacrificium laudis.* ℟. *Et redde Altiſſimo &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum &c. Oremus: Omnipotens ſempiterne Deus, qui humanæ fragilitatis infirmitatem agnoſcis, reſpice quæſumus ſuper hunc famulum tuum, & larga tuæ benedictionis abundantia imbecillitatem eius corrobora, vt promiſſa nunc Vota, quæ præueniendo aſpiraſti, per auxilium gratiæ tuæ, ſanctè, piè, ac religiosè viuendo, valeat vigilanter obſeruare, & obſeruando vitam promereri ſempiternam: Per Chriſtum &c.* Proſtratur Profeſſus.

15. Tunc detur nouo Profeſſo candela accenſa in manibus, & Cantores incipiant. *Te Deum Laudamus*. Ipſe verò ſtet in medio Chori genuflexus: finito Cantico, dicantur: ℣. *Emitte Spiritum &c. Ora pro eo Sancta Dei &c. Ora pro eo B. P. Auguſtine &c. Oremus: Deus, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Concede hunc famulum tuum, quæſu-* Detur candela Profeſſo.

mus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa B. Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia. Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus, & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente B. P. N. Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum: Per Chriſtum &c.

Ducatur ad oſculum pacis.

16. Et deinde ducatur ad oſculum pacis, ſicut dictum eſt in Cap. de Receptione Nouitiorum.

17. Si verò maiorem ſolemnitatem voluerit Prior facere, finito *Te Deum laudamus*, & dimiſſis prædictis Orationibus, dicat nouus Profeſſus genibus flexis in tono Reſponſoriorum breuium: *Suſcipe me Domine ſecundùm eloquium tuum, & viuam*: & Chorus repetat idem: poſteà Profeſſus: *Et non confundas me ab expectatione mea*: Chorus: *Secundùm eloquium tuum, & viuam*; Profeſſus: *Gloria Patri &c.* Chorus: *Suſcipe me Domine &c.* Profeſſus dicat verſum: *Adiuua me, & ſaluus ero Domine.* ℟. *Et meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.* Prior in medio Chori: *Dominus vobiſcum &c. Oremus: Omnipotens ſempiterne Deus, cuius charitatis ardore ſuccenſus hic famulus tuus ſtabilitatem ſuam tibi in hac Sacra Auguſtiniana Religione promittendo, tuo iugo collum ſubmiſit: concede*

pro-

propitius, vt in vltimo tuo examinis die in dextera tua collocatus cuncta ſuę deuotionis promiſſa ſe adimpleſſe lætetur: Per Chriſtum Dominum &c. Oremus: Agnoſce Domine Ieſu Chriſte hunc famulum tuum inter oues tuas, vt ipſe te agnoſcat, & alienum paſtorem non ſequatur, nec audiat vocem alienorum, ſed tuam, qui dicis: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur; qui viuis &c. Oremus: Sancte Spiritus, qui te Deum ac Dominum reuelare dignatus es, poſtulamus immenſam tuæ maieſtatis abundantiam, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & huic famulo tuo affectum deuotionis indulgeas; & quoniam tua ſapientia conditus eſt, ita quoque prouidentia gubernetur, quem iuxta conſuetam tibi gratiam vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionem Beatiſſimæ & glorioſiſſimæ, ſemperque Virginis Mariæ, & Sanctiſſimi Doctoris P. N. Auguſtini, quem huius ſanctæ Religionis Inſtitutorem ac Fundatorem dediſti, & omnium Sanctorum ad obſeruantiam ſancti propoſiti, fac eum ita feruere, vt in tribulationibus, & anguſtijs tua indeficienti cōſolatione valeat reſpirare, & iuſtè ac piè per veram humilitatem in fraterna charitate fundatus, tria vota, quæ te donante, promiſit, fœlici perſeuerantia te adiuuante adimplere mereatur: Per Chriſtum &c.

Ioan. 12. 26.

18. Poſteà ablata candela de manu Profeſſi, ducatur ipſe à Magiſtro ſuo ad dan-

dam pacem ſingulis Fratribus modo, quo ſupra. Interim ſi Priori videbitur, vel organa pulſentur, vel cantetur Hymnus: *Magne Pater &c.*

19. Quo finito, & Profeſſo ad pedes Prioris reuerſo, dicant Cantores: *Ora pro eo B.P. Auguſtine &c.* & Prior, *Oremus: Deus, qui beatiſſimum Eccleſiæ Doctorem magnum P. Auguſtinum de tenebris gentium reuocaſti, mundoque ſpreto tibi ſoli militare feciſti: tribue quæſumus huic famulo tuo, ſub eius magiſterio ad tuum ſanctum ſeruitium feſtinanti, & perſeuerandi conſtantiam, & perfectam vſque ad finem victoriam: Per Chriſtum &c.*

Hortatio Prioris ad Profeſſum.

20. Tunc Prior hortabitur eum, vt mores, quos in probatione didicit quando erat Nouitius, non negligat ſeruare iam profeſſus, quia quod in probatione impendebat pro libito, nunc reddere tenetur ex voto; & dicto *Adiutorium noſtrum &c.* omnes diſcedant.

Profeſſio Laicorum.

21. Profeſſio Laicorum, & Conuerſorum fiat in Capitulo ſine cantu, veſtes eorum benedicantur illa ſolùm Oratione: *Domine Ieſu Chriſte &c.* poſteà veſtiantur, Vota emittant ſicut Clerici, dicatur: *Te Deum &c.* cum Verſiculo, & Orationibus, & recipiantur ad oſculum pacis, atque pro profeſſis exinde habeantur. Pro Fratre Laico benedicatur Cappa cum corrigia: pro Conuerſo,

Supra n. 9.

uerſo corrigia & mantellum: Commiſſi verò Profeſſionem facere nec tenentur, nec debent.

22. Volumus autem, vt quandocumque ſit aliqua Profeſſio, præſens ſit publicus Notarius, qui eadem die de omnibus, quæ viderit, & audierit, publicum conficiat Inſtrumentum, in quo diſtinctè notetur, Profeſſum liberè & ſpontè, & non vi, vel metu ſpopondiſſe, idque verbo protuliſſe. Omnes enim ferè, qui Habitum Ordinis exuunt, hanc cauſam in medium adducere ſolent; quod quidem diffinitum fuit in Capitulo generali Arimini celebrato Anno Domini 1555. Præſentia Notarij ne ceſſaria.

23. Notetur etiam cuius Conuentus factus ſit filius, ad ipſum namque volumus omnia bona hæreditaria, ad dictum Profeſſum quocumque tempore peruenientia, omninò pertinere; omniaque huiuſmodi Inſtrumenta in vnum Librum ad hoc deputatum conijciantur. Bona Profeſſi ad Cōuentum ſuę Profeſſionis pertinent.

24. Si verò Nouitius taliter profiteri noluerit, aut de recipiendo eo maior pars Capituli non concordauerit, dicat ei Prior: *Frater mi, mores tui non concordant cum noſtris, tolle quod tuum eſt, & egredere liber à nobis.* Et omnia, quæ ſua ſunt, ei dentur, excepto habitu Religionis, vel quibuſcumque veſtimentis ad modum Ordinis factis, Qualiter dimittendus Nouitius.

à quo-

à quocumque ea ſuſceperit, licèt etiam ſua propria pecunia ipſe emerit (de quo, antequã habitum ſuſcipiat, à ductore moneatur) & tàm modeſtè, cautè, & occultè expellatur, vt nec alijs ſit ſcandalum, nec ipſe ſcandalizatus, ſed potiùs, quòad fieri poterit, ędificatus, & cum amore Ordinis, & Fratrum recedat.

Non expellatur ſine cauſa.

25. Volumus autem ad omnem iniuſtitiæ rationem tollendam, vt nunquam Nouitius inuitus expellatur pro illitteratura, vel impotentia aliqua, vel quibuſcumque defectibus, qui ab initio noti fuerunt Fratribus: quare Nouitius ſemel receptus non poterit expelli à Priore infra probationis annum, niſi priùs declaratis iuſtis, ac legitimis cauſis Patribus Conſilij, ob quas non decet eum in Ordine permitti, quas etiam cauſas explicare tenebuntur Priori ſuffragium ferentes, ſi quando contra bonam de Nouitio à ſuis Magiſtris datam informationem, nihilominus non fuerit per dictos ſuffragantes ad Profeſſionem admiſſus: quòd ſi requiſiti à Priore de huiuſmodi cauſis, eas aſſignare renuerint, tunc Prior per litteras rem omnem Prouinciali ſignificabit, cui liberam elargimur poteſtatem eiuſmodi Nouitium ad Profeſſionem admittendi, niſi ſibi conſtiterit de prędictis cauſis, eaſque rationabiles iudicauerit.

In dubijs conſulendus Prouincialis.

NO-

NOTÆ IN CAPVT IV.

Sacra Congregatio Concil. Trident. ſuper illa verba Concil. ſeſſ. 25. c.16. de Regular. (finito tẽpore nouitiatus, Superiores Nouitios,quos habiles inuenerint,ad profitendũ admittãt,aut è Monaſterio eos eijciãt) *ex mẽte Pij V.declarauit, & cenſuit 19.Iulij 1570. tempus Nouitiatus eſſe arbitrarium, & ſi inhabilitas ex infirmitate proueniat, poſſe prorogari tempus, donec duret probabilis ſpes recuperandę ſanitatis. Et die 31.Maij 1597. eadem Sac. Congregatio cenſuit tempus anni,ad emittẽdam Profeſſionem à Concil. Trident. præfixum, poſſe arbitrio Superioris Regularis prorogari.*

Pius V. Conſtitut. 109. Summi Sacerdotij §.Non igitur &c. *conceſſit Nouitijs Dominicanis poſſe in articulo mortis profiteri: Et per conſequens noſtris, ex communicatione priuilegiorum cum illis. Clem.VIII.Conſt.* Romanus Pontifex §.Nos ad &c. *in Bullar.Ordinis.*

*'mittentes Profeſſionem poſt annum probationis, verè confeſsi & pœnitentes, ac ſacra Communione refecti plenariam conſequuntur Indulgentiam:Paulus V.Conſtit.21.*Romanus Pontifex §. Ac cuilibet.

ꞩinquennio à die Profeſsionis elapſo, non eſt

à quocumque ea ſuſceperit, licèt etiam ſua propria pecunia ipſe emerit (de quo, antequã habitum ſuſcipiat, à ductore moneatur) & tàm modeſtè, cautè, & occultè expellatur, vt nec alijs ſit ſcandalum, nec ipſe ſcandalizatus, ſed potiùs, quòad fieri poterit, ędificatus, & cum amore Ordinis, & Fratrum recedat.

Non expellatur ſine cauſa.

25. Volumus autem ad omnem iniuſtitiæ rationem tollendam, vt nunquam Nouitius inuitus expellatur pro illitteratura, vel impotentia aliqua, vel quibuſcumque defectibus, qui ab initio noti fuerunt Fratribus: quare Nouitius ſemel receptus non poterit expelli à Priore infra probationis annum, niſi priùs declaratis iuſtis, ac legitimis cauſis Patribus Conſilij, ob quas non decet eum in Ordine permitti, quas etiam cauſas explicare tenebuntur Priori ſuffragium ferentes, ſi quando contra bonam de Nouitio à ſuis Magiſtris datam informationem, nihilominus non fuerit per dictos ſuffragantes ad Profeſſionem admiſſus: quòd ſi requiſiti à Priore de huiuſmodi cauſis, eas aſſignare renuerint, tunc Prior per litteras rem omnem Prouinciali ſignificabit, cui liberam elargimur poteſtatem eiuſmodi Nouitium ad Profeſſionem admittendi, niſi ſibi conſtiterit de prędictis cauſis, eaſque rationabiles iudicauerit.

In dubijs conſulendus Prouincialis.

NO-

NOTÆ IN CAPVT IV.

Sacra Congregatio Concil. Trident. ſuper illa verba Concil. ſeſſ. 25. c.16. de Regular. (finito tẽpore nouitiatus, Superiores Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendũ admittãt, aut è Monaſterio eos eijciãt) *ex mẽte Pij V. declarauit, & cenſuit 19. Iulij 1570. tempus Nouitiatus eſſe arbitrarium, & ſi inhabilitas ex infirmitate proueniat, poſſe prorogari tempus, donec duret probabilis ſpes recuperandę ſanitatis. Et die 31. Maij 1597. eadem Sac. Congregatio cenſuit tempus anni, ad emittẽdam Profeſſionem à Concil. Trident. præfixum, poſſe arbitrio Superioris Regularis prorogari.*

Pius V. Conſtitut. 109. Summi Sacerdotij §. Non igitur &c. *conceſſit Nouitijs Dominicanis poſſe in articulo mortis profiteri: Et per conſequens noſtris, ex communicatione priuilegiorum cum illis. Clem. VIII. Conſt.* Romanus Pontifex §. Nos ad &c. *in Bullar. Ordinis.*

Emittentes Profeſſionem poſt annum probationis, verè confeſsi & pœnitentes, ac ſacra Communione refecti plenariam conſequuntur Indulgentiam: Paulus V. Conſtit. 21. Romanus Pontifex §. Ac cuilibet.

Quinquennio à die Profeſsionis elapſo, non eſt

au-

audiendus, contra Profeſsionem reclamans. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de Regular. Quòd ſi ante reclamationẽ ſpontè habitum dimiſerit, nullatenùs audiatur, ſed ad Monaſteriũ redire cogatùr, tamquàm Apoſtata puniendus.

CAPVT V.

De forma, & qualitate veſtium Fratrum, & quando debeant Cappam iuxta temporum varietatem deferre.

Veſtes interiores.

1. FRatres, exceptis femoralibus, iuxta carnem veſtibus lineis non vtantur, ſed laneis, niſi in caſu neceſſitatis, & de ſui Superioris licentia ſpeciali: in quo tamen caſu eas ita coopertas deferant, vt neque quòad collarium, neque quòad manicas foris quouis modo appareant. Similiter ſi alicui Fratri conceſſum fuerit portare almillam, ſiue thoracem lineum, ſupermanicas nihilominus ex panno, vel ſtaminea alba portare teneatur, itaut nullo pacto aliquid lineum in veſtibus compareat: blancheta, ſiue tunichinum, ſeu ſaggium albi ſit coloris, vſque ad mediam tibiam ad portandum ſub tunica, vel cappa, & non aliter.

De ſcapulari nocturno, & tunica alba.

2. Habeant etiam Fratres ſcapulare breue cum caputio conſuto albi coloris ad dormiendum de nocte: tunica ſit alba, ea lon-

longitudine, quòd ſi terram tangat, non tamen verrat; quod etiam ſeruari volumus in cappa: ſcapulare, ſeu patientia eiuſdem ſit coloris, eiuſdemque poſſit eſſe longitudinis cum tunica, ſcapulas tamen quòad latitudinem non excedat; caputium ſimiliter album ſcapulari non ſit latius, ante pectus ſit palmo longum, cuſpis verò cingulum non excedat: cuculla, ſeu cappa nigri tantùm erit coloris, manicas habebit largas & protenſas: caputium cappæ eiuſdem erit formę cum caputio tunicæ; ſuper cappas cingantur Fratres zonis, ſeu corrigijs de corio nigro peramplis, latitudinis videlicèt ad minus duorum digitorum, & ad plus duorum cum dimidio, quę ſi ab extra neruum corij habuerint non raſum, honeſtiores erunt; à quibus nihil dependeat, vel ſuſpenſum deferatur: fibula ſit de oſſe nigro, & non alterius coloris: ſuper tunicas verò anguſtioribus corrigijs cingi poſſint.

Qualitas Cappæ nigrę.

Qualitas corrigiæ.

3. Poterunt etiam habere clamydem, ſiue pallium nigrum, quod ad pectus ligatum deferant, ſine ſerici, vel alicuius pretioſi metalli ligatura: caueat autem vnuſquiſque ne pallia breuiora (quæ vulgò hac noſtra ætate dicuntur ferraiola) portarę audeat, niſi quando contigerit extra vrbem equitare; quod intelligi volumus, vbi hoc fuerit in conſuetudine, & non alibi, nec aliter, quàm vt dictum eſt.

Qualitas Pallij.

4. De-

Caligarum qualitas.

4. Deferant etiam caligas dumtaxat albas, non integras, ſed ad genua ligatas: ſupradicta autem omnia nullo modo ſint ex panno pretioſo, aut ſargia, vel ſtaminea nobili, ſed potiùs vili, ſicut paupertati, & honeſtati noſtræ Religionis congruit: *qui enim mollibus veſtiuntur*, non in Monaſterijs pauperum, *ſed in domibus Regum ſunt*.

Matth. 11. 8.

Materia veſtium.

5. Pretioſum verò pannum, & nobilem illum reputamus, qui nimis eſt carus, ſecundùm conſuetudinem Patriç, & noſtræ quotidianæ mendicitati non reſpondet.

Tantùm ſit color albus interiùs.

6. Inhibemus igitur omnem alium colorem in veſtibus Fratrum, tàm internis, quàm externis; & quamcumque curioſitatem tàm in materia, quàm in forma, quæ habitum ſçcularium imitetur, vel noſtram non deceat paupertatem & honeſtatem: præcipimuſque, vt infra nigrum habitum nullus omninò ſit color, niſi albus; pròut diffinitum fuit in Capitulo generali Venetijs celebrato Anno Domini 1519. itemque quòd veſtes ſint vnius, atque eiuſdem modi. Quarè prçcipimus omnibus Sacerdotibus ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis, à qua nonniſi à Reuerendiſſimo Patre abſolui poſſint, Clericis verò, Laicis, ſeu Conuerſis ſub pœna grauiſſimæ culpæ per menſem, vt non vtantur veſtibus interioribus, tunicæ, vel cappç adhærentibus, alio colore intinctis, quàm

Pœna prçuaricantium.

quàm albo, nec vlla arte elaboratis, ſiue ornamento ſerico ornatis, quæ noſtræ ſimplicitati, ac paupertati maximè aduerſantur. Priores verò, qui in hoc exequendo negligentes reperti fuerint, Officio Prioratus abſque diſpenſatione priuentur, pròut diffinitum fuit per Reuerendiſſimum Patrem Magiſtrum Nicolaum à S. Angelo quondam noſtri Sac. Ordinis Priorem Generalem, electum in Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1614. & approbatum, ac confirmatum in duobus Capitulis generalibus ibidem celebratis Anno 1620. & 1625. in quo pariter declaratum fuit prędictam diffinitionem vim habere Conſtitutionis.

7. Quapropter ſtrictè mandamus Prouinciali, & Viſitatoribus, vt quoſcumque inuenerint contrarium facientes, ſiue Priores ſint, ſiue Subditi, puniant, & huiuſmodi veſtes ab eis auferant, vendique faciant cum honeſtate Ordinis, & de pretio inde accepto eis emantur veſtes honeſtæ, & humiles; etiamſi tales veſtes prohibitę datæ illis eſſent à Parentibus, & Conſanguineis, aut alijs perſonis ſęcularibus; quod etiam fieri volumus, ſi aliquid aliud prohibitum in toto hoc capite aliquis habere, vel deferre præſumpſerit.

8. Nulli concedatur portare veſtem aliquam de pellibus ſylueſtribus; de domeſticis

Vetantur pelles ſylueſtres.

cis verò, ſiquis tali neceſſitate laboret, quòd de conſilio Medicorum ea indigeat, in eo caſu Prior licentiam non denegabit, dummodò ſic cautè deferatur, vt pelles nullo modo compareant: calceis de corio nigro anteriùs non nimis acutis vtantur Fratres omnes, altitudinis ſuper clauiculam, & ligẽtur ligaturis dumtaxat nigris, ſine aliqua vanitate, ſeu curioſitate; nulluſque poſſit vti ocreis, pręterquàm in itinere: per Ciuitates verò, vel Oppida nec etiam Procuratoribus concedantur, ſub pœna ſuperiùs taxata: crepidæ, ſiue planellæ, quibus vtimur domi, ex corio ſint nigro, ac totum pedem tegentes, cum quibus extra ſepta Monaſterij ire non licebit alicui; vbi verò talis conſuetudo non eſt, portandi ſcilicèt planellas domi, nullo modo volumus, vt introducatur.

Forma calceamentorum.

De pileo.

9. Nullus vtatur galero niſi de feltro nigro, qui differat forma ab his, quibus ſæculares in illa Regione vtuntur, & qui nihil ſericum habeat: birretum moreſæcularium, vel Clericorum nullus portabit.

Prohibitio vanitatum.

10. Inhibemus etiam & burſas, cultellos deauratos, vel deargentatos, vaginas alterius, quàm nigri coloris, ſeu laminas, ſiue cordulas niſi nigras habentes, & alia notabilia: ſudariola autem, quæ pro ſudore tergendo, ſeu pro quauis alia cauſa deferunt

runt Fratres, linea ſimpliciter eſſe mandamus, & in eis nihil albo colori miſceatur, nec aliquo modo elaborentur.

11. Nullo armorum genere vti poſſint, & ſigillis, ſignis, & figuris religioſè vtantur, vt nulli ſcandali materia tribuatur; præcipuè verò ne quis armis ſuæ Familiæ more Laicorum vtatur vniuerſaliter prohibemus, niſi Pater Reuerendiſſimus ſuper hoc ſpecialiter diſpenſaret. **Prohibitio armorum, &c.**

12. Habitus Fratrum Laicorum in nullo penitus differat ab habitu Fratrum Clericorum. Conuerſi verò Ordinis noſtri vti poſſint tunica alba, vel nigra, & birreto albo, vel nigro intra Monaſterium; quando verò extra Conuentum ire contigerit, deferant tunicam nigram cum manicis ad modum Cappæ Ordinis, corrigiam ex corio amplam cum oſſea fibula, & mantellum nigrum ante pectus ligatum; ad collum non compareat camiſia linea, ſed lanea; in capite deferant galerum ſiue pileum nigrum & honeſtum. **De habitu Fratrum Laicorum.**

13. Donati, qui alio nomine dicuntur Oblati, ſeu Commiſſi, qui quidem Ordini perpetuò ſe donant, offerunt, ſeu committunt, non tamen ſicut Fratres Profeſſionem faciunt, veſtibus honeſtis in forma, materia, & colore ad libitum induantur. **Veſtes Oblatorum.**

14 Cappam nigram ſemper, cùm extra

F Mo-

Quando Cappa nigra ſit deferenda.

Monaſterium vadunt Fratres, deferre teneãtur, etiam cùm ſunt in itinere, niſi quando ad agros vel vineas gratia recreandi animum, aut alicuius alterius operis exercendi eos ire contigerit; dummodò tamen tunc temporis neceſſe non ſit per medium Ciuitatis, vel Oppidi, vel principalem aliquam eius partem tranſire; tunc enim ſine Cappis nullo modo vadant; qui contrafecerit, tribus diebus in terra comedat in medio Refectorij.

15. Item ad omnes Proceſſiones, quæ fiunt per Eccleſiam, vel Clauſtrum apertis ianuis; in omnibus publicis actionibus, vt ſunt Concluſiones publicæ ac ſolemnes, vbicumque defendantur; in ſepultura quorumcumque mortuorum, etiam Fratrum noſtrorum, quacumque hora ſepeliantur; in Capitulo generali, & prouinciali, in omnibus electionibus, & Congregationibus totius corporis Capituli; item Diffinitores in Diffinitorio, & quicumque vocatus, vel non vocatus Diffinitorium ingredi contigerit, vel ibidem miniſtrauerit, & toto tempore Capituli generalis, vel prouincialis ad Horas, Miſſam, & Veſperas, vbicumque ſit Chorus.

16. Deferant etiam Cappas ad Capitulum, quod fieri ſolet poſt Primam in vigilia Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti; item

item quando Confeſſiones audiunt in Eccleſia, vel prædicant; vel in Eccleſia, aut in Accademijs publicè legunt, chlamydeſque tunc deponant, vt cuius ſint Ordinis diſtinctiùs cognoſcantur; item ad Horas Canonicas de mane, & ad Miſſam conuentualem quotidie, vbi Chorus fuerit in loco inferiori, & Populus Officio adeſſe ſolet; vbi verò Chorus in loco fuerit ſuperiori diebus Feſtis ad Horas, & Miſſam, & Veſperas, diebus autem, quibus Cantores parantur, ad omnes Horas vbicumque Chorus fuerit, præterquàm ad Primam, Nonam, & Completorium: ſuper hoc autem Prior non diſpenſet, aliàs à Prouinciali, vel Viſitatoribus arguatur, & ſi eis viſum fuerit, puniatur; quibus etiam diebus, & Horis Sacriſta in Eccleſia ſine Cappa comparere non audeat, immò Choro ſe conformet.

Prior non poteſt diſpenſare.

17. Inhibemus quoque, ac ſtrictè mandamus, ne quis audeat quocumque prætextu Chorum ingredi, ibique manère ſine Cappa prędictis diebus, & Horis; nec aliò tempore aliquis, qui tunicam habuerit, indutus Cappa Chorum ſimiliter ingrediatur, ſi Fratres in albis fuerint, ne diſformitas habitus cuiuſcumque offendat aſpectum, ſed potiùs vniformitas & vnanimitas interior appareat in veſtibus exteriùs.

Vniformitas in habitu.

18. Vbicumque verò, vel quandocum-

Pœna comparentis ſine habitu Ordinis.

que Fratres ſine Cappa fuerint, ſcapulari & caputio albo, longo, vel breui ſint induti, ita ſcilicet, vt nunquam nec in Cella, nec extra ſine habitu Religionis ſint, & ille, qui ſine habitu inuentus fuerit intra Cellam, pro qualibet vice ſemel in terra comedat in medio Refectorij; qui autem extra Cellam fuerit inuentus ſine habitu, pro qualibet vice vnam ſubeat diſciplinam.

Vti licet habitu nigro tantũ.

19. Quòd ſi aliqua Prouincia, vel Cõgregatio Cappa nigra vti tantũ voluerit, & elegerit, nullus in ea albis veſtibus vti poſſit, quatenus vniformitas ibidem obſeruetur.

CAPVT VI.

Quomodo, & quando Fratribus de veſtibus debeat prouideri.

1. Omnibus Fratribus ſui Conuentus Prior charitatiuè, prout cuique opus fuerit, de veſtibus, & calceamentis vnius atque eiuſdem pretij iuxta Conuentus poſſibilitatem prouideat; nec alicui dentur pecuniȩ, vel pannus, ſed veſtes factæ, vt iuxta Regulã noſtram, *ſicut paſcimur ex vno cellario, ſic induamur ex vno veſtiario*.

Pecunia pro Veſtiario prohibetũr.

Regul. c. 5.

2. Quapropter nolumus, vt aliquis Frater cuiuſcumque gradus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, quouis modo poſſit ſibi abſque

Omnes Veſtes dentur à Priore.

que licentia Superioris emere, vel facere, vel alicui vendere, aut quouis modo diſtrahere, aut ſibi ab alia perſona, quàm à ſuo Priore, vel de eius licentia datum portare, vel retinere aliquod veſtimentum, ſed omnes omnium & ſingulorum Fratrum veſtes ſint in mera & libera poteſtate Prioris; *itaut in rem communem* (ſi Prior velit) *redigantur, & cui neceſſe fuerit, præbeantur*: contrafacientes veſte, vel veſtibus, ſeu calceamentis priuentur, & grauiter à Priore puniantur. Regul.c.8.

3. Quia verò congruum tempus ad prouidendum Fratribus de veſtimentis eſt à Feſto S. Michaelis vſque ad Feſtum omnium Sanctorum, volumus, quòd quilibet Prior infra prænotatum tempus, iuxta ſingulorum neceſſitatem, Fratribus faciat diligenter prouideri. Tempus prouidendi de Veſtibus.

4. Prouideant autem Priores locales, ne Fratres, qui à ſuis Conuentibus ad alios transferuntur, nudi diſcedant, ſed ijs de neceſſarijs prouideant, habita ratione temporis, quo in illo Monaſterio fuere conuentuales: ſi verò tunc veſtes commodè fieri non poſſunt, ea pecuniæ portio, quæ pro emendis veſtibus diſcedenti Fratri prouideri debet, nequaquam Fratri huiuſmodi tradatur, ſed à Priore Conuentus, vnde diſcedit, ad Priorem alterius Conuentus, ad quem Non ſunt dimittendi Fratres ab vno ad alium Conuentum ſine veſtibus.

 vadit,

vadit, tranſmittatur, cum hac declaratione videlicet, cui, quid, quantum, per quem, & pro quibus veſtibus mittatur; qui Frater ſi rurſus ad alium Conuentum mutetur, antequam ei de veſtibus prouideatur, ſimiliter portio pro rata illi debita, abſque illa ab alio Priore iam recepta mittatur ad illum Priorem, ad cuius Conuentum vadit, prout ſupra dictum eſt, & ſic fiat ſi pluriès in eodem biennio talem Fratrem mutari contigerit.

5. Quod ſi Priores facere renuerint, per Prouincialem compellantur: interim tamen Frater huiuſmodi à Priore illius Cōuentus, in quo tempòre prouiſionis ordinariæ fuerit, de neceſſarijs prouideatur. Prohibemus etiam, ne Fratres propter quaſuis culpas veſtiario priuentur, ſed volumus, vt alijs pœnitentijs Ordinis puniantur.

Religioſus non debet priuari veſtiario.

6. Fratres autem recipientes quæuis noua indumenta vel calceamenta, reddant vetera: hæc verò indumenta ſi adhuc refici potuerint, foris nulli dentur, nec etiam ſeruitoribus domus, ſed reficiantur, & in Veſtiariò reponantur *ſub vno Cuſtode, vel duobus, vel quot ſufficere poſſint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur*, vt poſteà Fratribus vel tempore hyemali dentur, reddenda poſteà æſtiuo tempore, vel etiam quandocumque lauare, vel reficere ſuas veſtes voluerint.

Recipientes noua reddant vetera.

Regula cap. 8.

7. Præ-

7. Pręcipimus deinde, vt nullus Frater cuiuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtat, pannos ſuos lineos ſiue camiſias, tàm lineas quàm laneas, alicui particulari perſonæ lauandas mittat; ſed veſtes noſtræ ſecundùm Regulam *lauentur ſiue à nobis, ſiue à fullonibus*, à Priore pro hoc ſeruitio deputatis, ſiue domi, ſiue foris: qui contrafecerit, pro prima vice à Priore publicè arguatur, pro ſecunda ſemel in terra comedat in medio Refectorji, pro tertia imponatur ei Pſalmus cum diſciplina.

Prohibetur lotrix particularis.

Regula c. 9.

Pœna contrauenientium.

8. Nolumus autem, quòd Fratres noſtri laceratas, vel ſordidas deferant veſtes; ſed potiùs volumus, vt in ipſis ſemper appareat munda paupertas, & in habitu B. Virginis candor & puritas.

Candor Veſtium.

CAPVT VII.

De Cellis Fratrum, & earum ſupellectili, ingreſſu, ac viſitatione.

1. FRatres omnes noſtri Ordinis habitent in Cellis ſibi conceſſis, & non alibi, quę ita claudantur, vt cum claui communi omnibus ſeris aperiendis coaptata aperiri poſſint; quarum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſumus, conueniat, nihilque ſuperflui in eis ſit, nihil etiam

Clauis omnium Cellarum ſit cõmunis.

quod ſit neceſſarium, deſit.

Parietes Cellę nudi.

2. Sint prætereà parietes Cellæ nudi, nec liceat in eis quidquam ſuſpendere, niſi fortè Stoream aliquam ratione ſanitatis tuendæ; non ibi ſint hiſtoriæ, vel imagines prophanę.

Lectus qualis.

3. Prouideatur verò vnicuique de menſa, de ſede, de candelabro ſiue lucerna, de lecto decenti & religioſo, in quo ſit ſaccus ſtramine ſeu palea infartus, culcitra lanea, & puluinar ſiue ceruical capiti ſupponendum, duo linteamina lanea, & coopertorium humile & honeſtum.

Quibus permittantur linteamina linea.

4. Nulli autem permittantur linteamina linea, niſi valdè ſenibus, hoc eſt, ſexagenarijs, vel ægrotis: alij verò Fratres cùm in Conuentu ſibi aſſignato fuerint, illis non vtantur, & alibi quantùm potuerint honeſtè vitent; coopertorium ex ſerico, aut aliàs delicatum ſeu curioſum nullus Frater etiam infirmus in Conuentu teneat.

Pœna ingredientis Cellam alterius.

5. Quicumque Frater Cellam alterius intrauerit ſine licentia Prioris expreſſa (quã nonniſi pro rationabili cauſa dabit) ſi de die intrauerit, ter in terra ſedens in medio Refectorij pane & aqua reficiatur: de nocte verò intrans prædictam pœnam ſuſtineat duplicatam, & ſiquis ſępiùs de hoc notatus atque conuictus fuerit, tamquàm inobediens à Conuentu illo remoueatur; eodem

môdo

modo puniatur ille, cuius eſt Cella, niſi immediatè de illa exijſſet: quam pœnam non extendimus ad Cellam Prioris, & Supprioris in abſentia Prioris, nec Magiſtri Nouitiorum pro Fratribus ſibi ſubiectis, nec Venerabilis Regentis extra tempus ſilentij.

Cella excepta.

6. Volumus autem, vt quilibet Prior ad minus bis in anno Cellas omnes ſui Conuentus viſitet, aſſumptis ſecum vno, vel duobus de grauioribus Patribus Cõuentus: Fratres verò teneantur Priori, per ſe, vel per alium petenti, dare claues quarumcumque arcarum, ſi eas in Cellis habuerint, vel cuiuſcumque repoſitorij loci: & diligenter videat Prior, an ſint aliqui, qui camiſijs, vel ſindonibus lineis abſque licentia, ſeu diſpenſatione vtantur, vel aliquid habeant in Cellis ſuis magis delicatum, pretioſum, vel curioſum, quàm quod ſtatui paupertatis noſtræ congruat, & ab illis huiuſmodi auferat, puniatque eos animaduerſione condigna: idem faciat, ſi inuenerit libros prophanos & inhoneſtos, epiſtolas, vel aliquid aliud, quod noſtræ profeſſioni ac honeſtati apertè repugnet.

Viſitatio Cellarum bis in Anno.

7. De iſtis autem rebus, quas Prior à Fratribus abſtulerit, diſponere debebit, ſicut inferius in Capitulo 15. huius ſecundæ Partis dicetur.

CA-

CAPVT VIII.

Quomodo, & quoties raſura fiat.

Forma coronę, & tõſurę.

1. RAſura ſuperior, ſiue (vt dicitur) corona ſit ampla, vtì decet Religioſos, ita ſcilicet, vt inter ipſam & tonſuram, (quæ deſuper aures tàm Clericis, quàm Laicis, vel Conuerſis Fratribus omnibus æqualiter fieri debet) reſeruentur Fratribus Clericis non minùs quàm duo digiti capillorum; Laicis verò, atque Conuerſis nullo modo concedatur deferre coronam.

Laici non poſſunt ferre coronã.

Tempus, quo raſura fieri debet.

2. Raſura verò fiat de quindecim in quindecim dies in æſtate, in hyeme verò ſingulis menſibus. Nulli autem Fratri cuiuſcumque conditionis exiſtat, niſi infirmitatis cauſa, liceat differre, vel pręuenire tempus raſurę abſque Superioris licentia: concedimus tamen, vt Prædicatores, qui hebdomada immediatè antecedẽti Quinquageſimam raſi fuerint, ſi ſequenti Quadrageſima quotidiè prædicauerint, vſque ad Octauam Paſchæ radi non teneantur; alijs verò totius anni temporibus hoc noſtrum Decretum penitus ſeruare cogantur.

Modus tõſurę.

3. Tonſuram autem tàm barbę quàm coronę ita fieri volumus, vt tantum de barba & capillis incidatur, quantum forcipi-

cipibus mediante pectine incidi poteſt.

CAPVT IX.

Qualiter ad refectionem intrent, & ſedeant Fratres.

1. HOra competenti ante prandium, vel cęnam Refectorarius, vel alius, cui fuerit iniunctum, campanulam aliquibus ex eadem parte ictibus pro primo ſigno pulſet: quo audito Fratres matura feſtinatione ad refectionem conueniant, & abluentes ſibi manus, ſi opus fuerit, locum ſilentij intrent, inclinanteſque reuerenter ad imaginem, quę ibi ſemper ſit, & ad Superiorem, ſedeant ordinatè & honeſtè in locis ſuis cum ſilentio, quod ſeruare teneantur, donec poſt prandium exſoluerint gratias, vel poſt cęnam de Refectorio egreſſi fuerint. **Ablutio manus, & ſeſſio Fratrum.**

2. Prior pulſato primo ſigno longam moram non faciat, ſed per ſe, vel per alium Fratres in Refectorium introducat; & ſi priùs alicuius culpam audire, vel aliquem corripere, vel punire voluerit, citò faciat. Facto ſigno à maiori, Lector Menſæ ſurgat, & in loco ſuo legat de Conſtitutionibus, vel de Ordinario Ordinis noſtri quouſque qui maior fuerit, ſignum finiendi lectionem faciat; **Correctio Culparum & lectio Conſtitutionum.**

ciat; quo facto, ſurgant Fratres, & pro ſecundo ſigno pulſetur campanula more ſolito, donec benedictio Menſæ incipiatur; tūc proceſſionaliter ingrediātur Refectoriū, & ad loca ſua peruenientes Imagini inclinent, verſiſque vultibus ex vtroque Choro ſtantibus ante menſas, procedatur ad benedictionem, prout *in Breuiario Romano in rubrica de benedictione Menſæ* per omnia continetur.

Benedictio Menſę.

Qualiter ſe habeat qui tardè venerit.

3. Frater autem, qui non adfuerit antequam Conuentus ſedeat, ſi fuerit Sacerdos, ante Superiorem inclinet in medio Refectorij, & ſtet erectus quouſque ad locum ſuum Superior eum ire innuerit; ſi verò non fuerit Sacerdos, priùs genuflectat, & poſteà ſtet erectus, & faciat ſimiliter: Prior tamen, cuiuſcumque meriti ſeu gradus ſit ille, qui coram ſe inclinatur, detegere caput non teneatur, nec debeat. Fratres panem non diſcooperiant, donec Prior ſigno licentiam comedendi dederit, quo audito, comedere incipiant ea cum modeſtia ac totius corporis compoſitione, quę Religioſos decet.

Signum pro licentia comedendi.

Diſciplina Menſę.

4. Debet autem vnuſquiſque in Menſa in his conſeruare diſciplinam in ſemetipſo, videlicet, vt ſe totum cum modeſtia, & quiete contineat, & in ſumptione cibi quid, quātum, & quomodo benè perpendat, itaut ipſa neceſſitas non carnaliter expleatur, ſed ſicut

cut conuenit Seruo Dei: Patres verò ſeniores & grauiores taliter ſe gerant, vt alij, in eos conijcientes oculos, eorum modeſtiam imitentur.

5. Quia verò in Regula dicitur, *Cùm accediti ad Menſam, donec inde ſurgatis, quod vobis ſecundùm conſuetudinem legitur, ſine tumultu, & contentionibus audite.* Talem à Sanctiſſimo P.N. Auguſtino inſtitutam conſuetudinem commendantes, præcipimus, vt vbi fuerint ad minus duodecim Fratres de Familia, per totum prandium & cœnam, donec inde ſurgatur, ſemper legatur, cui lectioni omnes ſummo cum ſilentio intendāt, *ne ſolæ nobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum*; nam *Iuſtus comedit, & replet animam ſuam.* At vbi non fuerint huiuſmodi duodecim Fratres de Familia, ſufficiat legere parum in principio, & parum in fine, ſicut diſcretioni Prioris videbitur expedire: ſemper tamen, etiamſi non legatur, ſilentium in Refectorio à Fratribus obſeruetur.

Cap. 4 Regul.

Lectio Menſæ cōtinua.

Regul. vbi ſupra.

Prouerb. 13.25.

6. Ad Menſam ſemper legant Nouitij, ſeu Profeſſi, aut Iuniores, vt addiſcant, & inſtruantur, & Fratres prouectioris ętatis ab hoc onere ſint immunes, niſi aliter fieri aliquando oporteret: præuideant verò ſemper latinam lectionem cum Correctore, ne in publico ignorantia eorum ſcandalum generet,

Debent legere Iuniores.

ret, & ſi in aliquo inter legendum ad Menſam errauerint, admoniti verbo vel ſigno à Correctore, repetere lectionem proximè pronuntiatam, & ſicut Corrector emendauerit, legere teneantur; ille verò, quem errare contigerit inter legendum ad Menſam, dicto à Fratribus *Deo gratias*, ante Priorem genuflexus dicat culpam ſuam, & nullus ad Menſam præter Correctorem emendare præſumat, excepto Venerabili Priore.

Pœna errantis inter legendum.

7. Ad prandium & cœnam ſemper legatur in tono lectionum, niſi lectio ſit vulgaris, & antequam Lector lectionem incipiat, dicat, ſtáns, in eodem tono: *In Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti benedicti Amen*; poſteà ſedeat, & dicat: *Incipit, vel ſequitur tale Caput talis libri*, & ſemper legat capite diſcooperto: quando verò finem fecerit lectioni Sacrę Scripturæ, adiungat: *Explicit Caput tale, vel manet lectio in Capite tali talis libri*; ſemperque lectionem inde proſequatur, vbi prius finierit.

Modus legendi.

8. Ad prandium ſemper legatur vſque ad finem de Biblia Sacra in principalioribus Conuentibus, vt Fratres noſtri familiares fiant Sacræ Scripturæ, niſi in aliquo Feſto aliter Prior ordinauerit: in alijs verò Conuentibus legatur caput vnicum in principio, vel pars tantùm, ſi caput longum fuerit.

Materia lectionis ad prandium.

9. Ad

9. Ad cœnam etiam legatur in principio parum de Biblia Sacra, deinde de homilia Euangelij Dominicæ, vel Ferię, ſeu de hiſtoria Feſti, ſeu Sancti occurrentis, poſtquàm verò homilia, vel hiſtoria finita fuerit, legatur de Sermonibus S.P.N. Auguſtini, legantur etiam Chronicæ noſtri Sacri Ordinis, & Vitæ, vel Collationes Patrum, ac Liber Fratris Iordani de Saxonia Ordinis noſtri, qui *Vitas Fratrum* dicitur. Ad cœnam

10. Sextis ferijs, *ne per obliuionem aliquid negligatur*, Regula S. P. N. Auguſtini ad prandium legatur, *vt nos in ea tamquàm in ſpeculo poſſimus inſpicere*, quòd ſi tunc finiri non poſſet, finiatur ad collationem, ſi verò feria ſexta occurrat aliqua ex pręcipuis ſolemnitatibus, in qua debeat in Refectorio prædicari, vel aliquid aliud legi, differatur lectio Regulæ noſtræ in Sabbatum, ita ſcilicet, vt *tota ſemel in Septimana nobis legatur*. Regul c. 12. Lectio Regulæ. Concio Iunio rum. Regul. vbi ſupra.

11. Fratrum domi exiſtentium nullus abſit à prima Menſa, exceptis Miniſtris; & quoquot abfuerint, in ſecunda Menſa comedant, in qua ſicut in prima ſilentium ſeruetur, & ſi poſſibile fuerit, legatur: & in principalioribus Conuentibus prouideat Prior de Fratre aliquo graui, qui ſecundæ Menſę pręſit, nec tertia Menſa omninò fiat. Intelligimus autem per ſecundam Menſam, Silentium in vtraque menſa.

quan-

quandiù Lector cum Seruitoribus Menſæ comederit; propter quod Prior iniungat eis, quibus licentiam eundi foras conceſſerit, vt ſic ad Conuentum feſtinent reuerti, quòd ſaltem ſecundæ Menſę valeant intereſſe: nulla pitantia fiat in ſecunda Menſa, quæ in prima non ſit facta, niſi forſitan interdùm hoſpites adfuerint.

Modeſtia Menſalis. 12. Frater comedens in Refectorio ad primam Menſam, non mittat alteri Fratri aliquid abſque licentia Prioris, ſed de eo, quod ſibi datum à Priore, vel ab alio ex permiſſione ipſius fuerit, poterit dare iuxta ſe ſedentibus à dextris & à ſiniſtris. Siquis iuxta ſe ſedenti viderit aliquid deeſſe de eo, quod communiter omnibus apponitur, ſigno, ſi ſigna ſint, ſin autem ſubmiſſa voce requirat à Miniſtro; ſiquis præter id, quod communiter apponitur omnibus, aliud petierit, non dabitur ei, quidquid illud ſit, abſque licentia Prioris; rara autem & inſolita, qui eſt in Religione, non debet quærere, & labori miniſtrantium debet parcere.

Frugalitas Menſalis.

Correctio inurbanitatis. 13. Siquis ad Refectorium manifeſtè, vel latenter aliquid ſine licentia acceptum afferre preſumpſerit, ipſo ſtatim priuetur, & Prior talem iuxta diſcretionem ſuam, corripiat, & puniat: ſollicitè & attentè Prior reſpiciat diſcumbentes, & ſi quos incompoſitè vel indecenter ſe habere deprehenderit,

rit, aut mox ſigno, vel per ſeruitorem coerceat, aut poſteà in Capitulo durè arguat, vt cæteri terreantur, atque ſi non ſufficiat, pœna eis, quæ eos inſtruat, imponatur.

14. Nulli Fratri extra Refectorium ſine ſpeciali licentia Prioris, quę non niſi rationabili ex cauſa dari debet, liceat refici, & eiuſmodi licentia non ſit crebra. In Cellis nullo modo ad comedendum ſæculares admittantur, nec etiam ſine ſæcularibus ibidem contubernia fiant: ad prandium, vel cœnam, vel etiam collationem in Refectorio, dum Conuentus reficitur, ſæculares non comedant, niſi rarò, & ſi fuerint Perſonæ admodùm graues, aut Parentes, vel Cōſanguinei alicuius Fratris in die Profeſſionis, vel celebrationis nouæ Miſſæ eiuſdem; cum iſtis autem omni cum modeſtia, & religione agatur in menſa, nec coram eis aliquis publicè reprehendatur, niſi de culpa tunc temporis ipſis videntibus commiſſa, nec aliqua pœnitentia ab aliquo exerceatur.

Nullus extra Refectorium comedat.

Coram ſęcularibus nullus reprehendatur.

15. Quicumque in Refectorio aliquid commiſerit negligenter, vtpotè quia vas confregit, vel aliquid ſua incuria in terram cecidit, vel vinum, ſeu aquam, aut aliquid aliud per menſam diffudit, ſi fuerit de conſedentibus, ſtatim ſurgens in loco ſuo capite diſcooperto pectus ſuum percutiat, & capite inclinato dicat, *Pater noſter* ſecretò,

Pœna dèlinquentis in Refectorio.

poſteà ſedeat; ſi autem fuerit de miniſtrantibus, ante menſam Prioris veniens genua flectat, manuque terram tangens pectus ſuum percutiat, nec ſurgat quouſque Prior vel pœnitentiam ei imponat, vel ſurgendi ſignum faciat.

16. Prælatus ſic menſam protrahere debet, vt ſenes, qui tardiùs comedunt, comeſtionem interrumpere non cogantur; quare ſignum non faciat, quouſque conſpexerit Fratres ab eſu deſiſtere: quo facto, ſeruitores menſę reliquias colligant, & omnia è menſis amoueant, quæ tunc amouenda ſupererunt; aduertant autem ſeruitores huiuſmodi, quòd in omnibus diſciplinatè ſe habeant, & maturè incedant, & quòd in frangendo ſilentium, vel clamando, ſeu tumultuando neminem ſcandalizent, præcipuè verò cùm extraneos intereſſe cõtigerit, circa quos magis ſolliciti eſſe debent, tantòque plus, quantò fuerint Perſonæ digniores; cùm autem tales apud nos comedunt, vel magna multitudo extraneorum, ſi ſeruitores non fuerint idonei, alij ponantur.

Signum finiendi menſam diſcretum.

Seruitores menſę ſint modeſti.

17. Cauendumque eſt ſeruitoribus, ne quouis modo occaſionem dent comedentibus frangendi ſilentium, & inter comedendum frequenter circumſpiciant, ne fortè quid alicui deſit, quod ipſi poſſint ſupplere.

18. Pe-

18. Peractis omnibus, ſigno imperet Prior Lectori, vt finem legendi faciat, qui ſtatim ſurgens, dicat: *Tu autem Domine* &c. & reſponſo *Deo gratias*, omnes Fratres egrediantur de menſis Imagini inclinantes, & illis ſtantibus ad gratias procedatur, prout in Breuiario Romano continetur. Poſt prandium cum Pſalmo vadant ad Eccleſiam, ſeu Capitulum, vbi gratias finiant: poſt cœnam autem finitis gratijs à Refectorio proceſſionaliter cum ſilentio egrediantur. Gratiæ in Choro, vel Capitulo dicendę.

CAPVT X.

De vſu ciborum, & ieiunio Fratrum.

1. FRatribus noſtris liceat per totum annum his diebus, quibus ab Eccleſia non prohibetur, nec ex Inſtituto Ordinis ieiunare tenentur, omnibus indifferenter cibis vti, exceptis quartis Ferijs totius anni, niſi occurrant inter Paſcha & Pentecoſten, vel in eis contingat aliquod ex ſolemnioribus Feſtis primę, vel ſecundæ Claſſis celebrari, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1491. poterunt autem Sabbatis, & quartis Ferijs, niſi tunc ſit ſolemne ieiunium, oua & lacticinia comedere. Abſtinentia, & Ieiunia.

Regul. c. 3. 2. Quia verò in Regula noſtra dicitur, *Carnem veſtram domate ieiunijs, & abſtinentia eſcę & potus, quantum valetudo permittit*(quod quidem ita conſcientias quorumdam ſcrupuloſè perturbat, vt ſibi propterea videatur ad extremum abſtinentię poſſibilis obligari, cùm tamen Doctor prudentiſſimus hoc verbo virtutem diſcretionis potiùs cõmendauerit, ne cuique licitum ſit pro ſuo arbitrio virtutis huius medium, ſiue terminos tranſgredi) ſtatuimus & ordinamus, quòd pręter illa ieiunia, quæ ab Eccleſia generaliter, vel in particularibus Prouincijs ab Epiſcopis præcipiuntur Fidelibus, Fratres noſtri teneantur ieiunare, & verum ieiunium obſeruare, & cibis tantùm quadrageſimalibus ſemel in die refici Feria ſecunda, & tertia poſt Dominicam Quinquageſimę, & à Feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini, ac in Vigilia S. P. N. Auguſtini, (prout diffinitum fuit in Capitulo generali Bononię celebrato Anno Domini 1306.) & in omnibus vigilijs cuiuslibet diei ad Communionem generalem deputati, atque in omnibus ſextis Ferijs totius anni, exceptis his, quæ occurrunt à Paſcha vſque ad Pentecoſten, vt ſacroſanctæ Eccleſiæ conſuetudini conformemur: quòd ſi etiam die Veneris occurrat Feſtum Natiuitatis Domini, ad ieiunium non cogan-

Ieiunia Ordinis.

gantur Fratres; in Feſto quoque B.P.N.Auguſtini, ſi in die Veneris occurrerit, quia veluti dies Paſchatis nobis eſt, Fratres ad ieiunium non teneantur.

Ieiunium in die Paraſceue.

3. In Paraſceue pane tantùm & aqua ſuper nudam tabulam ad prandium reficiatur Conuentus, & nullatenus niſi cum infirmis, vel vadè ſenibus diſpenſetur, non tamen in Refectorio, in quo præter panem & aquam nihil miniſtrari omninò tunc volumus.

Pœna frangentium ieiunia Eccleſię.

4. Qui verò ieiunia à ſacroſancta Eccleſia inſtituta fregerit, aut violare pręſumpſerit, præterquàm in articulo infirmitatis, ſeu in caſibus, in quibus Eccleſia ad ieiunium non obligat, atque de licentia Superioris, pro qualibet vice infra octo dies à fractione ieiunij, vel poſtquàm Priori conſtiterit, tribus diebus in pane & aqua ſuper nudam terram ſedens abſque vlla diſpenſatione verè ieiunare cogatur, & tres diſciplinæ ei imponantur.

Pœna frangentium ieiunia Ordinis.

5. Qui autem ieiunium à Feſto omnium Sanctorum vſque ad Natiuitatem Domini præſumpſerit violare ſine licentia Prioris expreſſa, quam non niſi in caſibus magnæ neceſſitatis concedere debet; quia tam ſanctum & religioſum noſtrę Sac. Religionis mandatum infringere non eſt veritus, infra duas hebdomadas à fractione ipſius ieiunij,

vel poſtquàm Priori conſtiterit, tribus diebus ſedens in terra in medio Refectorij pane & aqua reficiatur. Prior verò, qui prædictas pœnitentias non fecerit obſeruare, à Prouinciali, vel Viſitatoribus grauiter arguatur, atque etiam ſi eis videbitur, puniatur; qui verò alia Ordinis ieiunia violauerit, pro qualibet vice in terra comedat.

Portionis amplitatio in diebus ieiunij.

6. Volumus etiam, & mandamus, vt Priores iuxta locorum poſſibilitatem aliquid plus ſolito in diebus ieiuniorum Fratribus in Refectorio miniſtrari procurent, ne ob aſſiduitatem ieiunij, & labores alios ſolitos, illi, qui debiliores fuerint, deficiant.

Exempti à Ieiunio.

7. Declaramus quoque, quòd exercitijs corporalibus ex obedientia multum laborantes, & alijs caſibus, in quibus ad ieiunia Eccleſia non obligat, excuſatos, nec nos ad ieiunia noſtra obligare intendimus; ea tamen ſine licentia Superioris nemo etiam cum cauſa violare preſumat.

Diſpenſatio qualiter fieri poſſit.

8. Prior Prouincialis, vel localis in ieiunijs Ordinis cum toto Conuentu diſpenſare non valebit, ſed cum illis tantùm Fratribus, qui legitimam cauſam non ieiunandi habuerint; ita tamen vt nunquam permittat, quòd Refectorium à medietate Fratrum relinquatur: nec volumus, quòd illi, qui diebus ieiuniorum carnes comedere permittuntur,

tuntur, eas in Refectorio quando Conuentus reficitur, vllo modo comedant; idque tam in maioribus, quàm in minoribus Conuentibus volumus obſeruari.

9. Poterit etiam Prior localis rationabiliter permittere, vt Fratres comedant extra Conuentum cum honeſtis & grauibus Perſonis, vel Parentibus, qua in re non facilè conſentiat, nec frequenter, ſed diſcretè ſe habeat in eiuſmodi licentia concedenda, & in ſocijs aſſignandis, ne inde occaſio ſcandali ſubſequatur. Licet prandere foris, ſed rarò.

NOTAE IN CAPVT X.

*Quando Vigilia S. Ioannis Baptiſtę incidit in diem Solemnitatis Corporis Chriſti, quia tanti Sacramenti inſtitutio, quaſi è principalioribus totius anni feſtiuitatibus, ſumma totius Populi chriſtiani lætitia recolitur: ideò Vrban. VIII. Conſtit.*152. Cùm euenire: *ſub die* 13. *Octobris* 1638. *ordinauit pro omnibus Chriſti fidelibus non eſſe ieiunandum, neque à carnibus abſtinendum in die Feſto huiuſmodi, ſed anticipandum eſſe ieiunium die immediatè antecedenti, nempe Feria quarta, prout ieiunaretur in ipſa Vigilia. Iſtius autem Conſtit. virtute in tali caſu die Iouis Fratres noſtri non tenebuntur ieiunare.*

CAPVT XI.

Qualiter Fratres ad collationem conueniant in diebus ieiuniorum.

1. IN diebus ieiuniorum Fratres poſt Completorium hora competenti ad ſonum campanulę, à Refectorario ſemel tantùm paucis ictibus pulſatę, ad locum ſilentij conueniant, ſedentes ibi in ſilentio ordinatè & honeſtè, & facto ſigno à Priore, Refectorium proceſſionaliter ingrediantur, vt ſupra dictum eſt, & in locis ſuis inclinantes, dicant: *Pater noſter* ſecretò, & poſteà intrent ad menſam, & Lector præmiſſo: *In nomine Domini noſtri* &c. legat ſine nota de aliquo libro ſpirituali & deuoto quouſque Prior ſignum faciat, quo audito, erectus dicat *Benedicite*, & Prior in tono ſubiungat, *Largitor omnium bonorum benedicat collationem ſeruorum ſuorum*: & reſpondeatur ab omnibus: *Amen*. Tunc Fratres, ſi voluerint, bibant.

Cap. 9. huius Partis. Benedictio Collationis.

2. Ne verò noceat potus, poterit eis aliquid fructus, & etiam fruſtum panis in parua quantitate miniſtrari; & in fine ad ſignum Prioris colligantur, ſi quæ ſuperauerint reliquiæ: deinde dicat Prior: *Adiutorium noſtrum &c.* Conuentus reſpondeat:

Collationis parcitas.

Qui

Qui fecit &c. & ſic ſurgant omnes, & ſtantibus hinc inde, dicat Hebdomadarius in tono ſine nota: *Sit nomen Domini benedictum*. ℟. *Ex hoc nunc* &c. proſequendo vſque in finem, vt in rubrica de prandio.

3. Ac collationem ſecunda menſa nullo modo fiat, ſed omnes cum Conuentu egrediantur, & ſic prouideat Prior, quòd Lector, & ſeruitor, antequam Conuentus egrediatur, collationem ſumant; & egreſſo Conuentu Refectorium omninò claudatur, nec alicui aperiatur abſque licentia Prioris. Ad Collationem ſecunda mēſa non fiat.

CAPVT XII.

Quibus locis, & temporibus ſilentium à Fratribus obſeruetur.

1. QVoniam Spiritus Sanctus per Prophetam docendo dicit: *In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra*: idcirco ſtatuimus & mandamus, vt in Choro, in Dormitorio, in Clauſtro primo, vbi mortui ſepeliuntur, & in Cameris ſecretis ſummum ſilentium die noctuque in noſtro Ordine ſemper & vbique ſeruetur. Iſai. 30 15. Quatuor loca ſilentij.

2. In Sacriſtia verò tempore Miſſarum ſeruetur ſilentium, ne deuotio celebrantiū impediatur; alio tempore ita ibidem Fratres moderatè loquantur, ne in Eccleſia, ſi fue- Sacriſtia tempore miſſarum.

fuerit aperta, à ſæcularibus audiantur.

Capitulũ. 3. Item in Capitulo quando de culpis agitur, vel *Adiutorium noſtrum* dicitur, & in Refectorio tempore refectionis, tàm in prima quàm in ſecunda menſa, & in Capitulo Refectorij, quando ante refectionem Fratres ibidem congregantur, vel in prima ſeu ſecunda menſa comeditur, ſilentium ſimiliter ſeruetur.

4. Declaramus autem, quòd etiamſi in Eccleſia, vel Choro, vel in Cellis de licentia Prioris Confeſſiones Fratrũ, vel ſæcularium audiantur, non propter hoc ibi ſilentium frangi dicitur.

5. In Eccleſia verò, vel Choro nihil manibus operari licebit, niſi quod ad decorem & ornatum ſpectet illorum, nec etiam in Dormitorio licebit aliquid operari, quod ſine inquietudine aliorum fieri nequit, in quo per totam noctem lampas ardeat & luceat: in Capitulo primi Clauſtri lectiones & diſputationes fieri non prohibemus; poterunt etiam Fratres ibidem cum ſæcularibus modeſtè & religiosè loqui.

Lampas in Dormitorio.

Silentium in Clauſtro. 6. In Conuentu vbi eſt vnum ſolum Clauſtrum, & locus ipſe ita nimis eſt arctus, vt nec domus, nec locus aliquis, vbi Fratres interdum (ſicut mos eſt Ordinis) loquantur, conuenienter inueniri poſſit, Prior cum Fratribus, vt in aliqua certa & determinata

hora

hora in Clauſtro loqui valeant, diſpenſare poterit: at vbi duo ſunt Clauſtra, in primo ſeruetur ſilentium, in ſecundo verò poterunt Fratres cum benedictione Domini honeſtos & vtiles ſermones adinuicem conferre, & animum parumper à laboribus continuis relaxare, moderatè tamen ſine tumultu, vociferationibus, aut contentionibus, ſeu quouis alio exceſſu.

7. Prioribus tamen inter alia hoc ſummoperè commendamus, vt ſollicitè curent otioſos per domum vagantes, inanes miſcentes ſermones, & tempore abutentes cohibere, eiſque præcipere, vt tempus rebus vtilibus impendant, iuxta illud Sapientis: *Fili conſerua tempus, & diſcede à malo*.

Prior compeſcat otioſos.

Eccl.4.24.

8. Prior in Refectorio ad menſam, & in alijs locis ſilentij, & Magiſter Nouitiorum cum ſuis Nouitijs ibidem, & Cantor in Choro in diſtributione officij, de his, quæ expedierint, ſubmiſſa voce loqui valeant, tamquàm ſi loquerentur ad aurem, quod & omnes alij Fratres obſeruare teneantur, quãdo ob aliquam ineuitabilem neceſſitatem ſilentium locale vel temporale violare coguntur, ex eo quia ſignis conceptus ſuos exprimere non valeant, breuiter tamen tunc temporis loquantur de illis tantùm, quę ſola neceſſitas poſtulabit.

Neceſſitas frangendi ſilentium.

9. Innouantes diffinitionem à Reuerendiſſimo

diſſimo Magiſtro Alexandro de S. Elpidio factam in Capitulo generali, Viterbij celebrato Anno Domini 1312. præcipimus, vt poſt cænam vel collationem, facto debito interuallo ſecundùm diſcretionem Prioris, quotidiè pulſetur campanula pro ſigno ſilentij, à quo ſigno vſque ad Primam ſequentis diei ſilentium vbique infra ſepta locorum noſtri Ordinis ſtrictè ſeruetur per totum annum.

Signum ſilentij poſt cænam.

10. Similiter à Feſto Inuentionis S. Crucis vſque ad Feſtum Exaltationis eiuſdem, diebus quibus non ieiunamus, pulſato ſigno poſt prandium vſque ad Nonam: diebus verò quibus ieiunamus, pulſato etiam ſigno poſt prandium, donec à Sacriſta vel alio ſurgendi ſignum fiat.

Signum ſilentij poſt prandium.

11. Tempore autem ſilentij, ſi Fratres dormire noluerint, aut orent, aut ſcribant, vel aliquid vtile operentur, ſine inquietudine tamen aliorum.

Diſpenſatio ſilentij ſit rara.

12. Priori ſuper ſilentio, cauſa rationabili ſubſiſtente, cum aliquibus Fratribus vel cum toto Conuentu aliquando diſpenſare licebit; non tamen huiuſmodi diſpenſatio ſit crebra, & illi, qui fuerint ad loquendum tunc diſpenſati, ita deprimant voces, ne alios, qui in ſilentio ſunt, inquietent.

Generalis, Prouincialis reſpectiuè ad ſilentium non tenentur.

13. Reuerendiſſimus Prior Generalis Ordinis noſtri in tota Religione ad ſilentium

tium non cogatur, ſimiliter nec Prouincialis in ſua Prouincia, liberamque habeant facultatem cum alijs reſpectiuè diſpenſandi, quando, & vbi eis videbitur expedire.

CAPVT XIII.

De clauſura noſtrorum Conuentuum, & quòd mulieribus ad eos ingreſſus non permittatur, atque de colloquutione Fratrum.

1. CVſtodia Conuentûs debet iniungi tali Fratri Clerico, Laico, vel Conuerſo, qui quòad fieri poſſit, ſit maturæ ætatis, exemplaris, de nullo vitio ſuſpectus, prudens ac mitis in reſponſis, qui neminem multiplicibus interrogationibus faſtidiat, nec indiſcreta colloquutione commoueat, qui ſcandalizatos ſciat placare, & omnes cum eo moram aliquam trahentes, vel eidem ſe applicantes, verbis & factis ædificare valeat. Oſtiarij qualitates.

2. Portam ſemper teneat clauſam, ne cuique volenti pro arbitrio ingreſſus ad primum Clauſtrum pateat, ſed eis tantùm, quos ipſius diſcretio ingreſſuros iudicauerit; quapropter non debet vagari per domum, ſed ibi continuè reſidere, niſi fortè ex rationabili cauſa aliò declinare oporteret; ſi verò Porta ſemper ſit clauſa.

non

non habuerit ſocium ſui loco relinquendum, ſic oſtium claudat, vt nullus intrare aut exire poſſit, priuſquam ipſe reuertatur.

Oſtiarij diligentia.

3. Cùm pulſant ad portam, citò debet adeſſe, & per feneſtellam paruam, antequam aperiat, reſpiciat perſonam pulſantem, & ſi fuerint tales, qui non debeant introduci, ſatisfaciat eis ſine introductione, cùm autem introducendi ſunt, ſi fuerint perſonæ mediocris authoritatis, remaneant propè portam, & ibi vocentur diligenter, qui fuerint vocandi.

Non ſit Religioſis importunus.

4. Caueat autem Oſtiarius, ne Fratres in ſilentio hora debita manentes, vel exiſtentes in Choro ad Diuina, ſeu in Scholis ad lectiones vel diſputationes, aut in Refectorio hora comedendi, vel in Capitulo, ſollicitet ad exeundũ, nec licentiam à Priore petat, niſi neceſſitas fuerit magna.

Diſcretè admittantur exteri.

5. Si verò fuerint perſonæ nobiles, Prælati, Clerici, aut Religioſi, in primum Clauſtrum introducantur, & ad Capitulum ducantur vel dirigantur, ibique aduocentur ſine mora, qui fuerint aduocandi, nec enim volumus ſine expreſſa licentia Prioris alicui extraneo ad interiora Monaſterij introitum poſſe dari; paucis verò de Clero, & de laicis dabitur ad ſecundum Clauſtrum, vel Viridarium ingreſſus: Fratribus tamen noſtris nullo modo prohibeatur huiuſmodi ingreſ-

greſſus cuiuſcumque Prouinciæ vel Congregationis ſint, poſtquàm de licentia ſui Superioris conſtiterit; neminem autem volumus abſque reſponſo longa mora detineri, ne faſtidio perturbetur.

6. Portam Conuentus aperiat Oſtiarius de die, ſero autem parùm poſt ſignum *Aue Maria* omninò claudat, neque enim tranſacta luce diei Sęculares in Monaſterio, nec Fratres extra reperiri volumus, niſi fortè de mandato Prioris in domo alicuius in extremo laborantis vel iam defuncti pernoctare contigerit.

Quo tempore aperienda, & claudenda Porta.

7. Claues Monaſterij ſingulis noctibus Priori tradantur, & Prior, qui Monaſterij clauſuram neglexerit, vel portam de ſufficienti Oſtiario non prouiderit, in prima Viſitatione arguatur, & ſi neceſſe fuerit, debitè puniatur, & ſi ſe emendare noluerit, in ſecunda omninò ab Officio deponatur.

Claues Monaſterij de nocte Priori tradantur.

8. Ad Oſtiarium pertinet eleemoſynas communes ſecundùm poſſibilitatem domus pauperibus elargiri, niſi aliquis alius ſit huic muneri deſignatus; debet igitur eſſe pius in compatiendo, manſuetus in tolerando importunitates & moleſtias petentium, diſcretus in diſtribuendo, & ſollicitus in congregando, quæ fuerint largienda.

Elæemoſynarum diſtributio.

9. Mulieribus exterior tantùm Eccleſia pateat, quæ etiam non ſemper de die ſit aper-

Excluſio mulierum à Choro.

aperta, ſed à prima Miſſa vſque ad vltimam, & à primo ſigno ad Veſperas vſque ad occaſum Solis; ſi verò conſuetudo in aliquo loco inoleuit, vt in aliqua magna ſolemnitate, vel propter maximum concurſum Populorum, vel ob aliam rationabilem & honeſtam cauſam, Eccleſia de die ac etiam de nocte ſit aperta, vſus (dummodò non ſit potiùs abuſus) ſeruetur.

In Eccleſia non loquendum cum mulieribus.

10. Non tamen proinde dum Conuentus eſt in Refectorio, aut de nocte dormit, vel de die manet in ſilentio, etiamſi Eccleſia ſit aperta, alicui Fratri licebit ibidem cum muliere loqui etiam in Foro pœnitentiali, nec etiam ad portam Conuentus, niſi ex vrgenti aliqua neceſſitate Prior licentiam concedat: dum verò canonicæ Horę in Choro dicuntur, ſi Priori videbitur, Fratres Confeſſiones mulierum audire poſſint, non tamen cum eis extra Confeſſionem loqui valeant in Eccleſia, cuiuſcumque gradus vel conditionis illæ ſint.

Prohibitio ingreſſus mulierum in Cōuentum.

11. Strictè prohibemus, ne aliquis Frater Prælatus, vel Subditus mulierem cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditioniſve ſit, quacumque etiam dignitate ac prçeminentia præditam, etiam Comitiſſam, Marchioniſſam, aut Duciſſam in Monaſteria Fratrum Ordinis noſtri introducere, vel admittere præſumat ſub priuationis Offi-

cio-

ciorum, quæ tunc temporis obtinebunt, & inhabilitatis impoſterùm ad illa, & alia omnia, ac ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto ſine alia declaratione pœnis incurrendis, præterquàm in caſibus ſequentibus; videlicèt, quando fiunt Proceſſiones, vel mortui ſepeliuntur, ac etiam pro eis ſuffragia fiunt, tunc namque ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur, accedere mulieribus licitum eſt; † ita tamen vt porta, qua intratur ab Eccleſia in Clauſtrum, non claudatur vllo modo, quandiù mulieres intra ſteterint: quæ, eo finito propter quod intrauerunt, exire compellantur.

Pœna Admittentiū vel introducentiū.

Quando admitti licebit.

12. In Eccleſia, ſeu ad oſtium Conuentus nullus Frater cum mulieribus loquatur ſine licētia Prioris, & ſocio à Priore aſſignato, qui audiat, & videat, niſi talis cum Matre, vel Sorore carnali, ſeu alia muliere, maximè ſibi conſanguinitate, vel affinitate coniuncta loqueretur, in quo caſu ſufficit, vt ſocius videat, licet non audiat: excipimus tamen viros grauiores & ætate maturiores; omnia verò ſupradicta quòad omnes Fratres ſeruentur, quoties contigerit aliquem extra Monaſterium egredi, vt cum mulieribus loquatur.

Cum mulieribus loquendum præſente ſocio.

13. Caueat autem Prior, ne nimis frequenter eidem Fratri licentiam concedat cum eadem, vel eiſdem mulieribus colloquen-

Non tamen fiat crebro

quendi, vel eas ad proprias domos viſitandi, niſi fortè talis eſſet perſona, tantę ſcilicet authoritatis, & tàm claræ famę, vt ex eius colloquutione potiùs Religioni noſtræ honor, quàm dedecus accederet.

Quando Fratres ſine ſocio loqui poterunt.

14. Fratres verò foras miſſi pro neceſſarijs domui petendis, loqui poterunt cum mulieribus etiam alter ſine altero, ſi tunc neceſſitas ſic loqui exigat, intrare tamen domum ad ſedendum, vel confabulandum non licebit: Procurator & Fratres alij cùm ad procurándum neceſſaria Fratribus vadunt, poterunt, præſente ſocio ſuo & vidente, de huiuſmodi cum muliere ſola loqui, ita tamen vt cum vna, eademque muliere frequens non ſit talis colloquutio.

NOTÆ IN CAPVT XIII.

† *Præter caſus explicitos, in quibus permittitur mulieribus ad Clauſtrum ingreſſus. Quando diuinum verbum in Clauſtris Monaſteriorum, & Regularium locorum, vel per aliam quamcumque cauſam tantus concurſus Populi fuerit, quòd cõmodè ingredi non poſſint, & egredi per portam Eccleſię, Pius V. perpetuò concedit, vt dictæ mulieres vnà cum alijs ſæcularibus perſonis poſſint ingredi, & egredi per portam Clauſtri Monaſteriorum, & locorum Regularium, dummodò recto tra-*

tramite accedant ad portam, qua exitur à Monaſterio: 1570. 16. Iulij Pontificatus Anno Quinto: In Bullario nuper Romæ recuſo 1617.

CAPVT XIV.

Quanta, & qualis cura, & ſollicitudo haberi debeat circa infirmos.

1. CIrca Fratres infirmos tàm Profeſſos quàm Nouitios, Laicos, Conuerſos, aut Commiſſos noſtros caueat Prior, ne ſit negligens, quandoquidem cura de eis cum maxima ſollicitudine habenda ſemper eſt, cùm ſoli Chriſto Domino ſeruiatur in illis, dicenti in Euangelio: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Diligentia Prioris circa Infirmos. Matth. c. 25. 40.

2. Siquis autem talem habeat infirmitatem, quæ nec eum debilitet, nec illi impediat appetitum edendi, vt ſunt infirmitates ex leui cauſa prouenientes, talis nec conſueta ieiunia frangat, nec cibos Refectorij vitet, niſi aliter Medicus præciperet. Infirmitas leuis non excuſat à ieiunio.

3. Eorum verò, qui grauiter infirmantur, vtpote febribus tertianis vel quartanis, duplicibus vel ſimplicibus, continuis vel quotidianis, ſeu alio graui languore temporario, vel perpetuo, curam Prior iniungat vni ex Fratribus ſui Conuentus, cuius Qualis eſſe debeat Infirmarius.

cor poſſideat timor Dei, qui ſciat eſſe patiens ad moleſtias Infirmorum, & compatiens infirmitatibus & neceſſitatibus eorum, qui ſit dulcis eloquio, & ſi fieri poſſit verbis conſolatorijs affluens, & prouidus ac diſcretus in procurandis, ſeruandis, & miniſtrandis neceſſarijs, nec tenax in diſpenſando, nec prodigus in largiendo aliqua ſine causa.

Officium Infirmarij

4. Ad huius Officium pertinet habere curam de omnibus, quæ ad Infirmariam, vel Infirmos pertinent, & tàm in caſibus ordinarijs, quàm extraordinarijs ſine defectu opportuno tempore prouidere.

De Coadiutore Infirmarij.

5. Quod ſi propter multitudinem Infirmorum, vel infirmitatum diuerſitatem, ſeu aliquam aliam cauſam ſolus non ſufficeret, dabitur ei Coadiutor vnus, vel etiam plures, ſi opus fuerit.

Medicus peritus eligatur.

6. Prouideat etiam Prior de conſenſu Patrum conſilij de ſufficienti Medico, ac etiam ſi neceſſe fuerit de Chirurgo: de arte verò Medicinæ, ſeu Chirurgiæ nullus Frater noſtri Ordinis ſe penitus intromittat, niſi in ipſa arte fuerit ita ſufficienter edoctus, quòd Prior Prouincialis, & Diffinitores licentiam ei concedant in Facultate huiuſmodi conſulendi; ad inciſionem tamen, ſeu ad exuſtionem membri, ſi morbus hoc requirere videretur, talis licentia Fratri Cle-

rico

rico nullatenus concedatur.

7. Prior quòad fieri poteſt Infirmariam ſanam & bonam, & Officinis commodè aptatam cum omnibus ſupellectilibus, & vtenſilibus, iuxta Conuentus poſſibilitatem pro Infirmis deputet, ſępè viſitet eos, maximè ſi graui morbo laborauerint, ac de Confeſſione, & Sanctiſſimę Euchariſtię Sacramento ſumendo moneat, horteturque ad patientiam, & quantum in ſe fuerit conſoletur. Locus Infirmariæ ſit commodus. Prior ſępe viſitet Infirmos.

8. Si aliqui ex Infirmis ob phreneſim, in quam inciderint, vſu rationis priuati ſint, vel ſi contingeret eſſe aliquos, qui minus ædificationis in ſua ęgritudine, quàm par eſt, pręberent, vtriſque paucos aſſiſtere ex ijs, quibus magis confideretur, oporteret. Diſcretio Prioris circa Infirmos.

9. Curent autem Infirmi ex infirmitatibus corporis fructum aliquem capere ſpiritualem, non impatientes ſe exhibendo, ſed potiùs patientiam interiùs habendo, & exteriùs pręſeferendo, & verbis pijs & ædificatorijs vtendo, quæ oſtendant, ægritudinem vt donum de manu Domini ab eis ſumi, iuxta illud: *In tempore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam*; præſtent etiam obedientiam Medico, & Infirmario in ijs, quæ pro ſua ſalute fieri oportuerit. Patientia Infirmis commendatur. Eccleſiaſtici 18.21.

10. Sollicitè intendat Prior, ne aliquid deſit Infirmario, quod neceſſitati expediat Infirmis prouideatur de omnibus neceſſarijs.

Infirmorum, etiamſi ob remedium eorum opus eſſet apud Creditores magna debita contrahere, vel etiam bona Conuentus diſtrahere & vendere, quando aliter curari non poſſent: licèt autem Infirmis noſtris omne velimus obſequium neceſſarium impertiri, debent tamen ipſi intendere parcitati, & cauere, ne ſibi ſeruientes propter Deum ſua ſuperfluitate contriſtent, nec cibos illos exquirant, qui recidiuam potiùs, quàm ſalutem inducere conſueuerunt.

De ſilentio in Infirmaria.

11. Infirmi, atq; etiam Infirmarij quandiù ſunt Infirmorum miniſterio occupati, ad ſilentium non teneantur intra Infirmariam, debeant tamen ſuos moderare ſermones, quia Infirmis conſueuit multiloquium non prodeſſe: Infirmos inquietos, qui moleſti fuerint Infirmario, vel alijs Infirmis, Prior corripiat, & ſiquos aliquid animaduerſione dignum feciſſe ſciuerit, poſtquàm conualuerint in Capitulo puniat, interim tamen (ſi caſus exegerit) reprehendat.

Eccl. 7. 39.

Fratres viſitent Infirmos.

12. Cùm autem dicat Scriptura: *Non te pigeat viſitare Infirmos, ex hoc enim in dilectione firmaberis;* hortamur omnes in Domino, vt Infirmos aſſiduè viſitent; horis & temporibus non prohibitis, nec in hoc miſericordiæ opere deficiant: quantum enim conſolationis ex Fratrum viſitatione Infirmi percipiant, vnuſquiſque iudicet.

13. In-

Digitized by Google

13. Infirmarius, quæ in Infirmaria neceſſaria ſunt, & quæ aguntur in illa, & quomodo ſe habeant Infirmi, qui plus, minuſvè grauentur, debet ſępè intimare Priori, vt ipſe tàm in neceſſarijs prouidendis, quàm in moribus corrigendis, poſſit ſemper vigilantior inueniri. Circa Infirmariç neceſſaria.

14. Poſt conſequutam de infirmitate ſanitatem, *redeant ad fæliciorem conſuetudinem ſuam*: conualuiſſe autem perfectè ille credendus eſt, qui conſueto colori ſuo, aut priſtinę corpulentiæ reſtitutus eſt, qui paratus eſt diſcurſibus, qui placitos labores non abhorret, & qui cibos ſumit in priſtina quãtitate;& ideò ſi quis poſt huiuſmodi conualeſcentiæ ſigna redire ad communitatem diſtulerit, vt redeat compellatur, & de facto ſubtrahantur ei cibaria Infirmorum. Regul. c. 5. De Conualeſcẽtibus.

15. Siquis Frater noſtri Ordinis extra Conuentum, de cuius eſt familia, in Conuentu aliquo noſtri Ordinis, vel eius diſtrictu fuerit infirmatus, Prior illius Conuentus teneatur ei in omnibus neceſſarijs ſubuenire, ac ſi eſſet de ſua familia. Conuentus autem, de cuius familia fuerit, prędicto loco de expenſis, quas pro tali Infirmo fecerit, teneatur plenariè reſpondere, ſi ad hoc fuerit requiſitus. De Infirmis hoſpitibus.

16. Cum ex frequentatione balneorum multa proueniant pericula animarum, ſtri- Balnea qualiter, & quando cõcedenda.

ctè precipimus, ne quis vadat ad balnea, ſiue ſtuphas, ſine magna & euidenti neceſſitate, de conſilio Medicorum, & expreſſa licentia Prioris; qui contrafecerit, à Priore ſuo grauiter puniatur.

Balnea fiãt intra Conuentum.

17. Quapropter præcipimus, vt quando aliquis balneo ob aliquam infirmitatem indiguerit, Prior in Conuentu balneum efficiendum curet, quo vtatur quoties opus fuerit de conſilio Medici.

Ad balnea naturalia qualiter ſit eundum.

18. Ad balnea verò naturalia poterunt Fratres ire de Medici conſilio, & Prioris Prouincialis licentia in ſcriptis habita, & non aliter, prout determinatum fuit in Capitulo generali Ratiſponæ celebrato Anno Domini 1290.

Pœna Prioris negligẽtis erga Infirmos.

19. Si verò aliquis Prior Infirmos ſui Conuentus rarò admodum viſitauerit, vel eis de Medico, Infirmario, Medicinis, & alijs neceſſarijs, ſecundùm loci poſſibilitatem non prouiderit, vel eius incuria & negligentia domus pro Infirmis cum omnibus ſupelle&tilibus, & vtenſilibus neceſſarijs deputata non fuerit, Prior Prouincialis in prima Viſitatione eum durè arguat, & coram omnibus reprehendat; ſi verò nõ ſe correxerit, & in ſecunda Viſitatione &c. eiſdem negligentijs conuictus fuerit (in quo caſu Infirmarius, & aliqui ex Infirmis, qui ſunt, vel fuerunt, & ſeniores Conuentus interrogandi

di erunt)ab Officio ſuſpendatur, ac poſteà priuetur,& inhabilis maneat ad omne Officium cum cura animarum vſque ad quinquennium.

20. Prouincialis verò, vel Viſitatores, qui eum ſic conuictum, ab Officio non ſuſpenderint, ac poſteà priuari non fecerint, à Diffinitorio eadem pœna inhabilitatis afficiantur. Pœna Prouincialis non punientis Prioré negligentem.

CAPVT XV.

De cura habenda circa Fratres decedentes ab hac vita, & quid fiet de rebus eorum vſui conceſſis.

1. VNuſquiſque Frater noſtri Sacri Ordinis eniti,& curare debet,vt quando Deo Opt. Max. placuerit eum ex hac vita ad aliam transferre, Fratribus ſuis adſtantibus exemplum prębeat patientię, & conformitatis cum diuino beneplacito, ac fortitudinis cum fide viua, ſpeque firma, & amore bonorum illorum æternorum, quæ nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus tàm incomparabilibus vitæ ſuę temporalis laboribus, paſſione, ac morte promeruit, & acquiſiuit. De Fratribus in extremo laborātibus.

2. Cùm autem aliquando talis fuerit qualitas morbi, vt vſum rationis probabiliter Cura ſpiritualis erga Infirmos.

ter impedire poſſit, ſollicitè aduertat Prior, vt qui iuxta Medici iudicium de vita periclitatur, antequàm vſu rationis priuetur, omnibus Sacramentis acceptis, tamquàm armis à Chriſto Domino nobis liberaliter conceſſis, ad tranſitum à temporali vita ad æternam ſe muniat, atque corroboret.

Quomodo admonendi qui in extremo laborant.

3. Ab eoque inquirat, ſi in aliquo teneatur alicui, vel quòad reſtitutionem bonorum, vel etiam famæ & exiſtimationis, aut ſi alius ei teneatur; ſi ſciat alicuius culpam, per quam poſſit Ordini ſcandalum generari, vel etiam domui, aut Fratri, & quæ eo decedente probari non poſſit; aut ſi habeat alicubi repoſitum aliquid, quod ipſe Prior ignoret: & ſi neceſſe fuerit, faciat de omnibus bonis, ab Ordine ſibi ad vſum conceſſis ſeu permiſſis, lucidum Inuentarium, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Viēnæ celebrato Anno Domini 1362. Si verò prædictus ęgrotans Inuentarium facere renuerit, Prior eum compellat ſub pœna proprietarij; quod ſi noluerit, & mori contigerit, priuetur Eccleſiaſtica ſepultura, prout ordinatum fuit in Capitulo generali Senis celebrato Anno Domini 1365.

Proprietarius priuetur ſepultura Sacra.

Pœna Prioris non facientis Inuentarium.

4. Prior autem, qui dictum Inuentarium, ſi neceſſe fuerit, fieri non procurauerit, per triennium voce paſſiua priuetur.

5. Circa Infirmum in extremis laborantem

tem

tem omnis cuſtodia adhibeatur, nec ſine Cuſtode, die noctuque relinquatur, Orationibus Fratrum, ad id ſerio adhibitis, eum iuuari curet Prior: & prȩter alios, qui ingredi poſſunt, Prior deligat aliquem, vel aliquos, qui Infirmum morti proximum inuiſant, eique aſſiſtant, & animoſiorem reddant, eaque ſuggerant, eiſque auxilijs eum iuuent, ac verbis dulcibus conſolentur, quȩ eo tempore conueniant, iuxta illud: *Conſolare mortuum in exitu ſpiritus ſui*; & cùm iam alia officia parum erunt vtilia, eum Domino efficaciter commendent.

Cuſtodia circa Fratres moribundos.

Eccleſiaſtici 38.24.

6. Si autem Fratrem aliquem ſine Sacramentis Eccleſiȩ ob Prioris incuriam è vita migrare contigerit, Prior abſque vlla diſpenſatione Officio priuetur, atque inhabilis ad illud permaneat, quouſque cum eo per Capitulum generale fuerit diſpenſatum.

Pœna Prioris ommittentis miniſtrare Sacramenta.

7. In hora egreſſionis animæ illius de corpore ad ſignum Infirmarij omnes Fratres conueniant circa eum, & officium commendationis animæ debitè perſoluant, ſicut in Breuiario continetur: poſtquàm mortuus fuerit, ſpolietur, & lauetur honeſtè ab illis, quibus Prior iniunxerit, & ſit memor vnuſquiſque ſuȩ conditionis, quoniam *mors porta eſt, per quam tranſit omnis caro*: deinde camiſia, ſcapulari, & cuculla deſuper cincta corrigia indutus, & caligis, calceiſque

Preces pro Agonizantibus.

calceà-

calceatus ponatur in feretro, & in Capitulum deferatur, apponanturque luminaria cum Cruce, & vaſe cum aqua benedicta & aſperſorio, & ſic Fratres ſucceſſiuè & ordinatè à Priore per horas diuidantur, vt à duobus adminus Fratribus, Pſalterium ſemper cum *Requiem æternam* dicentibus, cadauer non relinquatur ſolum, quouſque, peractis quæ debentur ex Ordine, honeſtè ſepeliatur.

Religioſi quomodo ſepeliendi.

8. Si verò (quod abſit) morte ſubitanea & improuiſa Frater deceſſerit, ſepeliri non debeat, niſi tranſacto termino vigintiquatuor horarum vel circa.

Quid faciẽdũ in morte ſubitanea.

9. Sepulto eo, & omnibus alijs expeditis, conueniant in Capitulo Fratres, quibus Prior iniungat, vt ſinguli quàmcitius ſoluant, ſecundùm Ordinis ſtatuta, debitum pro defuncto; ſtatimque, vel quàmcitius poterit, Priorem Prouincialem, vbicumque fuerit, de morte huiuſmodi Fratris certiorem facere procuret, quatenus ipſe omnibus Prouinciȩ Conuentibus Fratris obitum per ſuas litteras denunciet, ſuffragiaque debita pro eo fieri mandet.

Suffragia pro Defunctis.

10. Ordinamus autem, vt in Cœmeterijs, vel Eccleſijs noſtri Fratres à Sȩcularibus ſeparatim ſepeliantur, & ſepulturæ Fratrum à Sepulturis ſæcularium diſtinguantur.

Religioſi ſeparatim ſepeliantur.

11. Om-

11. Omnia, quæ in vſu habebat huiuſmodi defunctus, illius ſint Conuentus, vbi tempore mortis erat conuentualis, pręter libros, qui erunt eorum Conuentuum, in quibus acquiſiti fuerint, prout conſtabit ex vnoquoque libro, in cuius fronte ſcriptum erit manu Prioris pro tempore exiſtentis; *hic liber pertinet ad Conuentum N.* cum ſubſcriptione proprij nominis, quòd ſi aliquis liber ſine huiuſmodi ſubſcriptione aliquando inuentus fuerit, Bibliothecę illius Conuentus, in quo Frater tunc erit, continuò applicetur. **Qui faciendum de rebus Defuncti.**

12. Omnes autem libri Fratrum decedentium in Bibliotheca collocabuntur, niſi fortè magis expedire iudicauerint Prior & Patres conſilij, quòd vendantur, & ex pretio alij vtiliores emantur, in Bibliotheca ſimiliter collocandi, nullo tamen modo pretium aliter expendi poſſit, ſuper quo conſcientias Priorum oneramus. **De librorum diſpoſitione.**

13. Si verò Frater tempore mortis aliquas pecunias de licentia ſui Superioris pro libris emendis, vel quouis alio, in Depoſito vel alibi habuerit, quotquot illæ ſint, ad Conuentum ſuę profeſſionis deuoluantur, niſi eſſent in quantitate contemnenda. **Conuentui Profeſſionis debentur bona defuncti.**

14. Si autem aliquis exiſtens hoſpes in aliquo Conuentu noſtri Ordinis, vel eius quæſta diem ſuum obierit, ſepelietur tamquàm **De hoſpitibus morientibus.**

quàm conuentualis, & veſtes quas ſecum detulit, erunt Monaſterij, in quo, vel in cuius quæſta deceſſit, quodq; eum ſepeliuit, vel ſepeliri fecit, reliqua verò ſupellex, ſi quam habuerit, attinebit ad Monaſterium, in quo tempore mortis erat conuentualis: quòd ſi tempore mortis nullum habuerit deſignatum Conuentum, erunt Conuentus profeſſionis; de libris idem erit iudicium quod ſupra.

De defunctis Fratribus non adfiliatis.

15. Si verò Frater aliquis alicuius Prouinciæ, nullius tamen Conuentus filius fuerit, ea, quæ in vſum habuerit, erunt communitatis illius Prouinciæ, cuius fuit filius; ſi autem fuerit Profeſſus Ordinis, nullius tamen Prouincię filius, erunt ſupradicta communitatis totius Religionis.

De rebus Generalis mortui.

16. Mortuo Reuerendiſſimo Priore Generali pecųnię Collectarum Ordinis, deductis expenſis infirmitatis & ſepulturæ, ad manus Succeſſoris peruenient, ex quibus nihilominus perſolui volumus ſtipendia famulorum, & alia debita fortè contracta.

17. Si verò moriens declarauerit, ſe aliquas habere pecunias, non ab Ordine, ſed aliunde ſibi donatas, illas eſſe volumus illius Conuentus, in quo Profeſſionem emiſit; ex quibus tamen deduci debent expenſę, & ſolui omnia ſupradicta, ſi pecuniæ Collectarum non inueniantur, vel non ſufficiant.

18. Vten-

18. Vtenſilia, ſine quibus domus habitari non poteſt, in Camera Reuerendiſſimi Generalis cum Inuentario relinquantur; reliqua verò omnia tàm libri quàm ſupellex cuiuſcumque qualitatis vel valoris ſint, ex æquo inter Conuentum ſuum, & Conuentum Romanum diuidantur.

19. Regiſtrum autem totius temporis ſui Generalatus, & omnes alię Bullæ, Litterę, Scripturæ ad Ordinem pertinentes in Archiuio totius Religionis fideliter reponantur. Scripturę Ordinis in Archiuio reponantur.

20. Mortuo autem Reu: Procuratore generali Ordinis noſtri, de pecunijs, & vtenſilibus idem erit iudicium, reliqua verò omnia ad Conuentum Curiæ deuoluantur. De Procuratore Ordinis defuncto.

21. Quandocumque verò R. Procurator Ordinis ad Officium Generalatus aſsũptus fuerit, nihil ſecum deferet ex ijs, quæ in Inuentario ſuæ Camerę continebuntur, quod in Depoſito Conuentus Curiæ volumus ſeruari cum ſupradicto Inuentario Camerę Reuerendiſſimi Generalis.

22. De rebus Apoſtatarũ, qui ante menſem ad Ordinem non redierint, & eorum Fratrum, qui pro ſuis culpis perpetuò carcerabuntur, vel ab Ordine expellentur, ſimile iudicium fieri volumus, ſicut ſuperius de mortuis dictum eſt. De rebus Apoſtatarum

Digitized by Google

CAPVT XVI.

De humanitate hoſpitibus exhibenda, & ad quid hoſpites noſtri Ordinis teneantur.

Officium hoſpitarij.

1. AD receptionem, ac miniſterium hoſpitum talis Frater Clericus, Laicus, ſeu Conuerſus ponendus eſt, qui ſit diſciplinatus moribus, promptus in omni obſequio, & qui ſciat moribus aliorum prudenter & religiosè ſe conformare, & gratum cunctis ſeruitium exhibere, cui dentur vnus, vel plures ſocij quando propter multitudinem, vel diuerſitatem hoſpitum ſolus ſufficere non poſſit.

Hoſpitium ſeparatum à Dormitorio.

2. Statuimus etiam, & mandamus, vt ordinetur domus communis in quolibet Conuentu pro hoſpitibus aduenientibus, ne propter hoſpites ſit inquietudo Fratribus in communi Dormitorio reſidentibus: in quo Hoſpitio poſſunt in lectis eſſe linteamina linea non curioſa, nec pretioſa; huiuſmodi autem Hoſpitium nullius priuato vſui deputetur, habeantur etiam ibi arcæ, vel armaria, & vaſa, ſeu vtenſilia, prout fuerit neceſſe.

Qualitates hoſpitum.

3. Hoſpites ſiquando ad nos venerint, maximè Religioſi, & præſertim Ordinum Mendicantium non habentes ibidem Monaſte-

naſterium ſui Ordinis, ſine murmuratione, imò cum vultus & cordis hilaritate, omni cũ charitate & deuotione iuxta Monaſterij facultatem recipiantur; quoniam Chriſtus Dominus, in cuius perſona ipſi recipiuntur, dicturus eſt in Iudicij magni die: *Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me*. Matth. 25. 35.

4. Quòd ſi hoſpites ipſi venerabiles & religioſæ Perſonæ fuerint, Prior eos ad habitacula interiora introducere poterit, cum quibus, licèt ſint Fratres Ordinis noſtri, quandoque comedere, ſiue in Hoſpitio, ſiue in ſecunda menſa poterit, aſſumpto ſecum nunc vno, nunc alio de grauioribus Patribus Conuentus; non autem indifferenter debet eſſe in menſa cum quibuſuis hoſpitibus, ne ſi ſępiùs abfuerit à prima menſa, Conuentus ſcandalizetur. Qualiter, & vbi recipiendi.

5. Si hoſpites à remotis Regionibus venerint, vel aliàs defeſſi fuerint, pedes eis charitatiuè lauentur, ſi ſint Religioſi. Omnibus autem patere volumus, quòd ſi lotor inter lauandum dixerit Pſal. *Miſerere*, aut *De profundis* cum *Gloria Patri* &c. *Kyrie*, *Pater noſter* &c. *Et ne nos* &c. *Saluos fac* &c. *Mitte eis Domine* &c. *Domine exaudi* &c. *Oremus*: *Omnipotens ſempiterne Deus miſerere famulis tuis, & quidquid eis in via ſurripuit viſus, auditus, vel cogitatus malę rei, aut otioſi ſermonis, totum ineffabili pietate abſterge: Per*

Chriſtum &c. ex tunc omnes, qui lotioni huiuſmodi tam actiuè, quàm paſſiuè interfuerint, ſeptem Annos, & totidem Quadragenas Indulgentiarum, quoties id fecerint, ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ ſinguli conſequentur.

Indulgentia conceſſa lauantibus pedes.

Diſcretio erga hoſpites habenda.

6. Non autem parem familiaritatem cuilibet volumus exhiberi; cunctis tamen, etſi non æqualiter, charitatiuè & hilariter, ſecundùm quod facultas domus & honeſtas Ordinis permiſerit, ſeruiatur; debetque magna cura adhiberi à Priore, & hoſpitario, quòd hoſpites cum conſolatione ac ædificatione recedant.

De modo tractandi hoſpites Fratres.

7. Hoſpites noſtri Ordinis cuiuſcumque Prouinciæ, vel Congtegationis ſint, ſiue de propè, ſiue de longè veniant, ſupradicto modo recipiantur tamquàm Fratres, habita tamen ratione qualitatum perſonarum, non enim perſonarum acceptor eſt, qui merita conſiderat, non perſonas: quantò autem de remotioribus Nationibus venerint, tantò maiori charitate tractandi erunt; paucis tamen hoſpites noſtri ſint contenti, tamquã ij, qui in domo propria & non aliena hoſpitio recipiuntur.

De ſilentio in Hoſpitio habendo.

8. Recumbentibus verò hoſpitibus, illi tantùm ibi compareant, quibus iniunctum fuerit, vt eis deſeruiant, ne potiùs illis ſint impedimento quàm conſolationi: noſtri verò

rò hoſpites, maximè ſi tempore ſilentij venerint, nulli ſe coniungant, nec loquantur niſi eis, ad quos ſpectat hoſpites ſuſcipere, vel de ſpeciali licentia Prioris, cùm & ipſi eodem tempore, quantum commodè poterunt, intendere ſilentio debeant: ſi autem loqui oporteat, ſic loquantur, vt Fratres in ſilentio manentes non inquietent.

9. Ad hoſpitarium pertinet ſollicitè cauere, quantum in eo fuerit, ne fiant aliquæ diſſolutiones in Hoſpitio, & facientes ſuo tempore proclamare in Capitulo, vel coram Priore, & ſi aliqua dicuntur in Capitulo, quę ad hoſpites pertineant, ipſis referre, ſi præſentes non fuerint. *Quæ pertineant ad hoſpitarium.*

10. Præterea hoſpites noſtri, ſtatim vt venerint, Priori Conuentus negotium exponant; poſt exhibitam à Priore hoſpitibus noſtris humanitatem, conſideratis eorum meritis & labore, ſi vlterius aliquis eorum in domo moram traxerit, ſicut vnus ex conuentualibus tractetur. *Hoſpites Priori ſua exponant negotia.*

11. Poſt tres autem dies, niſi fuerint legitimè impediti, vel Prior cum eis diſpenſauerit, ad Miſſam maiorem, & Horas, quæ cum ipſa dicuntur, atque ad Veſperas, & Orationem de ſero, quotidiè conueniant: in maioribus autem Solemnitatibus omnibus Horis tam diurnis quàm nocturnis intereſſe debeant, præterquàm Primę, & Nonę, *Ad quod teneantur noſtri hoſpites.*

 niſi

niſi poſt gratias immediatè dicatur; ad ſacra facienda ſicut alij Fratres Conuentus teneantur, & Capitulo de Culpis ſemper interſint, niſi ſint Priores aliorum Conuentuum.

Non impediendi à ſuis negotijs.

12. Licèt autem velimus hoſpites in omnibus obedire Priori, ſi tamen ex ipſis aliquis habuerit aliquid à Priore ſuo in mandatis, ſeu quodcumque aliud negotium vtile & honeſtum, cui oporteat ipſum attendere, Prior loci eum non occupet aliquibus negotijs, ne illud, propter quod venit, impediri vel differri valeat, ſed ſicut diſcretioni ſuæ videbitur, ei de ſocio prouidebit, cum quo illud tale valeat expedire.

Vbi eſt Conuentus Ordinis ad illum adire tenentur.

13. Statuimus prætereà, vt nullus Frater noſtri Ordinis, veniens ad locum vbi Ordo habet Monaſterium, in domibus ſæcularium, vel aliorum Religioſorum prandere vel cœnare pręſumat, antequàm ad Conuentum vadat, ſub pœna comedendi in terra tribus diebus panem & aquam in medio Refectorij: qui verò præſumpſerit in locis prædictis pernoctare, vltra hoc eiſdem diebus recipiat diſciplinam; quòd ſi per duas noctes pernoctauerit, duplicetur ei pœna, & ſic deinceps, ac prætereà ſic pernoctantes carceri mancipentur, quòuſque huiuſmodi pœnitentia ſit adimpleta, quam eis

Pœna pernoctantiū extra Conuentum.

eis imponat Prior loci, ſi ei conſtiterit, vel Prior ſuus quando poſteà eorum culpæ ad ſuam notitiam peruenerint,

14. Quòd ſi Prior aliquis tale quid cõmiſerit, à Prouinciali, vel Viſitatoribus grauiter puniatur, Prouincialis verò à Capitulo prouinciali. Si Frater aliquis extra Conuentum, de cuius fuerit familia, quidquam commiſerit correctione dignum, ſi illud tale ſufficienter probatum fuerit, à Priore, in cuius Conuentu vel quæſta eſt, de huiuſmodi delicto ſecundùm ſtatuta Ordinis corrigatur.

A quo pœnæ hoſpitibus ſint imponendę.

15. Quòd ſi Prior Fratrem, qui in Conuentu ſuo vel quæſta ſui Prioratus deliquit, corrigere abſque ſcandalo non poſſit, Priori ſuo, vel etiam Prouinciali exceſſum huiuſmodi Fratris, quàm citiùs poterit, lucidè & diſtinctè cum omnibus circumſtantijs, delictum aggrauantibus vel alleuiantibus, ſcribat & notificet.

16. Hoſpites ſæculares †[a] non diù morentur inter Fratres, ne leui aliqua occaſione fama Ordinis, Fratrumque forſan imminuatur: ſupra quindecim autem dies ſub nullo pretextu retineri poſſint; illi verò, qui Religionem noſtram ingredi voluerint, ſupra menſem in habitu ſeculari non poſſint retineri, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romę celebrato Anno Dñi 1497.

De hoſpitibus ſæcularibus.

Malefactores non recipiendi.

17. Item malefactoribus & ſceleratis † ad domos noſtras metu pœnę confugientibus nullo modo aditus pateat, & ſi fortè ob aliquam cauſam omninò introducendi eſſent, Prior aſſignabit eis locum à Fratribus totaliter ſeparatum, nec Frater aliquis loquatur cum illis abſque licentia Prioris, & quamprimùm fieri poſſit, à Conuentu eijciantur, ne eorum cauſa Ordo inquietari poſſit; ſi verò vltra diem in Conuentu manere voluerint, Prior eis non annuat abſque conſenſu Patrum conſilij.

Pœna Prioris inhumani.

18. Quicumque Prior, vel vicem eius gerens in conſuetudinem duxerit hoſpites minus charitatiuè, quàm par eſt, iuxta poſſibilitatem loci recipere, vel Hoſpitium ſeparatum, vt dictum eſt, accommodare noluerit, à Priore Prouinciali in prima Viſitatione publicè arguatur; ſi verò in ſecunda Viſitatione de eadem culpa conuictus fuerit, (de qua hoſpitarius & ſeniores Conuentus interrogandi erunt) ab Officio ſuſpendatur, & demum priuetur, & ad omne officium cum cura animarum per triennium ineligibilis permaneat.

Pœna Prouincialis negligentis.

19. Prouincialis verò, vel Viſitatores, qui huiuſmodi ſic conuictum ab Officio nõ ſuſpenderint, vel poſteà priuari non fecerint, eadem pœna inhabilitatis à Diffinitorio puniantur.

NO-

NOTÆ IN CAPVT XVI.

†[a] *Cùm noſtrum municipatum habeamus in Cœlis, poſtquàm Mundo, & ijs, quæ mundi ſunt, renunciauimus, conuerſationem noſtram minimè verſari decet cum ſæculi ſectatoribus: ideò in Capitulo generali Romę celebrato Anno* 1685. *diffinitum fuit ſub pœna ſuſpenſionis ab Officio quòad Priores, & expulſionis ab illo Conuentu quòad alios tranſgreſſores, vt nullus ſæcularis ad comeſſationes, & menſam ſiue communem, ſiue particularem intra clauſtra Monaſteriorum admittatur, niſi fortè propter hoſpitalitatis aut gratitudinis officia erga Magnates, Viroſque præclaros de Ordine benemeritos.*

†[b] *De mandato Clementis VIII. Anno* 1601. *die* 17. *Aprilis Sac. Congregatio Regularium prohibuit Regularibus ſub pœna priuationis Officiorum, ne retinerent bannitos, facinoroſos, ſeu fallitos: circa quod videndæ ſunt Conſtitutiones Summorum Pontificum Pij V. Conſtit.* 20. Ex ſuperna: *Gregorij XIII. Conſt.*65. In tanta: *Sixti V. Conſt.* 6. Hoc noſtri: *& Clem. VIII. Conſt.*15. In regendis: *&c.*

CAPVT XVII.

Quomodo ſe habere debeant Fratres quando domo exire aliquando contigerit, & quòd ſine litteris teſtimonialibus non vagentur.

E Conuentu ſolus nemo exeat.

1. STatuimus, vt nullus Frater noſtri Sacri Ordinis ſiue conuentualis ſit, ſiue hoſpes, cuiuſcumque dignitatis vel gradus, vadat ad Ciuitatem vel Oppidum abſque ſocio Fratre Ordinis noſtri Clerico, vel Laico, ſeu Conuerſo à Priore ſibi aſſignando, neque aliquem Prior ſolum mittat, niſi ob grauem & vrgentem neceſſitatem, ita quòd aliàs vel domui, vel Fratri alicui detrimentum immineret, vel fraterna charitas ad id vrgeat; in quibus caſibus talis mittatur, de cuius honeſtate & grauitate non dubitetur; ſed nec ipſe Prior ſolus vadat, niſi pro ineuitabili neceſſitate: Conuerſi verò, præcipuè ſi non ſint valde iuuenes, pro neceſſitatibus Conuentus ſoli ad huiuſmodi loca mitti poſſint.

Pœna Prioris & ſubditi contra uenientis.

2. Superior contrafaciens pro prima vice durè coram omnibus arguatur, pro ſecunda ab Officio per quindecim dies ſuſpendatur, pro tertia Officio omninò priuetur. Frater verò ſubditus actiua paſſiuaque voce

voce ſit priuatus per annum, ſi ſolus iuerit, niſi Superior eum ſic ire iuſſiſſet.

3. Cùm autem Fratres iter agunt, vel equitare oportet, poterunt ſoli ire: paupertas namque Ordinis non patitur, vt cuilibet itineranti, vel ob aliquam neceſſitatem equitanti prouideatur de ſocio: ſi verò ſit commoditas cum ſocio equitandi, nullus ſolus vadat ad minus per Ciuitates vel Oppida. *Iteragentes abſque ſocio ire poterunt.*

4. Inhibemus inſuper, ne aliquis Frater etiam aſſociatus, & cum animo reuertendi, & licèt etiam de facto ſtatim reuertatur, extra ſepta Monaſterij abſque licentia Prioris exeat. *Abſque Prioris licentia non exeundum à Conuentu.*

5. Siquis contrafecerit, pro prima vice, ſi de die exierit, pœnam grauioris culpæ ſuſtinere cogatur; ſi verò de nocte, pœnam ſubeat culpæ grauiſſimæ per menſem, & à Conuentu illo omninò remoueatur, nec foras mittatur, quòuſque Pior Prouincialis de Conuentu ei prouideat: ad locum verò illum vlterius non veniat, niſi per longa tempora ita religioſè conuerſatus fuerit, vt Diffinitoribus Capituli Prouincialis cum eo diſpenſandum eſſe videatur. Præter hæc autem per triennium voce careat, pro ſecunda vice duplicetur ei pœna reſpectiuè, & ſic deinceps. *Pœna contrauenientium.*

6. Fratres antequàm domo exeant genuflexi benedictionem petant à Superiore, *Modus in exeundo ſeruandus.*

re,

re, dicentes: *Benedicite Pater*; Superior verò det illam tamquàm deprecans Deum, vt in eundo, ſtando, & redeundo, eos ab omnibus animæ & corporis periculis ſeruare dignetur.

Modus ambulādi per plateas.

7. Per plateas verò honeſtè ac compoſitè bini & bini ęqualiter ambulantes, capitibus coopertis, manibus intra manicas iunctis, & oculis demiſſis ita procedant, *vt in inceſſu, habitu, & in omnibus motibus ſuis nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod eorum deceat ſanctitatem.*

Regul. c. 6.

Modus à redeuntibus tenendus.

8. Redeuntes verò cappis induti eodem modo benedictionem petant & accipiant; excipimus tamen Venerabiles Magiſtros, ac Priores aliorum Conuentuum, alioſque Patres maioris, vel æqualis authoritatis, quorum ſocij in eundo & redeundo ſufficit, vt benedictionem petant à Superiore.

Quò ituri Fratres Priori ſpecificent.

9. Siquis verò de Fratribus cuiuſcumque conditionis exiſtat, etiamſi hoſpes ſit, (Procuratore domus, ac elęemoſynarijs exceptis) aliquò viſitandi gratia, vel quacumque aliqua ex cauſa exire debet, domos & perſonas, ad quas intendit ire, Priori ſpecificet, ſocium nullum petens ex nomine, contentus eo, de quo Prioris diſcretio prouidebit.

Socius à Priore deligendus.

Domus inhoneſtæ cauendæ.

10. Prior verò non concedat Fratribus licentiam eundi ad domos infamium perſona-

narum, ſeu mulierculaꝛum, ne Ordinis fama & honor periclitetur; quam etiam legem & ipſe ſeruare teneatur, ne Fratribus materiam ſcandali præbeat.

11. Diebus feſtis, niſi vrgens & admodùm neceſſaria cauſa ſe offerat, è Conuentu nullus egrediatur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Venetijs celebrato Anno Domini 1529.

Diebus Feſtis nemo exire debeat.

12. Euitentur etiam quòad fieri poterit Fratrum diſcurſus per Ciuitates & Oppida, nec enim Religionis opinio ac deuotio apud ſæculares ex eo augetur, imò in dies magis ac magis minuitur.

Diſcurſus euitandi.

13. Prior localis dare poterit licentiam Fratribus ſui Conuentus eundi intra Prouinciam, quò ſibi videbitur, pro aliqua rationabili neceſſitate communi vel particulari, ac etiam cauſa viſitandi Parentes, vel relaxandi animi gratia, & hoc cum litteris teſtimonialibus, in quibus cauſa huiuſmodi, nomen & cognomen Fratris, loci ad quem vadit, ac redeundi terminus exprimatur, quod intelligi volumus, ſi longum iter facturus, vel foras per longum tempus fuerit permanſurus.

Per totam Prouinciā Prior localis Fratres mittere poteſt.

14. Præcipimus autem, ne aliquis Prælatus noſtri Ordinis concedat alicui ſubdito ſuo licentiam gratioſam aut pœnalem;

Extra Prouinciam ſolus Prouincialis.

quin ſit ibi milleſimus cum centeſimo currente, & dies determinata illius Menſis; extra Prouinciam aliquem de Fratribus ſuis mittere ſine ſpeciali licentia Prioris Prouincialis in ſcriptis habita, nulli Priori licebit, ſine qua nec ipſemet extra Prouinciam ire poterit, niſi ſit Prior alicuius loci in Prouinciarum confinibus conſtituti, qui poſſit ire, vel mittere ſuos Fratres ad propinqua loca pro caſu vtili & honeſto.

Nullus Frater alienis ſe implicet negotijs.

15. Legationem alicuius Principis, vel Domini Eccleſiaſtici, aut ſecularis, ſeu Communitatis, abſque licentia Superioris nullus Frater aſſumat: in cauſis verò ſuſpectis, periculoſis, ſiue odioſis nullo quouis modo ſub pœna priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ per quinquennium.

Qualiter recipiendi Fratres ſine licentia itinerantes.

16. Si autem Frater aliquis extra propriam Prouinciam ſine litteris teſtimonialibus ſui Prouincialis exiuerit, veniens ad Conuentum aliquem noſtri Ordinis ab Oſtiario intromittatur, & poſtquàm prędictas litteras non oſtenderit, Prior eum in carcerem includi faciat, nec inde extrahatur, donec Prouincialis prouiderit, quid de eo ſit agendum. Idem ſit omninò iudicium de Fratribus eiuſdem Prouinciæ ſine litteris teſtimonialibus venientibus.

17. Cum

17. Cùm Fratres debent aliquò ire, eadem die non reuerſuri, in eundo & redeundo ante maius Altare dicant Pſalmos cum precibus & Orationibus, prout in Officijs noſtri Ordinis continetur. Itinerariū recitandū.

* * *

TER-

TERTIA PARS

DE VNIVERSI ORDINIS GVBERNATIONE.

CAPVT I.

De Obedientia in Ordine noſtro Summo Pontifici D.N.Ieſu Chriſti Vicario præſtanda.

Sedi Apoſtolicæ obediendum.

ANtiquam diffinitionem Capituli generalis Anno Domini 1324. in Conuentu noſtro de Monte Peſulano celebrati pręſenti Conſtitutione innouamus, quæ ſic habet: *Cùm conſeruatio ſtatus noſtri Ordinis à fauore Summi Pontificis omninò dependeat, diffinimus, & præſenti Conſtitutione firmamus, omnibus Fratribus cuiuſcumque conditionis exiſtant mandantes, quatenus cum omni ſollicitudine & reuerentia mandata Summi Pontificis, & Dominorum Sedis Apoſtolicæ Legatorum inuiolabiliter ſtudeant obſeruare: rebellibus autem & inobedientibus ipſius S.M.Eccleſiæ verbo vel facto, occultè vel publicè, ſollicitè ſtudeant obuiare, ac eorum ambaſciatas,*

Digitized by Google

tas, ſeruitia, & fauores tamquàm Eccleſiæ rebellium debeant reſpuere, eorumque conuerſationem & familiaritatem penitus euitare.

2 *Quòd ſiquis ita immemor ſuæ ſalutis extiterit, vt rebellibus S.M. Eccleſie fauores, ambaſciatas, vel ſeruitia per ſe, vel per alium modo aliquo præbere præſumpſerit, illum, vel illos, cuiuſcumque conditionis exiſtant, præſenti diffinitione pœnę carceris per ſex menſes adiudicamus, vt confuſionem & ſcandalum, quod Ordini inferendum procurabant, in humilitatis ſpiritu ac diſciplina Ordinis recognoſcant.* Cui quidem diffinitioni addimus, quòd huiuſmodi facientes voce actiua & paſſiua in perpetuum priuentur abſque vlla ſpe diſpenſationis, niſi Summus Pontifex cum eis diſpenſandum iudicaret.

Pœna inobedientiũ Sedi Apoſtolicę.

CAPVT II.

De Electionibus noſtri Ordinis in genere, & de Fratribus, qui ad quamcumque Prælaturam extra Ordinem aſſumentur.

1. ELectiones noſtræ in duplici ſunt differentia, alię namque ſunt canonicæ, in quibus maior pars Electorum conuenit, itaut ſi viginti fuerint Electores, vni & eidem vndecim ad minus ſuffragari debeant; alię verò ſunt non canonicæ, in quibus

Electio canonica qualis ſit, & quomodo fiat.

bus ille cenſetur electus, in quèm plures voces conueniunt, etiamſi non excedant medietatem: in qua electione ſi duo, vel tres concurrant in eodem numero votorum, illum ipſo iure pro electo volumus haberi, qui priorem locum habuerit in Ordine noſtro.

Seſſ. 25. n.6. 2. *In electione Superiorum quorumcumque, & aliorum Officialium, quò omnia rectè & ſine fraude fiant*, inhęrentes Decretis Sacroſancti Concilij Tridentini, *ſtrictè præcipimus, omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, itaut ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur*. Præterea non liceat Prouinciales, Diffinitores, Priores, aut Diſcretos ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere.

Electio per vota ſecreta qualiter facienda.

Abſentium ſuffragia à nemine ſupplenda.

Contrauenientes puniendi, & electio irritanda.

3. Si verò contra huius Decreti Conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, & is, qui ad hunc effectum ſe in Generalem, Prouincialem, Diffinitorem &c. creari permiſerit, deinceps ad omnia Officia in Religione obtinenda inhabilis omninò exiſtat.

Abſentes vocem nō habeant.

4. Nullus in electionibus noſtris vocem actiuam habeat, niſi ſit pręſens, nec abſentes poſſint Procuratores pro ſe ipſis in particulari ſubſtituere: nullus præterea poſſit habere plures voces actiuas in ęadem electione.

Vnus in eadem electione plures voces nō habet.

5. Nul-

5. Nullus item poſſit voci ſuæ renunciare ſub pœna priuationis vocis actiuæ per biennium, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato à Fundatiſſimo Doctore B. Ægidio Romano noſtri Sacri Ordinis Priore Generali Anno Dñi 1292.

Pœna voci ſuę renunciantis.

6. Nullus poſſit in aliqua electione ſuffragium ferre, in qua fuerit ipſe propoſitus, vel nominatus: nullus item eligi vel aſſumi ad Officium cum cura animarum poſſit, niſi fuerit Sacerdos, & in Ordine noſtro profeſſus; † [a] nullus etiam excommunicatus, irregularis, ſuſpenſus, aut interdictus, ſeu quauis alia de cauſa inhabilis ad huiuſmodi Officia eligatur vel aſſumatur: nullus prætereà, qui non ſit bonæ famę, hoc eſt, qui ſine ſatisfactione & emendatione longi temporis de aliquo vitio ſeu peccato graui confeſſus, vel conuictus fuerit, aut communiter infamatus, niſi ſe canonica purgatione purgauerit; nullus etiam, qui pro ſuis demeritis huiuſmodi Officio priuatus fuerit, niſi poſt quatuor annos elapſos: nullus prætereà, qui vnquam fuerit ad perpetuum carcerem iudicatus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1312.

In propria electione nemo ſibi ſuffragetur

Qui, & quales eligi nequeant.

7. Siquis Frater cum aliquo Prælato, vel Domino ſæculari commoratur, de eius exiſtens familia quantùm ad domicilium,

Habitantes extrà Clauſtra, pro tunc nullam habeat vocem.

& menſam, nullam vocem habebit in noſtris Capitulis & electionibus, cuiuſcumque gradus & conditionis ille ſit, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Graſſæ Anno Domini 1335. celebrato: idem erit iudicium de Beneficiatis, vel ab beneficia habilitatis, niſi antè beneficio, vel habilitationi mediante Inſtrumento publico renunciauerint abſque aliquo regreſſu, vel quacumque reſeruatione fructuum; itaut huiuſmodi fructus merè & integraliter proueniant ad cõmunem vtilitatem Conuentus vel Prouinciæ.

Reelectiones vitandæ.

8. Reelectiones †[b] in Ordine noſtro non permittantur; ita ſcilicet, vt nec Prouincialis, neque Viſitatores in eadem Prouincia, nec Prior in eodem Conuentu, nec Diffitores in ſequenti Capitulo prouinciali eiuſdem Prouinciæ immediatè reeligi poſſint.

Quando reelectiones admittendę.

9. Excipimus tamen illos Conuentus, qui de nouo ædificantur, vel in quibus aliqua fabrica magni momenti incepta cernitur: in his enim poterit idem Prior bis, & pluriès reeligi, ſi ędificationi Conuentus conducere videbitur.

Pœna procurantis ſuffragia.

10. Si Frater aliquis, cuiuſcumque conditionis ſit, inueniatur procurare voces pro ſe, ſeu pro quocumque alio Fratre ęligendo ad curam animarum, vel ad quodcumque aliud Officium Ordinis, vſque ad triennium

ca-

careat voce actiua, ſi voces pro alio huiuſmodi procurauerit; ſi verò pro ſe, careat voce actiua & paſſiua per idem tempus. †c

11. Declaramus, quòd vbicumque in iſtis noſtris Conſtitutionibus dicitur: *per Vota ſecreta, & per electionem canonicam debere procedi*, poſſit etiam per Compromiſſum vnanime huiuſmodi electio fieri, cùm talis modus eligendi electio canonica cenſeatur, prout declaratum fuit in Capitulo generali Viennæ celebrato Anno Dñi 1372. ita tamen, vt per Scrutinium vnanimine perficiatur, & non aliter, prout declaratũ fuit in Cap.gen. Romę celebrato Anno Dñi 1685. Quòd ſi omnes, nemine excepto, communi inſpiratione, non expectato ordine ſuffragiorum quempiã eligerent, ille canonicè electus cenſeatur: verumtamen electio cõpleri omninò debet per Scrutiniũ, prout pariter declaratũ fuit in eodem C. gen. Romæ celebrato. Per Compromiſſum etiam canonica electio.

12. Innouamus atque confirmamus Conſtitutionem à Reuerendiſſimo P. Magiſtro Alexandro de S. Elpidio quondam noſtri Ordinis Priore generali factam, & in Capitulo generali Arimini Anno Domini 1318. celebrato approbatam & confirmatam, itaut de cętero corpori Conſtitutionum copularetur, & pro vna ex eis haberetur & ſeruaretur, cuius tenor talis eſt.

13. *Cùm doctrina Apoſtolica ſuadente*,

 qui-

Frater quã cumque dignitatem extra Ordinem abſq; Superioris licentia acceptare nequeat.

quilibet in vocatione, qua vocatus eſt, ad cultum diuini obſequij debeat immobilis permanere, omnes & ſingulos noſtri Ordinis Fratres hortamur, & rogamus primò, ſecundò, & tertiò peremptoriè, ac etiam omnibus & ſingulis mandamus per obedientiam ſalutarem, quatenus ad Prioratum, ſiue Abbatiam, ſiue Epiſcopatum, ſiue ad electionem aliquam de eo factam cuiuſcumque prælationis ſeu dignitatis extra noſtrum Ordinem, nullus aſſentire debeat, ſeu modo aliquo aſſenſum dare, cùm & hoc de iure non poſſit ſine licentia ſpeciali Prioris Generalis, vel alterius, qui talem licentiam de iure poſſit dare: nec etiam aliquis talis, habita licentia, factę de ſe electioni aſſenſum præbeat, niſi priùs ſuo Priori locali, vel Prouinciali in Fratrum præſentia libris, pecunijs, alijſque rebus ad vſum ſibi conceſſis, quas in Odine retinebat, vel in Depoſito habebat, integraliter aſſignatis.

Prę̨ceptũ.

Mobilia ſibi conceſſa tradere debeat.

14. *Quòd ſiquis hæc noſtra mandata, vel alterum ipſorum contempſerit adimplere, trina canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis, (licèt inuiti) illum, vel illos ex nunc, prout ex tunc Excommunicationis vinculo innodamus.*

Excommunicatio.

Aſſumptus ad dignitatem extra Ordinem, Officio, quo fungitur cedat.

15. Fratrès verò noſtri Ordinis, quando fuerint ad aliquam Dignitatem extra Ordinem nominati, vel electi, infra tres dies à notitia talis promotionis, omni Officio cum cura animarum intra Ordinem ſibi commiſſo cedant, niſi prædictæ promotioni pu-

publicè renunciauerint. Quarè præcipimus omnibus & ſingulis Fratribus prẹſentibus & futuris, ne prẹdictis obedire prẹſumant vltra terminum præfixum.

NOTÆ IN CAPVT II.

†[a] *In Capitulo generali Romẹ celebrato Anno Domini 1685. diffinitum fuit, nullum aſſumi poſſe ad Officium cum cura animarum, niſi in trigeſimo ſaltem ſuæ ætatis anno conſtitutum.*

†[b] *Reelectiones in Ordine noſtro non permittuntur, niſi ad tenorem Conſtitutionis decimæ Clementis VIII. §. 8., de qua infra fiet ſermo in Cap. 10. huius Tertiæ Partis §. 6. n. 10.*

†[c] *Conſtitutionibus Apoſtolicis Clem. VIII.* Quoniam nemo &c. *Anno* 1604. *die* 1. *Decembris, & Pauli V.* Admonemur &c. *Anno* 1608. *die* 4. *Iulij vetitum eſt Fratribus noſtri Ordinis, ne pro obtinendis quibuſcumque gratijs vel dignitatibus intra Ordinem, ad fauores quarumcumque Perſonarum extra Religionem recurrant, ſub pœnis Excommunicationis & perpetuæ inhabilitatis ad quẹcumque Officia: Superiores verò prædictorum fauorum intuitu talia concedentes ipſo facto excommunicantur.*

CAPVT III.

De Forma celebrationis Capituli generalis totius Ordinis noſtri, & Reuerendiſſimi Patris electione.

§. I.

De tempore celebrationis eiuſdem Capituli generalis.

Quando, & vbi Capitulum generale celebrari debeat.

1. CApitulum generale totius Ordinis noſtri de ſexennio in ſexennium omninò celebrari mandamus loco determinato per Diffinitores præcedentis Capituli generalis in diuerſis Regionibus ad honorem Ordinis, & vt Reuerendiſſimus Pater meliùs & liberiùs poſſit ſingulas Prouincias Ordinis viſitare, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1284.

2. Hęc autem aliter diſponere Prior Generalis minimè poterit, niſi interueniente aliqua vrgentiſſima neceſſitate, & conſenſus adeſſet Summi Pontificis pro tempore exiſtentis.

Qui de iure ad Capitulum generale venire poſſint

3. Et ne numerus ac multitudo Fratrum ad Capitulum conuenientium confuſionem pariat, ſtatuimus ne ad huiuſmodi Ca-

Capitulum conueniant, niſi Reuerendiſſimus Pater Prior Generalis tum actualis cùm abſolutus; Reu: P. Procurator Ordinis actualis & abſolutus; PP. Aſſiſtentes tam actuales, quàm abſoluti; Prouinciales omnium Prouinciarum, ac Vicarij Congregationum, Diffinitores ſimiliter, ac Diſcreti ipſarum; præter quos venire quoque teneantur Priores, ac Regentes Conuentuum generalium Italiæ, ſi in Italia Capitulum celebretur, & quotquot à Reuerendiſſimo P. Generali per litteras publicas, vel priuatas ad prædictum Capitulum vocati fuerint.

4. Statuimus autem, & præcipimus inuiolabiliter obſeruari, vt vnaquæque Prouincia, ſiue Congregatio noſtri Ordinis mittat de facto ad Capitulum generale, in quo nouus totius Ordinis Generalis eligendus eſt, Prouincialem cum alijs duobus Vocalibus, Diffinitore ſcilicet ac Diſcreto, itaut ex vnaquaque Prouincia tres Vocales ad nouam electionem Prioris Generalis cõueniant; alioquin Prouincialis ex inobedientia non veniens cum Diffinitore & Diſcreto ad Capitulum generale, ipſo facto Excommunicationem latæ ſentẽtiæ incurrat, quã trina canonica monitione pręmiſſa pręſenti Conſtitutione ex nunc prout ex tunc (licèt inuiti) in ipſum ferimus, à qua nonniſi à Priore Generali abſolui poſſit.

Ab vnaquaque Prouincia tres Vocales mittendi.

Pœna Prouinciali cõtrauenienti infligenda.

Excommunicatio.

Expenſę pro itinere à Prouincia ſumendę.

5. Prioribus Prouincialibus, & alijs Electis pro Capitulo generali prouideatur rationabiliter de expenſis à tota Prouincia pro eundo & redeundo iuxta quantitatem itineris, ac Regionum qualitatem, ſecundùm quod à Capitulo prouinciali taxatum fuerit.

Quid portare debeant euntes ad Capitulum.

6. Prouincialis verò, vel Diffinitor quando Prouincialis non iuerit, portet ſecum in ſcriptis numerum Fratrum viuentium ſuæ Prouinciæ, & quot defuncti poſt vltimum Capitulum generale fuerunt, & nomina aliquorum Dominorum Ordinis Benefactorum, ſi illo ſexennio diem ſuum obierunt: ſi verò qui ad Capitulum generale venerint, ex infirmitate vel aliquo alio caſu impediti fuerint in itinere, quominus ad locum Capituli generalis peruenire poſſint, nulla ſit eis facultas aliorum ſubſtituendorum, † prout diffinitum fuit in Cap. gen. Venetijs celebrato Anno Domini 1519.

Vota abſentium nō ſupplenda.

Etſi Vocales abſentibus paucio res ſint, Capitulum non protrahendū.

7. Statuimus nihilominus, vt Patres, qui ad Capitulum ipſum conuenerint, etiam ſi fuerint abſentibus pauciores, ipſum Capitulum poſſint, & debeant die & loco determinato celebrare, & quidquid in ipſo Capitulo ordinatum vel ſtatutum fuerit, vniuerſus Ordo per omnia ſeruare teneatur.

Qualitates Vocalium.

8. Volumus autem, vt Prouinciarum, vel Congregationum ſuffragia laturi ad huiſ-

iuſmodi generale Capitulum non deſtinentur, niſi probitate, grauitate, conſilio, & doctrina præditi.

9. Si Prior Generalis aliquo rationabili impedimento detentus non poſſit ad generale Capitulum venire, mittere Vicarium ſuum valeat, qui vice eius poſſit, & debeat Sigillum Ordinis reſignare, & ad voluntatem Diffinitorum, & aliorum Vocalium Generalatus Officio renunciare.

Reſignatio P. Generalis.

10. Quòd ſi ipſe Generalis ad Cap. gener. tempore ſtatuto non venerit, nec Vicarium aliquem ſuum miſerit, à die ſtatuta & pręfixa ad dictum Capitulum celebrandum, impoſterùm ipſo facto ſit Generalatus Officio priuatus, & in eo caſu Prior Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitulum congregatum eſt, omnia faciat, quę Prior Generalis pręſens faceret, quòuſque Prętidens publicetur, & non vltra, qui publicatus ad electionem noui Generalis procedere faciat.

Pœna Generalis nõ reſignãtis.

11. Omnes igitur & ſinguli prædicti Patres Vocales Feria quinta ante Feſtum Pentecoſtes, in qua ſacra Solemnitate Capitulum generale Ordinis noſtri celebrari volumus, ſimul ad locum Capituli ſtudeant conuenire, atque congregatis omnibus in Eccleſia, Reuerendiſſimus P. Generalis, vel alius de eius mandato Miſſam de Spiritu Sancto cum *Gloria in excęlſis*, *& Credo*, & dua-

Vocales quando cõuenire debeant.

duabusCollectis, altera Beatæ Virginis, & altera S.P.N. Auguſtini ſolemniter cantet; cui omnes præcipuè Vocales interſint, aut ſaltem Miſſam de Spiritu Sancto eadem die celebrent.

NOTÆ IN §. I.

† *Non ſolùm non poſſunt abſentes pro ſeipſis in particulari vota ſubſtituere, vt in Cap. quoque ſecundo huius Tertiæ Partis num. 4. diſponunt Conſtitutiones, ſed Clement. VIII. Decreto, vſu recepto, cautum eſt, ne ipſæ quoque Prouinciæ Vltramontanæ, & Vltra marinæ pro ſuis ſuffragijs in Capitulo generali ferendis, delegare, ſeu deputare poſſint Fratres Italos, nevè deputati, ſeu delegati vllatenus tamquàm Vocales admittãtur.* Decretum Sac. Viſitationis Apoſtolicæ in audientia eiuſdem Sanctiſſimi die 1. Aprilis 1601.

§. II.

De modo recognoſcendi Præſidentem.

Modus aperiendi Capitulum.

1. EAdem verò Feria quinta immediatè poſt Veſperas fiat ſignum congregandi Capitulum, campanula Clauſtri ter pulſata, vt moris eſt, & ſtatim campana mi-

nor

nor in Campanili ter pulſetur ſimiliter cum debito interuallo, ad quod ſignum omnes Fratres Vocales ad Capitulum, vel aliò, vbi decenter eſſe poſſint, conueniant, quibus conſedentibus, Prior Generalis dicat ℣. *Adiutorium* &c. *Benedicite* &c. deinde verbum habeat aliquod opportunè.

2. Quo expleto, omnibus & ſingulis in virtute S. Obedientiæ præcipiat, vt ſiquis illorum litteras habeat Sanctiſſimi D. N. Papæ ad Capitulum directas, eas protinus oſtendat, & legendas conſignet; hoc autem præceptum, ſi litteræ non oſtendantur, paruo temporis interuallo ter ſucceſſiuè faciat, tertia vice ſub pœna Excommunicationis præcipiendo. Præceptũ pro oſtenſione litterarum Præſidentiæ.

3. Si verò quiſpiam huiuſmodi litteras præſentauerit, volumus & decernimus, vt illę ab omnibus debita cum veneratione, vt decet, ſuſcipiantur, & ibidem in Capitulo coram omnibus publicè legantur, eiſque, vt decet, in omnibus obediatur, & ſi virtute illarum litterarum aliquis illius Capituli Præſidens inſtitutus fuerit, is ab omnibus debita cum veneratione pro Pręſidente habeatur, & Præſidentis Officio fungatur tanta cum authoritate, quantam Sanctiſſimus D.N. Papa ei conceſſerit, cuius mandatis tamquàm Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarij omnes Ordinis noſtri Fratres tam in Ca- Pręſidens Apoſtolicus. Pręſidentis authoritas quanta.

Capitulis, quàm extra obedire teneantur.

Ordinarius Pręſidens primus Diffinitor.

4. Si verò huiuſmodi litteræ, aut nullatenus, aut non tempore debito, nec publicè, & efficaciter præſentatę fuerint, Prior Generalis Diffinitorem deſignatum pro generali Capitulo ab ea Prouincia, in qua Capitulum celebratur, inquirat, quem pronunciet in tali caſu eſſe Capituli generalis tunc celebrandi authoritate ordinaria Præſidentem. Si verò dictus Diffinitor præſens non fuerit, pronuncietur pro Capituli Præſidente primus Diffinitor, qui pręſens fuerit, ſeruato ordine Prouinciarum in hoc Capitulo adnotato, & ſtatim, qui Præſidens nominatus fuerit, à Patribus circa ipſum ſedentibus ad titulum Capituli deductus, ſuperiori loco ſedeat, ante quem Prior Generalis ſtatim genua flectens in ſignum obedientiæ & reuerentiæ manum ei reuerenter deoſculetur, poſteà ſurgens ad ſiniſtram Pręſidentis ſedeat, & poſt eum ordinatè ſic faciant omnes Patres ſucceſſiuè.

Deputatio Priorum Capituli.

5. Pręſidens ſi ſibi videbitur, obedientia ſibi data, ſermonem habebit, dicto *Adiutorium* &c. deinde de Patrum, & pręcipuè Prouincialis Prouinciæ, in qua Capitulum celebratur, conſilio, duos deputabit diuini Cultus Magiſtros, ſiue Priores Capituli, ſine quorum, aut alterius eorum licentia nemo domo exire pręſumat, quibuſque Fratres om-

omnes obedire teneantur in omnibus, quæ ad diuinum cultum pertinent, tam quòad Horas canonicas, quàm quòad Miſſas celebrandas, qui etiam menſis præeſſe debent.

§. III.

De Iudicibus cauſarum, & Examinatoribus litterarum.

1. DE eorumdem †[a] quoq;conſilio tres peritos & expertos Patres deputabit Iudices cauſarum omnium Capituli, tam Fratrum, quàm ſæcularium cum Fratribus, qui ſingulorum cauſas audientes,ea,quę pacis ſunt, in omnes intendant,& quæ grauiora fuerint Diffinitorio referant, ipſi tantùm leuiora iudicantes & determinantes, ſola rei veritate inſpecta, omneſque ſuas deciſiones in vno libro ſcribentes, in cuius fine omnes tres manu propria ſubſcribant, à quorum ſententia nulli poſt Capitulum dimiſſum liceat apellare,niſi fortè abſens,vel non auditus fuiſſet. Deputatio Iudicum cauſarum.

2. Nullus tamen ad Capitulum generale, vel ad Iudices cauſarum eiuſdem ducat cauſas,quę per Capitulum prouinciale, vel per Prouincialem ipſum poſſent expediri, ſecus verò faciens non audiatur, & pro temeritate puniatur. Quales cauſæ ſint adducendę.

3. De-

Deputatio Examinatorum litterarum.

3. Deputabit etiam eorumdem cum conſilio tres †[b] Examinatores litterarum teſtimonialium, quas Patres Vocales à ſuis Prouincijs attulerint, vel ab huiuſmodi Prouincijs eis miſſæ fuerint, qui omnem controuerſiam de habentibus, ſeu non habentibus vocem tam actiuam quàm paſſiuam, ſecundùm Ordinis Conſtitutiones diriment. †[c]

Deputatio Correctorum.

4. Deputabit ſimiliter decem Correctores, quorum duo ſeruient Diuini cultus Magiſtris, duo Iudicibus cauſarum, duo Patribus Diffinitorij, quatuor omnia ad victum neceſſaria prouidebunt, ac menſæ Lectores, & Seruitores deputabit, & Fratribus ad Capitulum venientibus hoſpitium, & refectionem aſſignabit.

Miſſa, & proceſſio pro Defunctis.

5. Sequenti verò ſexta feria Officium & Miſſa Defunctorum cum Proceſſione, vt in primo Anniuerſario Ordinis noſtri ſolemniter cantentur. Poſteà habeatur Oratio in recommendationem Defunctorum, in qua vltra numerum eorũ collectiuè & ſummatim relatum, in particulari fiat mentio aliquorum grauiorum & digniorum Patrũ, atque etiam Illuſtrium Dominorum noſtri Ordinis benefactorum intra ipſum ſexennium defunctorum, iuxta relationem Prouinciarum.

Oratio pro Defunctis.

6. Oratione finita, dicat P. Præſidens iſta ver-

verba, ſcilicet: *Debitũ reliquarum Miſſarũ tam Fratrũ & Sororũ, quã Confraternitatis Litteras habentium, & iſtorum, & aliorum omnium Benefactorum Ordinis noſtri defunctorum in finem Capituli reſeruamus iniungendum, cùm Benefactores viui recitabuntur, vt pro his omnibus integrè ſatisfaciamus; nihilominus pro eiſdem dicamus in pręſentiarum: De profundis &c.*

7. Et ex tunc Fratres ſurgentes, proſequantur Pſalmum totum cũ *Requiem æternã, Kyrie &c.* tunc Præſidens dicat: *Pater noſter &c. Et ne nos &c. A porta Inferi &c. Requieſcant &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcũ &c. Oremus: Abſolue quæſumus Domine animas famulorum, famularumque tuarum, & omnium Fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum, vt in reſurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum &c. Requiem ęternam &c. Requieſcant in pace*: ℞. *Amen*. Preces pro Defũctis.

8. Denique fiat Confeſſio in communi, & data Abſolutione de more, cum iniunctione, vt die ſequenti omnes Miſſam de Spiritu Sancto celebrent, dicat P. Præſidens: *Adiutorium &c.* & ſic egrediantur de Capitulo. Abſolutio generalis de more.

NO-

NOTÆ IN §. III.

†[a] *Ad eliminandas difficultates, quæ non rarò in Comitijs generalibus inſurgunt circa indiuiduam Patrum Conſilij intelligentiam, de quibus in hoc §. declaratum fuit in duobus generalibus Capitulis Romæ celebratis Anno 1679. & 1685. tales eſſe PP. Generalem, ſeu Vicarium Generalem actualem, necnon abſolutos, item PP. Procuratorem generalem, & Aſſiſtentes tum actuales, cum abſolutos reſpectiuè, necnon PP. Prouinciales actuales, & Vicarios generales Congregationum itidem actuales, qui Capitulo generali pro tempore interſunt.*

†[b] *In Capitulo generali celebrato Anno Domini 1685. diffinitum fuit, (vt pro reuiſione litterarum teſtimonialium, & iudicijs ferendis in ijſdem generalibus Comitijs, Viri præficiantur iura, conſuetudines Regionum, & priuilegia callentes; ac inter Nationes æqua diſtributio obſeruetur) quatuor litterarum Reuiſores & Examinatores, quatuor item Iudices cauſarum, nempe, vnum pro ſingulis Nationibus conſtituendos eſſe.*

†[c] *Declaratum inſuper fuit in duobus prædictis Capitulis generalibus, quòd non ſit ampliùs ius Patrum Examinatorum litterarum teſtimonialium excludere vota, & vocales reij-*

cere,

cere,ſed ſi quas compererint difficultates, has tamquàm de grauioribus deferant Præſidenti & Patribus Conſilij ſupradicti dirimendas.

§. IV.

De his quæ præcedere debent electionem noui Generalis.

1. DIe ſequenti sũmo mane Prima cantetur,poſteà P. Præſidens, vel alius de eius mandato, Miſſam de Spiritu Sancto ſolemniter cantabit, vt ſuperiùs dictum eſt. Die Sabbati Miſſa de Spiritu Sãcto.

2. Præcipimus autem & mandamus,vt in quolibet Conuentu noſtri Ordinis, non ſolùm in vigilia, ſed etiã in vigilia vigiliæ Capituli generalis Miſſa de Spiritu Sãcto ſolemniter celebretur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Florentiæ celebrato Anno Domini 1326. Sacrum faciendum de Spiritu Sancto in omnibus Conuentibus.

3. Expleta Miſſa,ad iuſſum P.Præſidentis pulſata campanula pro Capitulo conuocando, vt moris eſt, omnes tam Vocales quàm non Vocales ad Eccleſiam conueniant; quibus ordinatè congregatis ante maius Altare,& facto ſigno à P.Præſidente, Correctores diuini cultus in medio Eccleſiæ Hymnum incipiant *Veni Creator* &c. omnibus ad illas tres dictiones primas genuflexis,qui poſteà ſurgentes alternatim ex vtro- Preces in Eccleſia dicendę.

que Choro totum Hymnum decantent: deinde prædicti Correctores in medio dicant ℣. *Emitte &c.* ℟. *Et renouabis &c.*

4. Poſteà P. Præſidens in loco ſuo in cantu dicat ℣. *Domine &c. Oremus: Deus, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illustratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus; & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente B. P. noſtro Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice conſuetę miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum &c.*

Oratio pro electione noui Generalis.

5. Deinde ſedentibus omnibus dicat P. Præſidens *Benedicite*, & reſponſo ab omnibus *Deus*; habeatur Oratio, quam habeat R. Procurator Ordinis, in qua aget de noua electione, in genere tamen, & de totius Ordinis moderatione ac reformatione.

Ordo Vocalium.

6. Quibus finitis, omnes proceſſionaliter ad locum Capituli vadant, ibique conſedẽtibus nominentur Vocales hoc ordine, videlicet. Primò Præſidens generalis Capituli, mox Reuerendiſſimus P. Generalis, vel Vicarius Apoſtolicus, deinde R. Ordinis Procurator, poſteà Aſſiſtentes tam actuales

quàm

quàm abſoluti, deinde Diffinitores, poſteà Prouinciales, ac Vicarij Congregationum, tandem Diſcreti; & ſecundùm quod nominati fuerint, ſic ſtatim ſedeant.

7. Nominentur autem ſinguli iuxta ordinem Prouinciarum, qui eſt huiuſmodi: Primum locum obtineat poſt illam Prouinciam, in qua celebratur Capitulum, quæ ſemper primum locum habebit, Ordo Prouinciarũ.

1. Prouincia S. Auguſtini, aliàs Lombardię.
2. Prouincia S. Monicæ, aliàs Romana.
3. Prouincia S. Nicolai de Tolentino, aliàs Marchiæ Anconitanæ.
4. Prouincia S. Auguſtini, aliàs Franciæ.
5. Prouincia S. Guilelmi, aliàs Bituricenſium.
6. Prouincia Caſtellæ.
7. Prouincia Bethicæ.
8. Prouincia Coronę Aragoniæ, aliàs Aragoniæ, Valentiæ, & Cathalonię.
9. Prouincia Portugalliæ, ſiue Luſitaniæ cum Vicariatu Indię Orientalis.
10. Prouincia Marchię Taruiſinæ, aliàs Venetiarum.
11. Prouincia Tholoſę, & Aquitaniæ.
12. Prouincia Colonię, & Belgica.
13. Prouincia Gallobelgica.
14. Prouincia Romandiolæ.
15. Prouincia Vmbriæ.

 16. Pro-

16. Prouincia Prouinciæ.
17. Prouincia Bauariȩ.
18. Prouincia Tyroli Salisburgenſis.
19. Prouincia Auſtriȩ.
20. Prouincia Bohemiȩ.
21. Prouincia Terrȩ laboris, ſiue Neapolitana.
22. Prouincia Narbonæ, & Burgundiȩ.
23. Prouincia Siciliæ.
24. Prouincia Piſana.
25. Prouincia Senarum.
26. Prouincia Terrȩ Sanctæ.
27. Prouincia Apuliæ.
28. Prouincia Aprutij.
29. Prouincia Calabriæ Vlterioris.
30. Prouincia Calabriæ Citerioris.
31. Prouincia Poloniæ.
32. Prouincia Rheni, & Sueuiæ.
33. Prouincia Hungariæ.
34. Prouincia Angliæ.
35. Prouincia Hyberniæ.
36. Prouincia Saxoniȩ, & Thuringiæ.
37. Prouincia Sardiniæ.
38. Prouincia Mexicana, aliàs nouȩ Hiſpaniȩ, ſiue Nominis Ieſu.
39. Prouincia Peruntina.
40. Prouincia Inſularum Philippinarum.
41. Prouincia Mechoacanenſis.
42. Prouincia Quitenſis.
43. Prouincia Noui Regni Granatenſis.

44. Pro-

44. Prouincia Chilenſis.
45. Prouincia Inſularum Canariarum.
46. Prouincia Styrocarinthiæ.
47. Congregatio Lombardiæ.
48. Congregatio Illicetana, ſiue S. Saluatoris.
49. Congregatio S.Ioannis de Carbonara.
50. Congregatio Peruſina, aliàs S.Mariæ de Populo.
51. Congregatio Ianuenſis, aliàs Baptiſtinorum.
52. Congregatio Montis Orthoni.
53. Congregatio Dalmatiæ.
54. Congregatio Diſcalceatorum Hiſpaniæ.
55. Congregatio Diſcalceatorum Italiæ.
56. Congregatio Diſcalceatorum Franciȩ.
57. Congregatio Centum Vrbium.
58. Congregatio Colloritana.

Reſignatio Sigilli Ord.

8. Poſteà P. Prȩſidens dicat, *Adiutorium &c. Benedicite &c.* Deinde Prior Generalis, cuius vita eſſe debet alijs quibuſcumque in exemplum, ne de ambitione prȩlationis notari poſſit, quod in Religioſis eſt deteſtabile cogitare, & deteſtabilius opere adimplere, Sigillum Officij Generalatus Prȩſidenti efficaciter, & cum effectu genuflexus reſignet, (quod erit ſemper illud, quod in principio harum Conſtitutionum impreſſum cernitur, quodque mutare vel in ali- Ordinis Sigillum quale ſit.

quo alterare nulli vnquàm licebit) & Generalatus Officio renunciet, & cùm dixerit ſuam culpam, proſternat ſe, ac à P. Præſidente abſoluatur; moxque omnes, præter Vocales, exeant à Capitulo.

Generalis poteſt eſſe Præſidens.

9. Si autem euenerit, quòd Prior Generalis authoritate Apoſtolica munere Pręſidentis fungatur, reſignabit Sigillum, Officioque Generalatus renunciabit, ac dicet culpam ſuam coram Diffinitore illo, ad quē Pręſidentia Capituli (niſi adeſſent litteræ Apoſtolicæ) pertineret; qui nomine omnium Vocalium dictam renunciationem acceptet, & eum ab Officio Generalatus immediatè abſoluat, eique protinus pręcipiat, vt de eo vlteriùs nullatenus ſe intromittat. Hoc idem obſeruabitur quandocumque Pręſidens in Generalem electus fuerit in confirmatione ipſiús, & alijs ceremonijs faciendis.

Pœna Generalis nō reſignantis Officium.

10. Quòd ſi Prior Generalis Sigillum ſui Officij reſignare noluerit, vel ad mandatum, ſeu requiſitionem P. Pręſidentis, ac Diffinitorum Officio Generalatus non renunciauerit, ſua inobedientia permanente, tamquàm Ordini ac Apoſtolicæ Sedi rebellis omni communione Fratrum ſit penitus deſtitutus.

De

§. V.

De electione noui Generalis.

1. IN electione autem noui Generalis hic modus ſeruabitur, videlicet: Primò nomina Vocalium per Examinatores litterarum teſtimonialium deſcripta, audientibus omnibus, recitentur; ſi verò aliqui ex eis, qui à Prouincijs miſſi fuerant, non ſint nominati, ſtatim egrediantur.

Modus electionis.

2. Quibus egreſſis, proponentur à P. Præſidente publicè ex Vocalibus tres †[a] Patres fideles & graues, in celebrandæ electionis prędictæ Scrutatores eligendi, quorum (ſi poſſibile fuerit) vnus erit ex Prouincijs Galliæ, alter Germanię, vel Angliæ, tertius ex Prouincijs Hiſpaniæ, †[b] vel Portugalliæ, qui ſtatim ac ſe ſēſerint nominari, è Capitulo egrediantur, de quibus P. Prę̄ſidens omnium Vocalium vota requirat, †[c] in quos ſi maior pars conſenſerit; P. Præſidens eos ad ſe venientes iurare publicè faciet ſe ſummam fidem ſeruaturos in diſcuſſione & collatione calculorum; deinde eos confirmabit dicens: *Et ego N. Præſidens præſentis Capituli authoritate, qua fungor, confirmo vos in Scrutatores electionis de Priore Generali noſtri Ordinis de nouo in præſenti Capitulo celebrandæ,*

Deputatio Scrutatorū

 dans

dans vobis omnem authoritatem & poteſtatem, quam cæteri Scrutatores huiuſmodi electionis ſolent habere: In nomine Patris &c.

3. Si verò contigerit tres nominatos Patres, aut aliquem, vel aliquos eorum non acceptari, P. Præſidens alium, vel alios ex ijſdem Partibus (ſi fieri poſſit) proponat, donec de tribus Scrutatoribus prouiſum fuerit, vt ſupra.

Modus ferendi ſuffragia.

4. Ex tunc Vocales iuxta ordinem, quo recitati fuerunt, accedant ſucceſſiuè ad menſam, in qua ſint atramentaria, calami, & ſchedulę; ibique, cæteris neſcijs, ſcribat quilibet nomen in vna è ſchedulis illius Patris, quem in Priorem Generalem eligit, hancque ſtatim clauſam deferens ad aliam menſam paratam iuxta Præſidentem, in qua ſit vaſculus & catinus, reponat in dicto vaſculo, & ad ſuum locum redeat.

Scrutiniũ vocum.

5. Demum Scrutatores, facta priùs collatione numeri Vocalium, quem notauerant, ad numerum votorum ſeu vocum, quas in prædicto vaſculo inuenerint, calculabunt numerum vocum, quas in plures diuerſos Patres conueniſſe repererint: Si autem in quempiam maior pars eligentium conuenerit, procedetur ad publicationem, vt infra; ſi verò in nullum maior eligentium pars conſenſerit, iterum procedetur ad Scrutinium, quòuſque electio ſit canonica.

6. Fa-

6. Facta autem electione, campana Capituli ter pulſabitur pro Capitulo congregando, & Fratribus omnibus congregatis, primus Scrutatorum electionem pronunciãdo publicè dicat alta voce: *In nomine Domini N. Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno eiuſdem milleſimo &c. die &c. menſis &c. Ego F. N. primus Scrutatorum præſentis electionis, Spiritus Sancti gratia inuocata, nomine meo & nomine omnium, ad quos præſens pertinet electio, eligo in Priorem Generalem totius noſtræ Auguſtinianæ Religionis Admodum R. in Chriſto Patrem Fratrem N. de N.* Publicatio electionis Generalis.

7. Et ſtatim facto ſigno cum campanula Capituli, Campanæ omnes pulſentur, & Cantores ſolemniter incipiant: *Te Deum laudamus*, & omnes Fratres bini & bini, vt moris eſt, ad titulum Capituli ſe inclinantes, & proceſſionaliter cantantes, præcedente Cruce cum Accolythis, Eccleſiam ingrediantur, & is, qui in Priorem Generalem electus fuerit, poſt cæteros cum P. Præſidente incedens, genua flectat ante maius Altare, & P. Præſidens dicat: *Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum: Oremus: Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, prætende ſuper famulum tuum N. & ſuper congregationes illi commiſſas Spiritum gratiæ ſalutaris, & vt in veritate tibi placeat, perpetuum ei rorem tuæ benedictio-* Proceſſionaliter eũdum in Eccleſiam.

nis

nis infunde. Per Christum &c.

Confirmatio Generalis.

8. Quibus expletis, P. Præſidens ante Priorem Generalem electum ad medium Altaris accedat, & ſedeat è regione, confirmabitque eum hoc modo: tradet namque in manibus eius Sigillum magnum totius Ordinis, dicens: *Et ego authoritate, qua fungor in hac parte, confirmo te in Priorem Generalem totius Ordinis noſtri, dans tibi omnem authoritatem & poteſtatem in ſpiritualibus & temporalibus, quam cæteri Priores Generales eiuſdem Ordinis ſolent habere: In Nomine Patris &c.*

Obedientia à ſingulis præſtanda.

9. Deinde P. Præſidens, pulſantibus Organis, erigat illum, & ſedere faciat ad medium Altaris, & genibus flexis ante eum deoſculetur ei manum, poſteà ſurgens, ſedeat ad dexteram ipſius, ac deinde Reuerendiſſimus P. Generalis abſolutus ſimili modo faciat, & ſedeat ad ſiniſtram, & ſic cæteri ſucceſſiuè per ordinem faciant in ſignum obedientiæ & reuerentiæ, & ad loca ſua vadant; quibus expletis, dicto à P. Præſidente: *Adiutorium &c.* omnes bini & bini ab Eccleſia egrediantur.

NOTAE IN §. V.

†[a] *In Capitulo generali Romæ celebrato Anno 1685. ſtatutum fuit, vt deinceps adderetur*

alter

alter Scrutator ex Prouincijs Italiæ: ideòquè in futurum quatuor eligendi erunt in Scrutatores.

†[b] *In duobus Capitulis generalibus Romæ celebratis Anno 1679. & 1685. declaratum fuit, quòd in Scrutatorem pro Prouincijs Hiſpaniæ, ſub quarum nomine comprehenditur etiam Luſitania, poſſit quoque aſſumi ex Prouincijs Indiarum.*

†[c] *Quoàd Scrutatorum eligendorum propoſitionem, in multis iam habitis generalibus Capitulis factum eſt Scrutinium per Ballottulas de ijs, quibus non acceſſit vniformis Patrum conſenſus. Quod videtur magis conforme Conſtitutioni Pauli V.* Nuper à Nobis 13.*Iulij* 1614. *in Bull. Ordinis.*

CAPVT IV.

De agendis in Diffinitorio generali.

§. I.

De modo ſeruando in Diffinitorio, & de publicatione Secretarij Ordinis.

1. Diebus ſingulis ſequentibus, quouſquè Capitulum generale concludatur, Diffinitores omnes cum P. Præſidente, Reuerendiſſimo Priore Generali tam actuali Qualiter gerendum in Diffinitorio.

quàm

quàm abſoluto, ac R. Procuratore Ordinis, & PP. Aſſiſtentibus tum actualibus cum abſolutis, manè antequàm aliquid tractare incipiant, Miſſam audiant in loco ad hoc deputato & præparato, niſi eadem die vel Miſſæ conuentuali intereſſe, vel priuatas Miſſas celebrare debeant.

2. Audita verò Miſſa, vocati à Correctoribus Diffinitorij, qua hora P. Præſidenti videbitur, conueniant omnes in aliquo decenti ac ſecreto loco, vbi Altare, vel Imago aliqua poſita ſit, coram qua genibus flexis incipiat P. Prẹſidens ſine nota Hymnum: *Veni Creator &c.* cum Oratione: *Deus, qui corda &c.* Deinde ordinatè ſedeãt ad negotia totius Ordinis diſcutienda, & P. Prẹſidens dicat: *Adiutorium &c. Benedicite &c.* quando verò ſoluitnr Diffinitorium, dicat: *Sit nomen Domini &c.* ℞. *Ex hoc nunc &c.*

Diffinitorium generale mutare poteſt Conſtitutiones.

3. Prædicti autem P. Præſidens, Reuerendiſſimus P. Generalis tam actualis quàm abſolutus, R. Procurator Ordinis, PP. Aſſiſtentes tum actuales cum abſoluti, ac cæteri PP. Diffinitores de corpore Conſtitutionum demere & mutare, atque Conſtitutiones nouas facere poterunt, ſi eorum prouidẹ deliberationi videbitur expedire; ita tamen, vt Conſtitutio facta in vno Capitulo generali ſeruetur tamquàm ſtatutum, ſed robur

bur non habeat, itaut Conſtitutio dici poſſit, niſi in ſequenti generali Capitulo fuerit confirmata; & è conuerſo nulla Conſtitutio aliàs confirmata, abrogata cenſeatur, niſi per duo immediata Capitula generalia fuerit immutata, quamuis intereà obſeruanda non ſit.

Quid requiratur, vt Conſtitutio dici poſſit.

4. Cùm ad Priorem Generalem electum ſpectet prouiſio de ipſius Scriba ſeu Ordinis Secretario, proinde idem Prior Generalis poterit hoc loco illum Præſidenti ſignificare, qui mox toti Diffinitorio eumdem publicabit, & coram ſe vocatum ac genuflexum confirmabit, dicens: *Et ego authoritate, qua fungor in hac parte, confirmo te in Secretarium Ordinis, dans tibi omnem facultatem, quam cæteri Ordinis Secretarij habere conſueuerunt: In nomine Patris &c.* Ipſe verò deoſculata Præſidentis manu, ſi de corpore Diffinitorij fuerit, ibi remanens, publicè leget quęcumque legenda ſunt, & reliqua etiam Capituli Acta notabit.

Deputatio, & publicatio Secretarij Ordinis.

§. II.

De electione R. Procuratoris Ordinis, & PP. Aſſiſtentium.

1. IN primis, & ante omnia R. Procurator Ordinis ad iuſſum P. Pręſidentis ſur-

ſurgat, & coram eo humiliter genufleϲtat, & cùm dixerit ſuam culpam, proſternat ſe, & erectus ad vocem P. Præſidentis exeat è Diffinitorio, & ex tunc P. Præſidens diligenter & ſollicitè vitam & merita ipſius inquirat, & cum alijs conſideret & diſcutiat, & ſi eum dignum, promptum, ſollicitum, & fidelem inuenerint ad omnia,& ſingula,quę ad negotia totius Ordinis tractanda requiruntur, nihilque in eo compererint, propter quod ſit meritò Officio priuandus, debent potiùs ipſum in adminiſtratione Officij retinere, quàm ad aliam nouam electionem de eo, vel alio faciendam procedere; dummodò aliàs fuerit à Diffinitorio Capituli generalis legitimè electus.

Inquirendum de vita Procurat. Ord.

Non facilè mutandus.

2. Si autem, conſiderata ipſius Procuratoris Ordinis vita, ſollicitudine, ac fidelitate, videatur ipſis Patribus Diffinitorij, vel maiori parti ex eis non vlteriùs in huiuſmodi Officio tolerandum eſſe, ſtatim ad requiſitionem P. Pręſidentis coram omnibus Officio predicto renunciet, qui renunciationem acceptet, & eum ab Officio de facto abſoluat, eique præcipiat, vt de eo vlteriùs ſe nullatenus intromittat, & ex tunc Officio Procuratoris Ordinis eiuſque adminiſtratione ſit & habeatur priuatus.

Renunciatio Procurat. Ord.

3. Cùm autem hac, vel alia de cauſa electionem Procuratoris Ordinis fieri oportuerit,

Modus electionis eiuſdem.

fuerit, hic modus ſeruabitur, videlicet: Reuerendiſſimus Prior Generalis (cui præſertim ex Officio incumbit curare, vt res Ordinis noſtri per prouidos & diſcretos Viros adminiſtrentur, & eò magis in Romana Curia per egregium aliquem & circumſpectum Procuratorem generalem, qui eidem Patri Reuerendiſſimo in pertractandis Reipublicæ noſtrę negotijs, veluti dexter oculus, aut altera manus futurus ſit) adminus tres Patres Diffinitorio Capituli generalis proponat, qui vitę & famæ laudabilis in Ordine ſint, & præter ſufficientem ſcientiarum notitiam, facundia etiam atque elegantia latini ſermonis polleant, cùm ad Procuratoris generalis Officium præter alia pertineat Sac. Theologiam in Romano Gymnaſio † publicè profiteri, & Sermonem in Capella Domini Noſtri Papę in Aduentu & Quadrageſima facere. *Tres Patres proponendi à Generali.*

4. Ex quibus vnus per ſecreta ſuffragia, hoc eſt, per ſecretas ſchedulas à Patribus Diffinitorij eligatur, itaut in quem plura ſuffragia Patrum conuenerint, is pro Procuratore totius Ordinis habeatur, & à P. Præſidente confirmetur: & licèt in huiuſmodi electione priori loco ſit proponendus, qui priùs Magiſterij gradum adeptus fuerit, ſi tamen contingat aliquem extra tempus generalis Capituli à Reuerendiſſimo Patre ad Offi- *Electio Procuratoris non eſt canonica.*

Officium Procuratoris Ordinis per modum prouiſionis aſſumptum fuiſſe, is reliquis omnibus in prædicta propoſitione præferatur. Eodem modo procedendum eſt in electione Patrum Aſſiſtentium.

Electio PP. Aſſiſtẽtium.

NOTÆ IN §. II.

† *Lectio Sac. Theologię in Romano Gymnaſio ſublata fuit per Sixtum V. & loco eius Cathedra Sac. Scripturæ Ordini, non autem Procuratoris Officio aſſignata.*

Procuratores Ordinis abſoluti iiſdem exemptionibus, loco, & iure ferendi ſuffragium in Comitijs generalibus potiuntur, quibus Aſſiſtẽtis Officio perfuncti potiuntur & gaudent; prout decretum fuit, & vſu receptum in Capitulo generali Romæ celebrato Anno 1620.

§. III.

De litteris Diffinitorio miſſis.

1. VNus Diffinitorum de P. Præſidentis mandato litteras omnes Diffinitorio directas accipiet, & coram omnibus prędictis Patribus, ipſis videntibus & audientibus, leget; alter verò eorum quidquid ex litteris decidendum, reſpondendumvè fuerit, in aliquo ſpeciali quaterno ſeriosè notabit.

2. Po-

2. Poſteà duos, aut plures eligant Diffinitorij Cancellarios fidos ac prouidos, & qui ſecreta ſeruare norint, quos de ſingulis litteris nomine Diffinitorij tam reſponſiuis, quàm alijs ſine mora expediendis informabunt, illud memoria retinentes: *Dedecus eſſe litteris non reſpondere*, præcipuè Principum, ac Prælatorum, & aliorum, qui reuerentialibus forent reſpectibus proſequendi. Cancellarij Diffinitorij.

§. IV.

De diffinitionibus faciendis, & audientia præſtanda, & alijs.

1. TRactanda autem per hos Patres hæc præcipuè ſunt: Primò ſiquid mutandum ſit in Conſtitutionibus totius Ordinis, vel in Diffinitionibus aliorum Capitulorum generalium, & ſi quid de nouo diffiniendum, aut ordinandum pro morum reformatione, vel meliori totius noſtræ familiæ gubernatione ſit. Quid agendum in Diffinitorio.

2. Deinde examinandi ſunt Diſcreti de ſtatu Prouinciarum, vel Diffinitores, ſi Diſcreti non adſint, audiendique ſunt, ſi aliqua proponere habent ad ſtatum ſuarum Prouinciarum pertinentia, iuxta tenorem tamen litterarum teſtimonialium. Diſcreti audiendi.

3. Legendæ præterea litteræ referentes

Legendi ſtatus Conuentuum generaliũ. ſtatum omnium Conuentuum, qui ſub immediata cura Reuerendiſſimi P. Generalis poſiti ſunt.

Computum Generalis, & Procuratoris Ordinis. 4. Videndę etiam rationes accepti & expenſi in toto ſexennio tam per Reuerendiſſimum P. Generalem, quàm per R. Procuratorem Ordinis, quod intelligi volumus de pecunijs publici ærarij, ſeu Depoſiti, vel cuiuſcumque extraordinariæ Collectę, quæ non ſit ad cuiuslibet eorum ſuſtentationem ordinata.

§. V.

De electione venerabilium Prouincialium, & Priorum Conuentuum generalium.

1. VT autem Fratrum diſcurſus, & expenſæ nimię vitentur, ordinamus; quòd nec eo anno, quo Capitulum generale celebratur, neque etiam anno ſequenti in Prouincijs Italiæ Capitula prouincialia celebrentur; quare dictis Prouincijs de Prouincialibus pro biennio ſequenti prouidebitur hoc modo.

Proponantur tres pro Prouincialatu. 2. Reuerendiſſimus P. Generalis (licèt P. Præſidens interſit) tamquàm is, qui Fratres Ordinis meliùs cognoſcere ex officio tenetur, pro vnaquaque Prouincia tres Patres (ſi fieri poſſit eiuſdem Prouincię) probos

bos ac graues proponat,non habita quidem ratione antiquioris promotionis ad Magiſterium, ſed potiùs probitatis, doctrinæ, ac rerum experientiæ(nemini namque iniuriam inferri exiſtimamus, ſi digniores indignioribus præferantur) ex quibus incipiant ballottare eum, qui priorem locum in ordine tenet, hoc modo. Digniores prçferẽdi.

3. Qui fuerit vltimus in Diffinitorio dabit vnicuique ballottulas duas ex panno cõſutas, vnam albam, alteram nigram, & in medio tabulæ ponat buſſulam vnam, & dicat: *Qui vult eligere iſtum Patrem N. in Prouincialem Prouinciæ N. ponat in hac buſſula ballottulam albam;qui verò noluerit,ponat nigram;* & incipiendo à P.Præſidente per ordinem ſinguli ponent manum ſuper buſſulam, & abſconditè relinquent ballottulam albam, vel nigram, quam maluerint. Modus eligendi Prouinciales.

4. Quòd ſi plures ballottulę albę,quàm nigrę inueniantur,is electus eſſe cenſeatur, nec ampliùs procedatur: ſin minùs,ſecundus ſimili modo ballottetur;ſi verò nec in ſecundo, nec in tertio conuenerint, Reuerendiſſimus Pater alios proponat, quòuſque de Prouinciali illi Prouinciæ ſit prouiſum: ſubinde ad aliarum Prouinciarum prouiſionem ſimiliter procedatur.

5. Simili modo eligantur Priores Conuentuum generalium Italiæ, qui ſuum iam Simili modo fiat de Prioribus Conu. general.

biennium compleuerunt. Regentes & Familias prædictorum Conuentuum Reuerendiſſimus Pater inſtituet,

Aſſignandus locus futuri Capituli generalis.

6. Deinde aſſignetur locus Capituli generalis proximè celebrandi; & ſi quæ ſunt alia ſecundùm exigentiam temporum tractanda, ea omnia per P. Præſidentem proponentur, & ab omnibus decidantur, quæ omnes deciſiones ſcribantur diſtinctè, & in fine manu P. Presidentis, & omnium aliorum ſubſcribantur: quibus Reuerendiſſimus Pater (quòad ea quę attinent ad ſuam moderationem) humiliter obedire tenetur, & debet; quia etſi Pater eſt Ordinis excellentia ſingularis prælationis, Frater tamen etiam & par eſt voto profeſſionis.

Subſcribantur deciſa ab omnibus Diffinitoribus.

Litteræ P. Generalis ad Imperatorem, & Reges.

7. Scribantur quoque Litteræ per Reuerendiſſimum P. Generalem, & Diffinitores Imperatori, Regibus, & Principibus Chriſtianis commendatoriæ, & ſupplicatoriæ, vt Ordinem noſtrum Domino Noſtro Papę commendent, & fauoribus proſequantur, notificeturque eis de ſuffragijs & Orationibus pro eis ordinatis, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Coloniæ celebrato Anno Domini 1374.

De

§. VI.

De diffinitionibus , & electionibus publicandis.

1. Die vltimo quando dimittendũ eſt Capitulũ, congregentur omnes Fratres tam Vocales,quàm non Vocalesin loco Capituli,ter pulſata campanula clauſtri,ac poſteà pulſata campana minori ter etiam in Campanili, & dicto à Præſidente , *Adiutorium &c.Benedicite &c.*Primò legantur alta & intelligibili voce Decreta à Diffinitorio facta . Publicatio Decretorũ

2. Deinde Prouinciales & Priores Conuentuum generalium dicant culpas ſuas ſigillatim, & illi qui ſuum iã biennium compleuerunt, reſignent ſigilla P.Præſidenti, & ab eo abſoluantur his verbis : *Et ego, authoritate qua fungor,accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab Officio Prouincialatus talis Prouinciæ,vel Prioratus talis Conuentus : In Nomine Patris &c.* Reſignatio Prouincialatus.

3. Tertiò legantur nouę Prouinciarum, & Conuentuum generalium prouiſiones,atque Familiarum diſpoſitiones in hac forma, videlicet : Si Prouincialis Prouinciæ S. Auguſtini, qui pro tempore fuerit, ſuum biennium nondum compleuit tempore Capituli, ſic dicatur . *In Prouincia S. Auguſtini ſuum* Publicatio Prouincialium .

 bien-

biennium proſequatur Ven.Pater N. de N. pro ſequenti biennio præficimus in Prouincialem Venerabilem Patrem N. de N.

4. Si verò Prouincialis prędictæ Prouincię ſuum biennium iam compleuit, Officioque renunciauit, dicatur hoc modo: *In Prouincia S. Auguſtini præficimus in Prouincialem Ven. Patrem N. de N.* Ipſe verò, ſi præſens fuerit, ſtatim ſurgat, & coram P. Præſidente genua humiliter flectat, cui P. Præſidens Sigillum illius Prouinciæ tradens in manus, ipſum in Officio Prouincialatus

Confirmatio Prouincialium.

confirmabit, dicens hæc verba: *Et ego, authoritate qua fungor in hac parte, confirmo te in Prouincialem Prouinciæ S. Auguſtini, dans tibi omnem authoritatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam cæteri Prouinciales eiuſdem Prouinciæ ſolent habere: In nomine Patris &c.* & Prouincialis confirmatus deoſculata manu P. Præſidentis, accipiat Sigillum, & ad locum ſuum reuertatur.

5. Eodem modo quòad reliquos Prouinciales, ac Priores Conuentuum generalium, qui confirmandi ſunt, reſpectiuè & ordinatè fiat.

Pronuncietur locus futuri Capituli gen.

6. Poſt hæc pronuncietur locus futuri Capituli generalis; quo facto, dicat P. Præſidens alta & intelligibili voce: *Reſeruamus Nobis authoritatem, & poteſtatem determinandi, diffiniendi, ſtatuendi, reformandi, corrigen-*

di,

di, necnon mutandi, & confirmandi quæcumque geſta ſunt, quandiù Nos & Diffinitores omnes ſimul erimus; & ob hoc volumus, & præcipimus, vt nullus Diffinitorum poſſit intra illud tempus à loco Capituli generalis ſe abſentare: prout diffinitum fuit in Capitulo generali Florentiæ celebrato Anno Domini **1326.**

§. VII.

De modo dimittendi Capitulum.

1. TVnc ad ſignũ P. Pręſidentis Correctores diuini cultus incipiant Hymnum: *Magne Pater Auguſtine &c.* quem cantando Fratres bini & bini, vt moris eſt, ad titulum Capituli inclinantes, Eccleſiam intrent ordinatè: finito verò Hymmno, Correctores diuini cultus dicant in medio: *Ora pro nobis B. P. Auguſtine &c.* P. Præſidens dicat Orationem: *Adeſto ſupplicationibus &c.* poſteà ſedeat ipſe P. Præſidens, & cæteri poſt eum, & dicat: *Benedicite*, & reſponſo: *Deus*, habeatur Oratio in gratiarum actionem pro fęlici Comitiorum celebratione. Oratio pro gratiarum actione.

2. Commendenturque Fratrum tam præſentium, quàm abſentium Sacrificijs & orationibus primò Summus Pontifex, Eminentiſſimi Cardinales, ſpeciatim Eminentiſſimus Dominus Ordinis noſtri Protector,

Reuerendiſſimus Prior Generalis, Illuſtriſſimi Archiepiſcopi, Epiſcopi, Patriarchæ, cæterique Prælati omnes, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentes, maximè illi, in quorum locis Monaſteria noſtræ Sac. Religionis exiſtunt; deinde Sereniſſimus Imperator, Reges, Principes, Reipublicæ, Duces, alijque Domini Chriſtiani Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanę obedientes, & noſtrę Sacræ Religioni fauentes.

Memoria Benefactorum viuorum.

3. Particularis autem fiat eorum mentio, qui ſingularibus auxilijs noſtrum Ordinem proſequuntur, ſpecialia etiam beneficia, ſiquæ eo ſexennio contulerunt, referendo: deinde mentio fiat in genere omnium Benefactorum noſtrorum vtriuſque ſexus tunc temporis viuentium.

4. Vltimo gratię referantur eis, qui Capitulo noſtro ſuis eleemoſynis ſubuenerunt, vel actus noſtros, ſcilicet quotidianas Conciones, & Concluſiones publicas ſuo aduentu & conſpectu decorauerunt.

Preſcriptio Miſſarum.

5. Finita verò Oratione, legantur litteræ P. Præſidentis, quibus ſtrictè præcipiat omnibus & ſingulis Prioribus Conuentuum totius Religionis noſtrę, quatenus poſtquàm ad Conuentus ſuos peruenerint, vel eis conſtiterit de huiuſmodi litteris, infra ſpatium duorum menſium quilibet eorum in ſuo Cõuentu celebrari faciat tot Miſſas; ſcilicet,

vnam

vnam pro fęlici & tranquillo ſtatu Sanctiſſimi D.N.Papæ, & pro S.R.E.Cardinalibus, alijſque Prælatis; vnam pro Sereniſſimo Imperatore, alijſque Regibus, ac Principibus Chriſtianis,eorumque pace,ac victoria contra Infideles;vnam pro ſalute Eminentiſſimi Domini Cardinalis Protectoris Ordinis noſtri: vnam pro Reuerendiſſimo Patre noſtro Generali, alijſque noſtrę Religionis Prælatis; vnam pro Benefactoribus noſtris vtriuſque ſexus viuis; vnam denique pro Benefactoribus noſtris vtriuſque ſexus defunctis.

Pro Papa & Cardinalibus. Pro Imperatore & Regibus. Pro Cardinali Protectore. Pro Generali. Pro Benefactoribus.

6. Lectis litteris ſurgant omnes, & P. Præſidens dicat: *Oremus pro Papa Noſtro N.* ℟. *Dominus conſeruet eum &c.* P.Pręſidēs, *Oremus pro Benefactoribus noſtris viuis*, & proſequatur idem: *Retribuere dignare &c.* ℟. *Amen.* Tunc Correctores diuini cultus incipiant ſine nota Pſal. *Ad te leuaui &c.* Fratres proſequantur totum cum *Gloria Patri*; deinde Correctores, *Kyrie &c. Pater noſter* ſecretè: P.Præſidens, *Et ne nos &c. Saluos fac &c. Domine exaudi. Dominus vobiſcum. Oremus: Deus omnium Fidelium Paſtor & rector famulum tuum N. quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice, da ei quæſumus, verbo, & exemplo quibus præeſt proficere, vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Prætende Domine &c.*

Preces dicendę.

7. Dein-

7. Deinde flexis genibus fiat Confeſſio in communi: P. Præſidens facta abſolutione generali, ſecundùm quod in Officijs noſtri Ordinis continetur, concedat licentiam omnibus & ſingulis Fratribus noſtri Ordinis, tam præſentibus quàm abſentibus, vt poſtquàm ad eorum loca reuerſi fuerint, vel poſtquàm abſentibus conſtiterit, infra octo dierum ſpatium poſſint eligere Sacerdotem idoneum noſtri Ordinis, à quo in foro conſcientiæ ſemel tantùm poſſint abſolui, quemadmodum ab ipſo abſolui poſſent.

Confeſſio, & Abſolutio generalis.

8. Quo dicto, Correctores diuini cultus cum nota incipiant: *Te Deum laudamus*. Quo completo, P. Præſidens ante gradus Altaris dicat: *Saluos fac &c. Mitte eis Domine &c. Domine exaudi, Dominus vobiſcum. Oremus: Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone, vt inter omnes huius viæ, & vitæ varietates tuo ſemper protegantur auxilio: Per Chriſtum &c.*

9. Deinde dicat cum nota, *Adiutorium noſtrum &c. Benedicite*, ℟. *Deus*: poſteà vertat ſe ad Fratres, & det eis Benedictionem generalem, cum qua ſoluat Capitulum, dicens in cantu: *Benedictio Dei omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper.* ℟. *Amen.* Ex tunc Fratres recedant, & ad loca ſua in-

Benedictio Præſidētis dimittentis Capitulum.

no-

nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti pergant.

10. Antequàm verò omninò Diffinitorium ſoluatur, litterę, quæ ſunt Diffinitorio delatæ, producãtur in mediũ, inter quas, ſi fuerint aliquæ Sanctiſſimi D.N. Papæ, ſeu Eminentiſſimi Domini Protectoris, vel aliorum Prælatorum, aut Principum, vel Vniuerſitatum, alicuius etiam priuatæ perſonę, quæ ad futura porrigantur, aut commodum Ordinis, vel alicuius Prouinciæ, ſeu Conuentus concernere, aut aliàs memoria dignæ eſſe videantur, in Archiuio Ordinis noſtri Romæ reſeruentur, † vel in Regiſtro Ordinis fideliter de verbo ad verbum regiſtrentur, ſicut viſum fuerit expedire: reliquæ autem omnes igne comburantur. Quid faciẽdum de litteris Diffinitorio delatis. Archiuium Ordinis.

11. Diffinitiones verò Capituli generalis à Reuerendiſſimo Patre impreſſioni abſque dilatione dentur, Prouincijſque omnibus, atque Congregationibus noſtri Ordinis quamcitiùs mittantur, vt ab omnibus & ſingulis prò viribus obſeruentur, & exequutioni debitæ mandentur. Diffinitiones Typis mandandę

NOTÆ IN §. VII.

† *In Capitulo generali Anno 1685. diffinitum fuit inſtituendum eſſe à Reuerendiſſimo Patre Archiuiſtam generalem totius Ordinis,*

qui

qui ſit Vir doctus, & antiquitatis ſtudioſus, toto vitæ ſuæ tempore duraturus (non amouendus niſi propter notabiles defectus) qui maxima diligentia cuſtodiat, ordinetque omnes Ordinis Scripturas.

CAPVT V.

De Officio, & Authoritate Reuerendiſſimi P. Prioris Generalis totius Ordinis noſtri.

Obedientia P. Generali pręſtãda.

1. REuerendiſſimo Patri noſtro Priori Generali totius Ordinis pro tempore exiſtenti, tamquàm Patri, & legitimo ac vniuerſali Paſtori omni cum reuerentia, & ſubiectione, tam Prouinciæ, quàm Congregationes omnes, ac vniuerſi & ſinguli Fratres & Moniales noſtri Sac. Ordinis in omnibus, vt decet, obediant, memores profeſſionum ſuarum, in quibus eidem Obedientiam ſolemniter promiſerunt.

Pœna inobedientiũ.

2. Qui verò Priori Generali obedire recuſauerit, & in ipſa inobedientia obſtinatus per diem & noctem permanſerit, vltra pœnam impoſitam eis, qui Priori ſuo per diem & noctem inobedientes exiſtunt, quã omninò ſubire debet, per tres annos vtraque voce careat. (6. par. c. 20.)

3. Quòd ſi contigerit, vt aliquando in litteris Reuerendiſſimi Patris aliquid contineа-

ineatur, circa quod, ſi melius fuiſſet infor- Aliquando retardari poteſt executio litt. P.Gen.
iatus, aliter forſitan ſenſiſſet, ac ſcripſiſſet,
ermittimus, ne huiuſmodi litteræ exequu-
.oni mandentur, quin priùs ſuper ea re Re-
erendiſſimus Pater à Prouinciali per litte-
is conſulatur, & plenè informetur: Si ve-
ò poſt prædictam informationem Prior
ieneralis in ſua perſtiterit ſententia, volu-
ius, vt ei omninò obediatur: *melius nam-* Primo Reg. 15. 22.
ue eſt obedire, quàm ſacrificare.

4. Siquis autem verbo vel facto, directè Pœna diuidentium Ordinem.
el indirectè, per ſe vel per alium, quouis
olore quæſito, diuiſionem noſtri Sacri Or-
inis, cuius vnitas in vnitate Capitis conſi-
it, procurare auſus fuerit, tamquàm Schiſ-
iaticus & deſtructor Ordinis habeatur, &
oce, Officio, gradu, & quauis alia gratia
Ordine ſibi conceſſa priuetur, nec ad
ædicta valeat reſtitui niſi per Capitulum
enerale.

5. Eamdem ſubeat pœnam qui incon- Pœna introducentis nouum inſtitutum
ilto Priore Generali aliquod nouum Inſti-
itum viuendi in noſtra Sac. Religione in-
oducere attentauerit, vel procurauerit, vt
ſe vel alius ab Obedientia Prioris Gene- Pœna ſeparantis Cōuentum ab aliqua Prouincia.
ilis eximatur. Eamdem quoque pœnam
ibeat qui, ſiue Prouincialis, ſiue Prior exi-
at, attentauerit aliquem Conuentum ab
iqua Prouincia ſeparare, & alteri vnire
iconſulto Priore Generali.

6. *Ip-*

Regul.c. 11.

Qualis eſſe debeat P. Generalis.

Miſericors, & Iuſtus.

6. *Ipſe verò Reuerendiſſimus Pater, qui omnibus præeſt, non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fœlicem: circa omnes ſeipſum bonorum operum præbeat exẽplum*; liber etiam ab omnibus inordinatis affectionibus ſit, oportet; ne interiùs iudicium rationis perturbent; eoque modo laboret, rectitudinem & ſeueritatem neceſſariam cum benignitate & manſuetudine miſcere, vt nec ſe flecti ſinat ab eo, quod ex officio facere tenetur, nec filijs ſuis, vt conuenit, compati deſinat.

Magnanimus, & fortis.

7. Animi etiam magnitudo ac fortitudo eſt ei maximè neceſſaria ad res magnas pro augmento, & reformatione Ordinis aggrediendas, in eiſque conſtanter perſeuerandum; non propter contradictiones (licèt à magnis & potentibus excitatas) animum deſpondendo, nec ab eo, quod ratio & diuinum obſequium poſtulat, eorum precibus, aut minis ſe ſeparari ſinendo: paratiſſimus, ſi opus eſſet, ad mortem pro Ordine ſubeundam; nam *bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis*.

Ioan. 10. 11.

Vigilantiſſimus circa ſubſtantialia Ordinis.

8. Prior Generalis, in cuius cura & prouidentia Ordo totaliter requieſcit, circa ea, quę ſubſtantialia ſunt Ordinis, & ſtatum obſeruantiæ concernunt, diligentiſſimè inuigilare, & ad ea Diffinitorum Capituli generalis, Prouincialium ac Priorum Conuen-

:ntuum generalium ſæpè ſęp iùs animos in-
:are debet;maximè autem Prioribus Pro-
ncialibus præcipiendo , vt Priores omnes
:am communem cum Fratribus ſuis ób-
·uare faciant; nam ex particulari vita
atrum , ac eorumdem proprietate Mona-
ria diripiuntur, & ipſi Fratres ad omnem
·mmunem vtilitatem , in qua Ordinis ſta-
s conſiſtit, redduntur tepidi, & ob affe-
ım proprium quandoque communi vtili-
ti domeſtici inimici.

9. Cum ergo radix & fomes omnium
·è malorum ſit proprietas Fratrum, eam
:uerendiſſimus Pater omninò eradicare
ocuret, nulloque modo in noſtra Religio-
tolerari permittat, ſed quòd iuxta San-
ırum Apoſtolorum morem, ac D.P.noſtri
.guſtini Regulam communis omnibus vi-
ac omnium rerum temporalium inter ip-
; Fratres ſit beata communitas, vnde om-
ı bona profluenter proſperèque ſucce-
nt, totis viribus contendant.

Proprietas à Fratribus eradicanda.

Act. 4. 32.

Regul. c. 1.

10. Vt autem vniuerſum Ordinem in
:cta regularis vitæ obſeruantia faciliùs
ntinere poſſit & valeat, beneuolentiā Se-
Apoſtolicæ in primis, deinde Regum
Principum Chriſtianorum habere,& con-
uare procuret: faciat Conſtitutiones,or-
ıationes , ac diffinitiones noſtri Sac. Or-
ıis obſeruari, eas verò inuiolabiliter quæ
diſpen-

diſpenſationem prohibent: cùm Leges condere, & eas non obſeruare nonniſi Ordinem deludere, & animas Fratrum illaqueare dicatur; in alijs verò diſpenſationem minimè prohibentibus, ſiue ſint pœnales, ſiue non, in omnibus & ſingulis plenam authoritatem habeat diſpenſandi ob rationabilem cauſam.

P. Generalis leges curet obſeruari.

11. Diligenter quidem prouideat quomodo Studia, in quibus, poſt Dei cultum & inculpatos vitę mores, fundamentum Religionis conſiſtit, per vniuerſum Ordinem ſollicitè continuentur, & maximè quomodo generalia Studia in feruore & aſſiduitate lectionum & diſputationum conſeruentur, & apti ad Studium per ſingulas Prouincias Ordinis promoueantur, & ad hęc non ſolùm in generali Capitulo vigili & ſollicita cura debet intendere, ſed crebrò per litteras in prouincialibus maximè Capitulis Prouinciales, Diffinitores, Priores, Regentes, & Lectores debet inducere, & monere.

Curet, vt Studia floreant.

12. Prætereà curet ſollicitè, & prouideat quomodo Ordo noſter, ſi in aliquibus Partibus mundi debilis eſt, roborari & augeri poſſit, & ad hæc vigilet & inſiſtat, ac Prouinciales inſtantiſſimè moneat & hortetur.

Curet de augmento Ordinis.

13 Ordinem vniuerſum intra ſexennium (ſi hoc ſine vitæ ſuę diſcrimine facere poſſit) vel

Ordinem ſemel viſitet.

per ſe, vel per fidos ſibi Viſitatores viſi-
, vt cognoſcere valeat vultum totius Pe-
ris ſui, atque in Capitulo generali de ſta-
tótius Ordinis poſſit Diffinitores diſtin-
è informare.

14. Reuerendiſſimi Patris ordinaria Fa- De familia P. Generalis.
ilia hoc perſonarum numero conſtabit,
lo etiam aſſociatus Ordinem luſtrare, ac
itare ſibi licitum erit, videlicet: duobus
tribus Aſſiſtentibus iuxta Bullam, eo ma-
mè aſſumpto, cuius Prouincias viſitare
creuit, vno Magiſtro Socio, graui atque
perto, vno fido Scriptore linguæ latinę
n vulgariter perito, vno alio Fratre Lai-
rei familiaris curam gerente, vno Coco,
duobus alijs Seruitoribus ſęcularibus.

15. Quandocumque autem Reuerendiſ- Qualiter recipiendus in itinere.
num Patrem per Prouinciam aliquam
dinis quacumque ex cauſa tranſire con-
erit, Conuentus, ad quos declinauerit,
m tamquàm Patrem totius Ordinis cum
ni reuerentia & charitate recipiant, om-
aque ſibi,& ſocijs,famuliſque ſuis quòad
um & potum, iuxta Ordinis facultatem
entiſſimè ſubminiſtrent, nihil à commu-
ate Prouincię poſteà recepturi; ipſe tamen
Reuerendiſſimus caueat & aduertat, ne
 longa mora Conuentus Ordinis, pręci-
è tenues, nimis grauentur.

16. Cùm autem viſitandi gratia alicuius De occurſu Prouincialis P. Generali.

 Pro-

Prouinciȩ limites ingreditur, obuiam illi veniat Prior Prouincialis illiuſmet Prouinciæ, cumque comitetur ſemper quòuſque ad primum alterius Prouinciȩ locum perueniat: expenſas autem cibi & potus in eundo ab vno ad alium Conuentum, & alias extraordinarias ſanitatis vel infirmitatis, Cōuentus à quo receſſerit, ſoluat, recepturus poſteà à Priore Prouinciali quidquid in huiuſmodi prouiſionibus expēdiſſe oſtenderit; ipſe verò Prouincialis cum Diffinitoribus cuilibet Conuentui Prouinciæ pro rata quātum debeat ſoluere taxabunt, à qua ſolutione immunes ſint Conuentus illi, in quibus Pater Reuerendiſſimus iter faciens commoratus fuerit.

Taxa pro expenſis P. Generalis.

17. Ad eius Officium pertinet, ſi contingat infra ſexennium Officium Procuratoris Ordinis quacumque ex cauſa vacare, de alio Ordinis Procuratore, Viro graui, ſufficienti, & ſollicito prouidere, prout diffinitum fuit in Cap. generali Florentiæ celebrato Anno Dñi 1371. de cōſilio tamen PP. Aſſiſtentiū tamquā in re grauiſſima. Quod tamen intelligi volumus vſq; ad tempus Cap. generalis proximè celebrandi; tunc enim vel idē, vel alius erit à Diffinitorio eligēdus.

In defectu Procuratoris Ordinis, alium ſubſtituere poteſt.

18. Ad eius etiam Officium pertinet Priores Prouinciales canonicè electos confirmare, & eoſdem corrigere, ſuſpendere, & etiam

Authoritas Generalis circa Prouinciales.

:iam priuare, ac abſoluere, ſi ſecundùm
rdinis ſtatuta caſus emerſerit priuationis
:l abſolutionis. Inſuper Priores conuen-
ıales canonicè electos, ſi eorum electioni
terſit, aut electio ſibi delata ſit, vel ſi ele-
i ex alia Prouincia aſſumantur, Prior Ge-
:ralis confirmet, & tam eos quàm omnes
ios Officiales Ordinis (ſi opus fuerit) ab-
luere poterit. Ad illum etiam pertinebit,
ıos in litterarum Studijs profeciſſe co-
ıouerit, Gradibus decorare.

Gradus cõferre poteſt.

19. Prouincias Ordinis diuidere, vel
ıire poterit, prout ſuæ diſcretioni videbi-
r expedire, ſicut ei commiſſum fuit in Ca-
:ulo generali Montiſpeſuli celebrato An-
› Domini 1324. Poterit item locellos, &
rum poſſeſſiones Conuentibus maioribus
proximioribus vnire, prout diffinitum
it in Capitulo generali Paduæ celebrato
ıno Domini 1358. et ſicut edicto Pij V.
utum eſt; nemini tamen concedat Conuen-
m aliquem ad vitam, niſi quiſpiam locum
ſum de nouo fundauerit, vel aliàs quomo-
›libet de nouo acquiſierit.

Facultas diuidẽdi Prouincias.

20. Conuentibus generalibus prouide-
: tam de Capite, quàm de membris, tam-
àm ijs, qui ſub eius immediata cura, regi-
.ne, ac protectione poſiti ſunt, prout diffi-
:um fuit in Capitulo generali Neapoli ce-
›rato Anno Domini 1539. ſunt autem hi,

Facultas erga Conuentus generales.

qui ſequuntur, videlicet, *in Italia*.
Conuentus S. Auguſtini Papienſis.
S. Auguſtini Romanus.
Conuentus generales Italię.
S. Auguſtini Neapolitanus.
S. Iacobi Bononienſis.
S. Marci Mediolanenſis.
Eremitarum Patauinus.
S. Stephani Venetus.
S. Spiritus Florentinus.
S. Auguſtini Peruſinus.
S. Auguſtini Senenſis.
S. Auguſtini Genuenſis.
S. Nicolai Piſanus.
S. Auguſtini Anconitanus.
S. Ioannis Euangeliſtæ Ariminenſis.
S. Auguſtini Piſaurenſis.
S. Margaritæ Taruiſinus.
S. Euphemiæ Veronenſis.
S. Auguſtini Firmenſis.
S. Auguſtini Panormitanus.
S. Auguſtini Montis S. Sauini.
S. Auguſtini Recanatenſis.
S. Auguſtini Eugubinus.
S. Auguſtini Meſſinenſis.
S. Marię Nouellæ Brachianenſis.
S. Auguſtini Theatenſis.
S. Michaelis Vincentinus.
S. Marci Tridentinus.
S. Auguſtini Aquilanus.
S. Antonij Pulcinenſis.

S. Au-

Digitized by Google

S. Auguſtini Cęſenatenſis.
S. Laurentij Placentinus.
S. Auguſtini Calaritanus.
Extra Italiam verò, Extra Italiam.
Conuentus S. Auguſtini Pariſienſis.
S. Auguſtini Viennenſis.
S. Auguſtini Tholoſanus.
S. Auguſtini Montiſpeſulanus.
S. Ioannis Euangeliſtę Auenionenſis.

Et quicumque alij per Capitulum dumtaxat generale ſub immediata cura Reuerendiſſimi Patris pro tempore poſiti fuerint. Nouos deputare ad Capitulum generale ſpectat.

21. Loca de nouo capienda vel mutanda de Prioris Generalis licentia capiantur, vel mutentur, ſi commodè haberi poteſt, hoc eſt, ſi ab illis partibus non nimis diſtat, aliàs ſufficere volumus licentiam Prouincialis ac Diffinitorum.

22. Fratres de vna Prouincia ad aliam Reuerendiſſimus Pater, & non alius remoueat, niſi adſit conſenſus vtriuſque Prouincialis: querelas Fratrum patienter audiat, & diſcretè, ſi opus fuerit, prouideat, cui tamen nullus querelam facere audeat, niſi propter defectum Prioris Prouincialis; aliàs non ſolùm non audiantur, ſed etiam corripiantur huiuſmodi querelas facientes. Generalis tantùm remouere poteſt de vna Prouincia ad aliam.

23. Apoſtatæ quidem de Citramontanis Prouincijs, qui vltra tres menſes in Apoſtaſia ſteterint, & Apoſtatę de Vltramonta- Ad ipſum ſpectat Apoſtatas abſoluere.

nis Prouincijs, qui eadem vagatione diſcurrerint vltra annum, ſi ad Ordinis gremium recipi mereantur, à Reuerendiſſimo Priore Generali, vel de eius licentia expreſſa, & non aliter ſint recepti.

Item Præſidentes cōſtituere.

24. Vicarios, ſeu Præſidentes in Capitulis Prouinciarum, ſiue Congregationum, quando ipſe Reuerendiſſimus Pater adeſſe non poterit, omninò faciat, ſicut ſuę diſcretioni videbitur expedire, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1497. ſub hac forma. *Quia authoritas Ordinis in P. Generali immediatè ex Papa deſcendit, & ab ipſo Generali in Prioribus Prouincialibus & Vicarijs Congregationum diffunditur; volumus & mandamus, vt Prior Generalis pro poſſe conetur Capitulis Prouinciarum, & Congregationum ſingularum intereſſe; vbi verò id fieri non poſſe viderit, per Litteras ſuas clauſas Fratribus in Capitulo congregatis vnum ſignificet, qui locum ſuum teneat, & hoc nullo modo ommittat, ne exinde Ordinis authoritas aut tollatur, aut frangatur.* Hæc ibi.

Prouinciales in Præſidentes nō eligendi.

25. Nullum verò pro huiuſmodi munere deſignet ex his, qui illo anno fuerunt Prouinciales, vel Vicarij Congregationum, hoc enim prohibitum fuit in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1284.

26. Si autem Reuerendiſſimus Prior Gene-

ne-

neralis fortè, aut ob ſenectutem, aut ob aduerſam valetudinem, quæ ipſum ab exequutione Officij Generalatus Aſſiſtentium iudicio perpetuò impediret, vel etiam quia ipſe inſtantiſſimè abſolui poſtulauit, fuerit à Generalatus Officio miſericorditer, & legitimè abſolutus, ipſi nihilominus tamquàm perſonæ venerandæ, qui omnium noſtrum curam geſſit, reuerentiam & honorem omnes vbique humiliter exhibeant, omneſque ei locum cedant, Priore Generali excepto.

Priuilegia Generalis abſoluti.

27. Ipſe verò exemplum ædificationis & ſanctitatis, moribus & vita omnibus præbeat: officium quidem nullum inferius à Generalatu de cęterò in Ordine habeat; nullus enim ſine deſpectu Ordinis poteſt ad aliquod Officium particulare aſſumi, qui multitudini præfuit vniuerſę.

Nullum aliud Officium à Generalatu habeat.

28. In Diffinitorijs Capitulorum generalium & prouincialium quorumcumque, ſi adeſſe voluerit, vocem habebit.

In omnibus Diffinitorijs vocem habeat.

29. Et ſicut fuit diffinitum in Capitulo generali Paduæ celebrato Anno Domini 1306. poterit ipſe in quacumque parte Ordinis noſtri ad ſuam quietem, pacem, & conſolationem eligere ſibi vnum locum, in quo ipſe degat cum vno Socio, qui ei ſeruiat, & conuentualis exiſtat, nec inde inuitus ipſe, vel Socius eius per aliquem Officialem Ordinis valeant remoueri: prouideatur etiam

Quemcumque Conuentum ſibi poſſit eligere.

eidem loco de Priore & familia, prout idem Reuerendiſſimus Pater poſtulabit.

Solus Generalis ſuper factis eius intendat.

30. Item volumus & præcipimus, quòd ſolus Prior Generalis, vel eius Vicarius ad hoc ſpecialiter deputatus ſuper factis eius poſſit viſitare, vel ipſum corrigere, ſi errare in aliquo (quod Deus auertat) contigerit.

Priuatus Officio priuilegijs nõ gaudet.

31. Nolumus tamen huiuſmodi gratijs illum frui, qui ob ſua demerita Officio Generalatus fuerit priuatus. Exceſſus verò pro quibus Prior Generalis poterit priuari, ſi de re ſufficientiſſimè conſtiterit, & probationes exceſſuum fuerint efficaciſſimę, morali modo loquendo (nam qui curam aliorum habent pręcipuè tam vniuerſalem, iniuſtè calumniam à multis pati, varias ob cauſas poſſunt) exceſſus, inquam, ſunt iſti videlicet.

Exceſſus, pro quibus priuari poteſt.

32. Si minus benè in Fide Catholica ſenſerit; ſi Dei timore poſtpoſito inhoneſtã vitam duxerit; & ſi Conſtitutiones ac ordinationes, diffinitioneſque laudabiles noſtri Sac. Ordinis per Ordinem ſeruari non fecerit, ita ſcilicet vt probatas, vel manifeſtas, graues, & enormes Fratrum culpas ſæpè diſſimulet, nec ſecundùm Ordinis ſtatuta corrigat.

Vicarius Apoſtolicus.

33. Prætereà ſtatuimus, vt decedente Reuerendiſſimo Priore Generali, Vicarius Ordinis ſit quicumque à Sanctiſſimo D. N. Papa pro tempore exiſtente fuerit inſtitutus, cui

ui obedire nemo recuſet, ac ſi eſſet Prior Generalis: ipſe verò Capitulum generale celebrari omninò curet primo Feſto Pentecoſtes, ſi ante illud adminus per ſex menſes Vicarius inſtitutus fuerit; ſin minùs in Feſto Pentecoſtes anni ſequentis; niſi iam per Generalem defunctum Capitulum generale conuocatum fuiſſet: tunc namque breuitas temporis non obſtabit, quominùs ſtatuto tempore Capitulum generale celebretur.

34. Debeat autem de ſua inſtitutione, mox vt fuerit Vicarius inſtitutus, ad omnes Prouincias Ordinis litteras mittere, & omnibus caſibus emergentibus prouidere vſque ad tempus Capituli generalis; dummodò locum deſignatum pro Capitulo generali celebrando non mutet, neque de electione eorum, qui vocem in eo ſunt habituri, ſe penitus intromittat. *Debet monere Prouincias de ſua inſtitutione.*

35. Eodem etiam modo procedendum erit quando Prior Generalis ad aliquam ſuperiorem Dignitatem aſſumptus fuerit, vel Officium Generalatus extra tempus Capituli generalis quauis ex cauſa vacauerit.

36. Volumus autem & declaramus, vt deficiente quocumque modo Priore Generali, Vicarij eius in Prouincijs, vel Conuentibus Vicariatus Officium nihilominus exerceant, quòuſque à ſuccedente in Officio Generalatus *Deficiente Generali eius Vicarij perdurant.*

nera-

neralatus eorum authoritas expreſsè interdicatur,

Litteræ etiam Præſidentię in ſuo robore manent.

37. Litteræ quoque Præſidentiæ alicuius Capituli prouincialis ſuum ſortiantur effectum, ac ſi Prior Generalis in Officio eſſet, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Veronæ celebrato Anno Domini 1377. per B. Bonauenturam Patauinũ Martyrem, & Sanctæ R. E. Cardinalem, noſtri Sac. Ordinis tunc temporis Generalem.

CAPVT VI.

De Officio, & authoritate R. Procuratoris generalis Ordinis noſtri, & de ordinatione Conuentus Romanæ Curiæ.

Facultas Procuratoris generalis.

1. Reu. Procurator Ordinis omnia negotia noſtræ Religionis in quocumque caſu in ipſa Romana Curia tractanda, authoritate pręſentis Conſtitutionis agere, & proſequi in omnibus & ſingulis plenariè poſſit: cui etiam facultatem concedimus, quandocumque neceſſe fuerit, vt liberè poſſit vnum vel plures Procuratores ſubſtituere ad lites & cauſas, ac cętera negotia expedienda.

Alios Procuratores ſubſtituere poteſt.

Semper ſit in Curia Romana.

2. Volumus tamen vt in arduis negotijs Reuerendiſſimus Pater, ſi poſſibile fuerit, conſulatur. Curiam ipſam Romanam

m ſemper comitetur, neque ab ea diſce-
t niſi ad breue tempus, vel ob vrgentiſſi-
am cauſam, ac de licentia Reuerendiſſimi
atris, ſi non nimis diſtauerit. Curam etiam
abeat publici Depoſiti totius Ordinis ſi-
ul cum aliquo per Priorem Generalem
eputando, & de eiuſdem Ærarij pecunijs
mul cum ſocio deputato in Capitulo ge-
erali rationem reddere teneatur.

Curam habeat publici Depoſiti

3. Eidem quoque R. Procuratori Ordinis omnes & ſinguli Fratres, ad locum Curiæ declinantes, litteras Obedientiæ præſentent, niſi adſit Pater Reuerendiſſimus, & quamprimùm fieri poſſit, cauſam totam, pro qua venerunt, aperiant & exponant ei, & tam in his quàm in alijs negotijs ipſi obediant, & ſecundùm eius conſilium & mandatum ſe regant.

In abſentia Reuerendiſſimi Patris Obedientiales ipſi oſtendendæ.

4. Quòd ſiquis ad locum Romanæ Curiæ accedere auſus fuerit ſine debita licentia, † pœnam ſubeat in Cap. de Apoſtatis taxatam, de qua ſi aliqua difficultas oriatur, iudicare habebit R. Procurator Ordinis cum PP. Aſſiſtentibus, ac Venerabilibus Priore & Regente in Curia memorata: ſimiliter ſiquis cauſam aliquam vel ſupplicationem aduersùs aliquem præſumpſerit propoponere in Curia Romana abſque ſcitu & voluntate prædicti R. Procuratoris Ordinis, pœnam ſubeat grauioris culpę per duos menſes.

Pœna Romam venientium abſq; licentia.

6. par. c. 14.

Pœna recurrentiũ inſcio Procuratore.

5. Nul-

Nemini licet frequẽtare Curiã

5. Nullus quidem tam de forenſibus, quàm de conuentualibus ad Curiam Domini Papæ, nec ad palatium alicuius Cardinalis, nec ad domum Camerarij, Vicecancellarij, Notariorum, Auditoris contradictarum, vel alterius Curialis vel Officialis, ſeu quorumcumque Prælatorum in Romana Curia exiſtentium, pro aliquo negotio perſonaliter accedere, vel mittere ſine licentia ipſius R. Procuratoris audeat vllo modo.

Priori, ac Suppriori Conuentus Vrbis licet.

6. Priori vel Suppriori ipſius Conuentus liceat Dominum Papam & vniuerſos Cardinales, ac etiam alios Curiales, interdum pro deuotione & beneuolentia eorum captanda, & retinenda viſitare, & pro eleemoſynis Conuentus dumtaxat petendis (vt moris eſt aliorum Religioſorum) ire vel mittere: alioquin nihil Prior vel Supprior, ſeu aliquis alius Frater Ordinis pro ſe, vel pro Ordine, ſeu pro aliqua alia perſona, vel loco petere, vel impetrare, vel procurare præſumat, abſque Reu. Procuratoris ſcitu & licentia; illum ſanè, qui aliter aliquid petere, procurare, vel impetrare prẹſumpſerit, tamquàm temerarium prẹuaricatorem mandatorum increpet, & corrigat ſecundùm quod delicti merita ſibi ſuadebunt, tenore Conſtitutionum ſeruato.

Pœna Contrauenientium.

7. Illos autem, qui in eundo Curiam, vel ibidem ſtando, aliquid dicto vel facto

com-

nmiſerint, propter quod poſſit Ordini ndalum aliquod exoriri, vel ipſe Ordo ta infamię denigrari, corrigat & puniat, cundùm quod culpa delictorum requirit: opter quod pręter carcerem Conuentus ırię Reu. Procurator Ordinis habeat vnũ ium carcerem firmum cum compedibus ·o Apoſtatis & ſcandaloſis Fratribus in conſpectu Curiæ Ordinem denigrantibus, nibi detrudendis. Authoritas Procuratoris Ordinis.

8. Exceſſus tamen in Conuentu ipſo ommiſſos diſciplinæ Prioris in omnibus ·elinquat: ſiquando autem Conuentus Curiæ à Fratribus forenſibus nimium grauaretur, aliquibus de eis magis neceſſarijs retentis, alios ad loca circumadiacentia mittat, in quibus morentur de eius mandato, donec ipſi viſum fuerit expedire.

9. Cùm ergo in omnibus, quæ de rebus Ordinis in Romana Curia ventilantur, vniuerſus Ordo in prouidentia & circumſpectione Reu. Procuratoris generalis quieſcat, omni ſollicitudine & prouidentia in promotione, & expeditione ipſorum negotiorum vigilet, & perſiſtat, ne irrecuperabiliter pereat Ordini, quod deberet ſua ſollicitudine procurari. Ipſi verò Reu. Procuratori Prior & Regens, & cęteri alij Fratres de Conuentu tamquàm legitimi ſuæ Religionis Filij in opportunitate, vt par eſt, aſſiſtant, ipſumque reuereantur. In negotiorum expeditione vigilantia.

10. Ha-

10. Habeat vnum Socium, ac etiam vnum famulum, & tam ipſi, quàm ſocijs à Conuentu, in quo reſidebit, conueniens & honeſtus cibus & potus iuxta poſſibilitatem loci ſubminiſtretur, & cùm ad Palatium ſeu aliò ire voluerit, Fratrem aliquem de forenſibus ſecundùm ſuam voluntatem accipiat; qui ſi de conuentualibus ducere, vel cum aliquo forenſi Fratre aliquem mittere voluerit, illum à Priore benedictionem petere iubeat: in caſibus tamen repentinis & improuiſis, qui nullam dilationem patiuntur, recipiat ſocium ad votum, quoties talis neceſſitas apparebit, ſine ſcientia & requiſitione Prioris.

Familia Procuratoris Ordinis.

11. Quia verò Ordo noſter poteſt à familia Conuentus Romanæ Curiæ nota ſcãdali non modica denigrari, ad ordinationem eius deliberatione, & diligentia præuia eſt procedendum. Statuimus igitur inuiolabiliter obſeruari, vt in ipſo loco Curię à Reuerendiſſimo Priore Generali Frater aliquis pro Priore ponatur, quem fama & vita probet laudabilem, & longæua & religioſa eius conuerſatio Ordinis Zelatorem.

Qualis eſſe debeat Prior Conuentus Vrbis à Reuerendiſſimo P. eligendus.

12. Familia quoque tam ſtudij, quàm Fratrum de Conuentu ab eodem Priore Generali ex toto Ordine deligatur, in qua fulgeat doctrina, & morum honeſtas tanta, quanta eſſe debet in oculis Vicarij Domini

Familia Romani Conuentus quanta, & qualis.

Noſtri

Noſtri Ieſu Chriſti, & Sacroſanƈti Cardinalium Senatus, ac tot Prælatorum, qui quotidiè Romanam Curiam frequentant. Vita quoque Prioris & Fratrum in cibo & potu ſit communis, tantaque in eis reſplendeant ſigna Religionis & Obſeruantiæ, vt in omnibus Ordinis noſtri Conuentibus ad exemplum eorum regularis vitæ inſtitutio reſtauretur, & reformetur. Vita Communis.

NOTÆ IN CAPVT VI.

† *Sub pœna priuationis vtriuſque vocis per biennium, & alijs arbitrio Superiorum infligendis, debita licentia Romam veniendi habenda eſt à Reuerendiſſimo P. Generali, vel ab Eminentiſſimo Domino Protectore iuxta Decretum Clementis VIII. 25. Iulij 1599. Quam etiam concedere poterit Prouincialis ex cauſa communi totius Prouinciæ dumtaxat, prout decreuit idem Pontifex 20. Martij 1601. Addita reſeruatione prædictæ pœne Sanctitati Suæ: & Superioribus ſingulis, etiam Generali, ac Protectori eamdem moderandi ac relaxandi facultate penitus interdicta. Hęc autem de mandato Sanctiſſimi D.N. Vrbani VIII. nuper innouata ſunt, & confirmata 21. Septembris 1624.*

CAPVT VII.

De Officio, & authoritate RR. PP. Aſſiſten-ſtentium generalium.

Qualitates Aſſiſtentiũ.

1. CONſtitutione Clementis Papæ VIII. perpetuò valitura ſtatutum fuit, vt in Ordine noſtro duo † in Reuerendiſſimi P. Generalis Aſſiſtentes conſtitui, & deputari deberent in Capitulo generali: eorum verò alter Citramontanus, alter Vltramontanus, ſed vterque in Sac.Theologia Magiſter, ac Sacerdos, & in quadrageſimo ſaltem ſuæ ętatis anno conſtitutus, vitæque innocentia, rerum vſu, ac doctrina maximè commendatus eſſe debeat.

Abſque eorum conſilio nil Generalis decernat.

2. Aſſiſtentium autem prædictorum conſilio Reuerendiſſimus Pater, vt faciliùs & accuratiùs vniuerſa Ordinis negotia, quæ ad ſuum pertinent Officium expedire poſſit, aſſiduè vti debet; ipſique Aſſiſtentes in decernendis Ordinis negotijs perpetuò eidem aſſiſtant, illumque quòcumque ierit comitentur & aſſocient, & Reuerendiſſimus ipſe abſque eorum conſilio nihil decernere valeat.

Aſſiſtentiũ Officium quantum duret.

3. Ipſorum Aſſiſtentium Officium ad ſexennium tantùm duret, quo finito alij duo ſimiles in Capitulo generali huiuſmodi (vt prę-

prædicitur) eligi debent.

4. Sed ſi intra ſexennium Aſſiſtentes prædicti, aut alter eorum deceſſerit, vel ipſorum Officium per dimiſſionem, vel amiſſionem, vel aliàs quomodocumque vacare contigerit, tunc aliorum Aſſiſtentium, qui vſque ad proximè futurum generale Capitulum durent, in deficientium locum ſubrogatio & electio ad Romanum Pontificem Sedemque Apoſtolicam ſpectet, & reſeruata exiſtat. *Electio intra ſexennium ad Papam ſpectat.*

5. Aſſiſtentes huiuſmodi eorum Officio durante Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti ſint; ſi verò interim crimen aliquod (quod abſit) commiſerint, propter quod eorum Officio de iure priuandi ſint, tunc Proceſſus informatiuus contra illos à P. Reuerendiſſimo, de licentia tamen Eminentiſſimi Protectoris Ordinis fieri, & ad Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, Sedemque Apoſtolicam tranſmitti debeat, ad quos eius cauſę cognitio & definitio pertineat. Exacto verò Aſſiſtentis Officio Priori Generali immediatè ſubiecti remaneant. *Sedi Apoſtolicæ immediatè ſunt ſubiecti.* *Finito Officio, Generali ſubijciũtur.*

6. Hi prętereà Aſſiſtentes in omnibus prædicti Ordinis negotijs votum habeant conſultiuum, Paterque Reuerendiſſimus pro illorum expeditione bis in hebdomada ipſis Aſſiſtentibus negotia huiuſmodi communicare, eorumque conſilium ſuper illis requirere debeat. *Congregatio cum Aſſiſtentibus bis in hebdomada.*

O 7. In

In grauioribus nego tijs votum habent pluſquam conſultiuum.

7. In quibuſdam tamen grauioribus caſibus, veluti in Vicarij Generalis nominatione, Prouincialium priuatione, aut Legũ, Statutorum, & Decretorum, quæ ad vniuerſum Ordinem ſpectant promulgatione, in Commiſſarijs Generalibus alicubi inſtituendis, Viſitatoribus Prouinciarum deputandis, pœna triremium, & carceris vltra annum, aut exilij vltra biennium irroganda, aut vocis actiuę & paſſiuæ priuatione, alijſque ſimilibus: ſi Aſſiſtentes fuerint concordes, & in voto contrario Reuerendiſſimi P. Generalis, tunç (retardata exequutione voti Generalis) eius rei cognitio ad Sac. Congregationem Eminentiſſimorũ S.R.E. Cardinalium, negotijs Epiſcoporum & Regularium præpoſitam, ſpectet, quęque prout ſibi expedire videbitur, determinet, & exequi faciat, prout declaratum fuit per Vrbanum Papam VIII. die 15. Aprilis Anno Domini 1628. Si verò contingat vota eſſe diuerſa, tunc ea ſententia præferatur, quę à Reuerendiſſimo Patre magis probabitur.

Pœna triremium infligi poteſt ab Ordine

In votorũ diſcrepantia quid faciendum.

Pręcedentia Aſſiſtentium actualium.

8. Cæterum ijdem Aſſiſtentes pro tempore dum eo munere funguntur, in quibuſcumque locis, & actibus Ordinis noſtri locum habeant immediatè poſt Reu. P. Procuratorem generalem actualem; finito verò Officio, habeant locum immediatè poſt Aſſiſtentes pro tempore exiſtentes.

Abſolutorum præcedentia.

9. Vt que

9. Vtque pro eius muneris qualitate congruè ſuſtentari poſſint, eiſdem Aſſiſtentibus, dum in Officio fuerint, congrua ad eorum ſuſtentationem ſtipendia ex communibus Prouinciarum, & domorum Ordinis noſtri redditibus aſſignari debeant; dummodò eorum Officio finito, in Capitulo generali de habitis & receptis, expenſiſque per eos factis, fidele computum reddant, cum reliquorum ſatisfactione eorum, quæ ſupererunt. Aſſiſtentiū Collecta.

10. Ne autem Dignitatis memoria poſt Officij functionem ſordeſcat, declaramus, quòd RR. PP. Aſſiſtentes poſt abdicationem Officiorum ius habeant ferendi ſuffragium in Comitijs generalibus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Recineti celebrato Anno Domini 1602. Abſoluti vocem habeant in Capitulo generali.

11. Aſsiſtentes verò Vltramontani finito eorum Officio ad ſuam Prouinciam redire teneantur, & ad id per Reuerendiſſimum P. Priorem Generalem (ſi opus fuerit) opportunis Iuris, & Facti remedijs cogendi erunt, prout ſancitur in Breui Apoſtolico Vrbani Papæ VIII. ſub die 25. Nouembris 1626. Vltramontani finito Officio ad ſuam Prouinciam redeant.

12. Eiſdem autem Vltramontanis Aſſiſtentibus abſolutis authoritate Apoſtolica indultum fuit, quòd ex priuilegijs ſibi aliàs iam conceſsis, & reuocatis, nullo alio niſi Eorumdē priuilegia

ſolo loco pręcedentiæ, & voce, ſeu voto in Diffinitorijs (ſed in propria tantùm cuiuſque Prouincia)frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint;& ne in alijs Prouincijs tãti Officij memoria ſordeſcat, conueniens reputatum fuit, vt ſi tales Aſſiſtentes abſoluti ad illas ex aliqua rationabili cauſa declinauerint, ſic recipiantur & tractentur, vt memoria Officij apud eas etiam in veneratione conſeruari valeat, prout in litteris Apoſtolicis eiuſdem Vrbani Papæ VIII., ſub die 10.Iulij 1631. latiùs continetur.

NOTÆ IN CAPVT VII.

† *In Capitulo generali Romæ celebrato Anno 1655. electi fuerunt tres Aſſiſtentes generales pro omnibus Prouincijs Vltramontanis; idemque obſeruatum fuit ſucceſsiuè in quinque alijs Capitulis generalibus ſubſequentibus: ideòque iam non duo tantùm, ſed quatuor Aſsiſtentes in Ordine noſtro inueniuntur, vnus ſcilicet Citramontanus, & alij tres Vltramontani.*

CA-

CAPVT VIII.

De Officio, & authoritate Viſitatorum Reuerendiſſimi Patris Generalis.

1. Reuerendiſſimus P. Generalis ſemel in ſexennio, niſi ipſe perſonaliter viſitare voluerit(quod quidem, quotieſcumque ſibi videbitur, facere poterit) per ſuos Viſitatores prouidos & diſcretos, iuſtitiæ & religionis precipuos zelatores, ac in ſacris litteris ſufficienter eruditos, vniuerſum Ordinem viſitare faciat, quibus tantam communicet per ſuas litteras authoritatem, quantam ſibi videbitur expedire: quos etiã, propter nimias expenſas vitandas, ex ipſis Prouincijs, vel ex propinquioribus deſignabit, niſi aliter ſua diſcretio iudicauerit faciendum. Ipſi verò Viſitatores officium ſicut eis commiſſum fuerit,& non aliter omni ſollicitudine & diligentia adimplere curent; nec vnus ſine alio in actu viſitationis quidquam facere etiam de alterius conſenſu poterit, ſed ambo omnia & ſingula exequentur. *Viſitatores generales quales eſſe debeãt* *Ne vnus ſine alio quidquam faciat.*

2. Corrigant & reforment, & delicta in vnoquoque iuxta Ordinis noſtri inſtituta puniant; nullum tamen Prouincialem, nec Priorem alicuius Conuentus generalis pri- *Authoritas & poteſtas Viſitatorum.*

uare, ſeu abſoluere poterunt: ſi tamen inuenerint aliquem ex pręd ictis priuatione dignum, ſtatim Reuerendiſſimo Patri culpam & exceſſum eius per ſuas ſpeciales litteras debent intimare, & intereà, ſi caſus arduus id requirat, ab Officio illum ſuſpendere valebunt. Priorem autem localem, quando cauſa euidens, & cogens apparuerit abſoluendi, nonniſi conuocatis & requiſitis venerabili Prouinciali, ſi aderit, & aliquibus Patribus de ſenioribus Prouinciæ, non tamen eiuſdem Conuentus, abſoluant.

Quę geſſerint in Viſitatione Reuerendiſſimo referant.

3. Pręterea quidquid inuenerint reformandum vel corrigendum, tam in vita & moribus, quàm in Officijs, atque in omnibus regularibus Obſeruantijs, ſiue illud correxerint, ſiue non, ad Reuerendiſſimum Patrem deferant, vel mittant in ſcriptis, vt per relationem huiuſmodi poſsit Prior Generalis de ſtatu & conditione totius Ordinis notitiam habere, perſonas benè vel malè de Religione meritas cognoſcere, & ſic ſuo modo vitijs obſiſtere, & virtutibus ſubuenire, ac Diffinitores Capituli generalis plenè de omnibus, ad reformationem Ordinis pertinentibus, informare.

Qualiter tractandi Viſitatores generales.

4. Prioribus omnibus Prouincialibus, & localibus totius Ordinis noſtri mandamus, quatenus pręmiſsis venerabilibus Viſitatoribus, cùm ad eos peruenerint viſitan-

di

di gratia, cum omni diligentia & charitate de Prouincia ſua ad aliam Prouinciam, & de loco ad locum iuxta paupertatem Ordinis prouideant in expenſis, ſicut dictum eſt de Reuerendiſsimo P. Generali: ipſi verò diligenter viſitent, & breuiter (ſi fieri poſsit) ſe expediant, ne Prouincijs, & Conuentibus ſint onerosi, & in Prouincijs, quas viſitauerint, ſemper & vbique Prouinciales præcedant, ac etiam Vicarios generales cuiuſcumque Prouinciæ, ſi qui fuerint.

3 p. cap. 5. n. 16.

Præcedentia Viſitatorum.

CAPVT IX.

De modo celebrationis Capituli Prouincialis.

§. I.

De tempore quo celebrari debet.

1. CViuslibet Prouinciȩ venerabilis Prouincialis cum Socio ſuo, omnes conuentuales Priores cum ſuis Diſcretis, Diffinitores Capituli præcedentis, atque Viſitatores ipſius Prouinciæ ad locum celebrandi Capituli præordinatum opportuno tempore ſingulo quoque biennio, vel triennio, vel etiam quadriennio ſecundùm vſum Prouinciarum, ſtudeant conuenire (Prouinciali ſtrictè tenente ad omnes per litteras

Vocales ordinarij Capituli prouincialis.

Prouincialis Capitulum intimare tenetur.

Tempus celebrationis Capituli.

conuocandos iuxta formulam in fine huius §. præſcriptam) quod ſemper celebrari volumus Dominica tertia poſt Paſcha Reſurrectionis, vel quarta, vbi vſu receptum eſt, vel etiam alio tempore ſi vſus inualuerit; anno tamen quo generale Capitulum celebratur dumtaxat excepto, in quo prouinciale Capitulum celebrabitur poſtquàm Prouincialis à Capitulo generali diſcedens in ſuam Prouinciam peruenerit, niſi in Capitulo generali de Prouinciali huiuſmodi Prouinciæ prouiſum fuerit; tunc enim Capitulũ prouinciale minimè celebrabitur.

3. p. c. 4. §. 5. n. 1.

Vocales ex dignitate, aut priuilegio.

2. Qui ex dignitate gradus, vel ex priuilegio ius ferendi ſuffragium obtinuerint, ad Capitulum venire poterunt, ſi voluerint; ſed Conuentus non tenebuntur eis expenſas facere (exceptis Prouincijs vbi aliter fieri conuenit) niſi eſſent ex vocalibus ordinarijs, puta ſi aliquis eorum eſſet Prior, Diſcretus &c.

Pœna venientium abſque licentia.

3. Præter hos autem nullus ad Capitulum prouinciale venire præſumat abſque licentia venerabilis Prouincialis in ſcriptis habita, ſub pœna carceris toto tempore durationis Capituli, & priuationis vocis actiuæ per annum.

Quibus poſſit licentia concedi.

4. Prouincialis verò nulli licentiam concedat huiuſmodi, niſi iuſtè negari non poſſit, vel niſi Prior Conuentus, in quo Capi-

pi-

pitulum debet celebrari, petierit aliquos Fratres pro honore, vel commoditate Capituli celebrandi, vel eos eadem de cauſa mittendos Prior Prouincialis iudicauerit; ſi verò aliqui venerint ex propinquioribus locis cauſa honorandę Proceſſionis, illa finita ad propria reuertantur.

5. Fratres non veniant citiùs, quàm oporteat, præter venerabilem Prouincialem, qui aliquantulùm tempeſtiuiùs alijs venire debet ad aliqua, ſi expedierit, prouidenda: cæterorum autem nullus ante Feriam quintam immediatè præcedentem prædictam Dominicam locum Capituli celebrandi abſq; ſpeciali venerabilis Prouincialis licentia vllo modo ingredi audeat. Tempus accedendi ad Capitulum celebrandum.

6. In Capitulo prouinciali non fiant expenſæ cibi & potus ſuperfluę, & immoderatæ, ſed illæ, quæ communiter illis in partibus fieri ſolent inter nos diebus ſolemnioribus, parum plus vel minus: nec Cellæ parentur more ſæcularium, ſed honeſtè & religiosè, ſicut decet pauperes: pro quibus expenſis detur illi Monaſterio, in quo Capitulum celebratur, ab alijs ſingulis Monaſterijs, quod Patrum Diffinitorum iudicio fuerit taxatum, niſi Ciuitas, aut Dominus aliquis, vel alia perſona deuota Ordinis faceret pro ſua benignitate & deuotione Capituli expenſas, prout diffinitum fuit in Ca- Expenſæ ſint moderatę.

pitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1544.

Litteræ patentes de ſignificatione Capituli prouincialis ad ſingulos Conuentus tranſmittendæ à Priore Prouinciali.

Magiſter N. Prior Prouincialis huius Prouinciæ N. Ordinis Erem. S. P. N. Auguſtini &c.

Præſentium tenore, noſtri que muneris authoritate certiores facimus omnes RR. PP. Diffinitores, Viſitatores, Priores, ac Diſcretos præfatę Prouinciæ noſtræ, qualiter die N. menſis N. anni N. celebrandum erit Capitulum prouinciale in Conuentu noſtro N., prout diffinitum fuit in præcedent i Capitulo; ad quod omnes præfatos Patres per has litteras conuocamus, & congregari mandamus, quatenus Feria quinta immediatè præcedenti præfatam Capituli diem, & non anteà omninò conueniant in prædicto noſtro Conuentu N. vt omnibus electionibus in eo peragendis intereſſe valeant: alios verò quoſcumq; PP. quibus ius cõpetit ſuffragandi, vt eodèm accedere non dedignentur, in Domino hortamur ac monemus. Præcipimus tamen in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœnis in noſtris Sac. Conſt. ſtatutis 3.p.c.9.§.1.n. 3. ne vllus Religioſus, præter præfatos Patres iure ſuffragandi frue-

fruentes, abſque expreſſa licentia à nobis ſpecialiter conceſſa ad locum prædicti Capituli prouincialis toto tempore durationis eius accedere vllo modo audeat. Datum. &c.

§. II.

De modo recognoſcendi P. Præſidentem.

1. SExta Feria immediatè ſequenti, ſtatim poſtquàm Veſperæ fuerint decantatę, de mandato Prioris Prouincialis ad ſonum campanulæ Clauſtri ter pulſatæ, vt moris eſt, fiat ſignum conuocandi Capitulum, & ſucceſſiuè ſtatim campana minor in Campanili ter pulſetur prolixiùs ſimiliter cum debito interuallo: ad quod ſignum omnes Patres Vocales ad Capitulum conueniant, vel aliò vbi decenter adeſſe poſſint, ſicut Priori Prouinciali videbitur expedire: quibus cum grauitate conſedentibus Prior Prouincialis dicat: *Adiutorium &c. Benedicite &c.* & immediatè legatur Conſtitutio à Socio ipſius, vt ſciant omnes quidnam, & quomodo ſit agendum, quod ſemper, antequàm aliquid fiat, obſeruari volumus.

Tempus inchoationis Capituli.

In principio cuiuslibet congreſſus ſemper legenda Conſtitutio.

2. Deinde verbum habeat aliquod opportunè, quo expleto, publicè ab omnibus in communi requirat, immò omnibus & ſingulis Patribus in virtute S. Obedientiæ præcipiat,

Pręceptũ.

cipiat, vt ſiquis illorum habeat Reuerendiſſimi Patris litteras ad illius Prouinciæ Capitulum directas, eas protinus oſtendat, & legendas conſignet; hoc autem præceptum, ſi litteræ non oſtendantur, paruo temporis interuallo ter ſucceſſiuè faciat; tertia vice ſub pœna excommunicationis præcipiendo.

Excommunicatio.

3. Si verò quiſpiam huiuſmodi litteras præſentauerit, volumus ac decernimus, vt illis ab omnibus debita cum veneratione, vt decet, perfectè obediatur; & ſi virtute illarum litterarum aliquis illius prouincialis Capituli Præſidens inſtitutus fuerit, is ab omnibus pro Præſidente habeatur, & Præſidentis fungatur Officio.

Obedientia præſtãda litteris Reuerendiſſimi.

4. Quòd ſi huiuſmodi litteræ, aut nullatenùs, aut tempore debito (ideſt ante electionem P. Prouincialis incœptam, prout declaratum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685.) & publicè ac efficaciter præſentatæ non fuerint, Prior Prouincialis antiquiorem Capituli proximè præteriti Diffinitorem inquirat, quem compertum pronunciet in iſto caſu eſſe Capituli tunc celebrandi authoritate Reuerendiſſimi Prioris Generalis Præſidentem: Si autem antiquior ex ſuperſtitibus ex quacumque cauſa non adfuerit, antiquiorem ex ſuperſtitibus, qui adfuerint, præfati Capituli proximè præcedentis Diffinitorem Præſidentem pronunciabit.

Primus Diffinitor Præſidens ordinarius

5. Quòd

5. Quòd ſi nullus immediatè præcedentis Capituli adſit, ad alios mediatè præcedentis eodem modo & forma, quibus ſupra, recurratur, & ſtatim qui Pręſidens nominatus fuerit, genua flectat in loco ſuo, cui omnes Patres aſſurgant: & ipſe Prior Prouincialis cum reuerentia accedens erigat eum, & ad titulum Capituli deductum, locum illi cedat priorem, ſtatimque genuflectens ante ipſum in ſignum Obedientiæ ac reuerentię manum ei humiliter deoſculetur: poſt eà ſurgens ad ſiniſtram eius ſedeat, & poſt eum ordinatè ſic faciant omnes Patres ſucceſſiuè: quibus finitis, P. Præſidens dicat: ***Adiutorium &c. Benedicite &c.*** deinde, prout ſibi videbitur, ſermonem habeat.

Obedientia Præſidenti præſtanda.

6. Si autem contingat, quòd poſt recognitionem Patris Diffinitoris iuxta præfatam diſpoſitionem in Præſidentem, exhibeantur litterę Reuerendiſſimi P. Generalis, quibus aliquis Capituli Præſidens conſtituatur (dummodò non ſit incœpta noui Prouincialis electio) ipſe pro Pręſidente habeatur, validis tamen remanentibus præcedentibus Actis per alium habitis, prout declaratum fuit in pręd
icto Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1685.

Pręſidente Diffinitore ſi litterę Reuerendiſſimi aduenian, quid faciendum.

§. III.

§. III.

De Iudicibus cauſarum, & Rectoribus inſtituendis.

Officium Iudicum cauſarum.

1. EO autem completo, de Patrum † a conſenſu per ballotullas expreſſo, deputet tres Iudices cauſarum peritos, & expertos, qui ante omnia litteras Diſcretorum examinent, ac de habentibus vocem tam actiuam quàm paſsiuam omnem controuerſiam dirimant. † b

Grauiores cauſę Diffinitorio referant.

2. Hi tres cauſas omnes tam Fratrum, quàm ſæcularium cum Fratribus audientes, aliaque negotia, ſiquæ ſibi à Diffinitorio commiſſa fuerint, diſcutientes, ea, quæ pacis ſunt, in omnes intendant, & quę grauiora fuerint Diffinitorio referant, ipſi tantùm leuiora iudicantes, ac determinantes, ſola rei veritate inſpecta: omnes deciſiones in libro vno vel quaterno ſcribentes, in cuius fine omnes tres manu propria ſubſcribent, à quorum ſententia nulli poſt Capitulum dimiſſum liceat appellare, niſi fortè abſens, vel inauditus fuiſſet: quę omnes ſententiæ in Archiuio Prouincię poſteà cuſtodiantur.

Iudices cauſarum ſint ſẽper tres.

3. *Si verò aliquis eorum eligeretur in Prouincialem, vel Diffinitorem, P. Præſidens alium loco eius ſubſtituere debet, itaut

non

non ſint minus quàm tres cauſarum Iudices; nullus tamen ad Capitulum prouinciale, vel ad Iudices cauſarum afferat cauſas, quæ per Priorem Prouincialem vel localem poſſent aliàs determinari & iudicari; ſecus verò faciens non audiatur, & pro temeritate ſua puniatur.

4. Prior verò Prouincialis ſeu localis, qui quęſtiones, vel caſus Subditorum ſuorum ad ſe deductos, qui per eum poſſent determinari, ad Capitulum prouinciale deduci fecerit, vel permiſerit, ſit voce paſſiua per biennium priuatus. Idem ſit iudicium, ſi Prior Prouincialis pręd ctas cauſas ad Reuerendiſſimum Patrem, vel Prior localis ad Priorem Prouincialem deduci fecerint, vel permiſerint, niſi hoc facerent ad hoc, vt eorum rectitudo Superioribus patefieret.

Ad Capitulum prouinciale non deducantur cauſæ à Prouinciali, vel Priore locali dirimendę.

5. Deputet quoque maximè de Prioris loci conſilio Capituli celebrandi Rectores quatuor, quorum duo diuini cultus Officium ordinent, quibuſque omnes obedire teneantur in his, quæ ad prædictum cultum pertinebunt: duo alij ad victum neceſſaria prouideant, ac menſæ Lectores & Seruitores deputent, & Fratribus ad Capitulum venientibus in omnibus prouideri faciant.

Quatuor Rectores Capituli deputẽtur.

Item duo Procuratores.

6. Deinde P. Pręſidens dicat alta, & intelligibili voce: *Si quis nouerit cauſam,*

pro-

propter quam vocem quis actiuã, vel paſsiuam habere non debeat in præſenti Capitulo, eam referat Iudicibus cauſarum, aliàs enim ſine vitio pertranſibunt omnes electiones; nec poſtquàm electio Prioris Prouincialis cras incæpta fuerit, alicuius ſuper hac re proclamatio admittetur.

Admonitio Præſidentis.

Nullus abſque licentia Præſidentis extra Conuẽtum vadat.

7. Demum facta Confeſſione in communi genibus flexis, & data generali abſolutione à P. Præſidente, ſedente ſecundùm formam in Ordine conſuetam, dicto *Adiutorium &c.* de Capitulo egrediantur, & ex tũc nullus Vocaliũ ſine P. Præſidentis licẽtia ſpeciali extra Conuentum vadat, quòuſque vltimo die Capitulum prouinciale ſoluatur.

NOTÆ IN §. III.

†[a] *Reuerendiſſimus Hippolythus Montius Finalenſis litteris ſuis emanatis die 1. Iunij 1643. declarauit, quòd in electione Iudicum cauſarum per ballotulas facienda, vocem actiuam habere debeant omnes illi, qui iuxta Bullas Apoſtolicas, & Conſtitutiones noſtras in hoc eodem Cap. 9. §. 5. titul.* Quomodo Prior Prouincialis Officio ſuo debeat renunciare: *vocem actiuam habent in electione Prioris Prouincialis, exceptis Diſcretis etiamsì adfuerint. Idem declarauit Reuerendiſsimus F. Nicolaus Oliua ſub die*

die 20. Octobris 1677. quę declaratio confirmata fuit per Sanctiſſimum D. N. Innocentium XI. in ſua Conſtitutione incipien. In ſupremo, *num.2.*

† [b] *In duobus Capitulis generalibus Romæ celebratis anno 1679; & 1685.declaratum fuit, quòd imminente celebratione Capituli prouincialis non ſit admittenda querela aliqua, ſeu lis contra quemlibet Electorum ſeu eligendorum obiecta de criminibus, quæ ante duos menſes perpetrata ſupponuntur; ſecus ſi intra id tēporis quis grauis & notoriæ culpæ deprehendatur reus, cui à Iure inflicta ſit pœna priuationis vocis. Hæc eadem declaratio iam anteà emanata fuerat à Reuerendiſſimo Oliua, & confirmata per Sanctiſſimum D.N.Innocentium XI.Conſtit.*In ſupremo, *num. 1.*

§. IV.

De Miſſa Spiritus Sancti, & aliis precibus.

1. DIe verò Sabbati Prima cantetur, poſteà P.Præſidens Miſſam de Spiritu Sancto ſolemniter & deuotè cantabit cum *Gloria in excelſis*, & *Credo*, atque duabus Collectis, vna B.Virginis, & alia S.P.N. Auguſtini: omnes etiam Vocales Miſſam de Spiritu Sancto ſimiliter celebrabunt; qui

Omnes Vocales vel celebrent, vel communicent.

verò propter temporis anguſtiam celebrare nequiuerint, de manu P. Præſidentis Sacratiſſimam Hoſtiam recipiant.

Omnes Cōuentus Prouinciæ Miſſam de Spiritu Sancto cantent.

2. Præcipimus autem, quòd in ſingulis Conuentibus eiuſdem Prouinciæ eadem die Miſſa de Spiritu Sancto ſolemniter cantetur ſine *Credo*, cum eiſdem Collectis; deinde verò per octo dies continuos vbique in Miſſa conuentuali, & in priuatis Miſſis addatur Collecta: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis* &c. poſt Laudes verò, & Veſperas flexis genibus dicatur Pſalmus: *Ad te leuaui &c.* cum *Gloria Patri. Kyrie. Pater noſter. Et ne nos. Saluos fac. Mitte eis Domine. Nihil proficiat. Domine exaudi. Dominus vobiſcum. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis &c.* In Conuentu autem, vbi Capit. celebratur, quotidiè poſt Primā Miſſa de Spiritu Sancto, vt ſupra, ab aliquo de Capitularibus cantetur, & Feria ſecunda poſt tertiam Dominicam Vigiliæ cum Miſſa pro noſtris Defunctis ſolemniter celebrentur: his omnibus vt Capitulares interſint, ſollicitare teneantur Rectores diuini cultus.

Feria ſecūda fiat Officium Defunctorum.

3. Expleta Miſſa de Spiritu Sancto, pulſata ter campanula pro Capitulo conuocando, vt moris eſt, omnes tam Vocales quàm non Vocales ad Capitulum conueniant, & inde bini & bini proceſſionaliter ad Eccleſiam vadant, atque ordinatè coram maiori

Al-

ır i genuflectant: Cantores verò in me- etiam genuflexi incipiant cum nota mnum: *Veni Creator &c.* poſt primas ; dictiones ſurgant omnes, & alternatim vtroque choro totum decantent; poſteà ntores in medio cantent ℣. *Emitte* &c. .nde P. Præſidens cantet in loco ſuo: *Do- ıus vobiſcum. Oremus: Deus qui corda &c. tiones noſtras &c. Adeſto ſupplicationi- ; &c.* Hymnus Veni Creator &c.

4. His peractis ſedeant, & dicat. P. Præſi- ns: *Benedicite* in tono, ℟ *Deus:* Habeatur O- :io de electione celebrāda latino ſermone, a in genere (nullo dato ſigno, quo parti- laris aliqua perſona ſignificetur) ad ele- onem eius Prouincialis, qui ad maius ei obſequium, & Prouinciæ profectum nueniat, admoneantur omnes. Oratio de electione facienda.

5. Qua finita P. Præſidens dicat: *Reci- ıtur obitus Fratrum, Sororum, Familia- ım, Propinquorum, & Benefactorum noſtræ rouinciæ, qui hoc biennio diem ſuū obierunt, l ſua bona aliquando Monaſterijs noſtris re- querunt.* Et primò venerabilis Prouincia- s recitabit nomina Benefactorum totius rouinciæ, deinde ſinguli Priores ordina- m, incipiendo à primo, ſurgentes com- endabunt omnibus animas Fratrum, qui lo biennio in ſuis Conuentibus mortui int; vel Monialium noſtri Ordinis & Obe- Memoria Benefactorum.

dientiæ, quæ mortuæ fuerint in Conuentibus eis ſubiectis. Item Patrum vel Matrum, Fratrum ſuorum Conuentuum, & particularium Benefactorum, qui illo biennio diem ſuum obierunt. Recitabunt etiam nomina eorum, qui ſuis Conuentibus bona ſua pro ſuſtentatione Fratrum reliquerunt.

Preces pro Defunctis.

6. Quibus omnibus recitatis, P. Præſidens dicat iſta verba: *Debitum Miſſarum & Officiorum tam Fratrũ & Sororum, quàm Fraternitatis litteras habentium, & iſtorum omnium Propinquorum, & Benefactorum noſtræ Prouinciȩ Defunctorum in fine Capituli reſeruamus iniungendum, cùm Benefactores viui recitabuntur, vt pro his omnibus integrè ſatisfaciamus; nihilominus oremus pro ſupradictis Defunctis.* Tunc Cantores in medio incipiant ſine nota: *De profundis &c. Kyrie* &c. P. Præſidens dicat: *Pater noſter. Et ne nos. A porta inferi. Requieſcant. Domine exaudi Dominus vobiſcum. Oremus: Deus veniȩ largitor, & humanȩ ſalutis amator, quæſumus Clementiam tuam, vt noſtræ Congregationis Fratres, Sorores, Confratres, Familiares, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, B. Maria ſemper Virgine intercedente cum B. P. noſtro Auguſtino, & omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas: Per Chriſtum &c. Requiem &c. Requieſcant &c.*

7. Tunc

7. Tunc P. Præſidens dicat: *Omnes Fra-*
es tam Vocales, quàm non Vocales ac-
dant ad Capitulum. Et Ftratres bini & bi-
ad medium coram Altari genufle&entes,
ibi fuerit Sacratiſſimum Corpus Domini,
ım ſilentio ad Capitulum accedant.

§. V.

omodo Prior Prouincialis Officio ſuo debeat renuntiare.

SI venerabilis Prouincialis caſu aliquo infirmitatis, vel alterius impedimenti euitabilis occaſione detentus, ad Capitu- n non venerit, per Socium ſuum Sigillum ouinciæ mittat nomine ſuo coram omni- s reſignandum, cum litteris propria ma- ſubſcriptis, quibus rationem reddat Pa- bus Capituli, quare ipſe perſonaliter pro- ıcialibus Comitijs intereſſe non poſſit. Ab a verò die præfixa ſit ipſo facto à Prouin- ılatus Officio abſolutus, & ad electionem erius penitus procedatur: quòd ſi Prouin- ılis, iuſtam excuſationem non habens, ad :moratum Capitulum venire contempſe- :, ex tunc vſque ad decennium ad omne ficium cum cura animarum ineligibilis maneat. Prouincialis legitimè impeditus mittat Sigillum Prouinciæ.

2. Patre igitur Præſidente, & omnibus Renunciatio Prouincialis.

 alijs

alijs tam Vocalibus, quàm non Vocalibus, in Capitulo cum ſilentio maturè conſedentibus, Prior Prouincialis ſurgens, omnibus ei reuerenter aſſurgentibus, genua flectat ad pedes P. Præſidentis, & Officio Prouincialatus ſimpliciter omni cum modeſtia & humilitate renunciet, & Sigillum Prouinciæ in manibus eius conſignans, ab Officio petat abſolui; & tunc P. Pręſidens reſpondeat, dicens: *Et ego authoritate, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab Officio Prouincialatus huius Prouinciæ N. In Nomine Patris &c.* Et ex tunc ad Officium Prouincialatus eiuſdem Prouinciæ, nec in illo, nec in ſequenti Capitulo vllo modo aſſumi poſſit, & ſi aſſumatur, electio irrita ſit. Deinde Prouincialis abſolutus deoſculata manu P. Præſidentis à ſiniſtra eius ſedeat.

Nominatio Vocalium.

3. Poſt hæc vnus ex Iudicibus cauſarum ſurgat, & pronuntiet hoc modo, videlicet. *Hi ſunt illi RR. PP., qui in pręſenti electione noui Prouincialis habere debent vocem actiuam, ſcilicet: Admodum R. P. N. Pręſidens huius præſentis Capituli, R. P. N. Prouincialis abſolutus; PP. Diffinitores Capituli præteriti, ſcilicet: P. N. & P. N. &c. PP. Viſitatores totius Prouinciæ, ſcilicet: P. N. & P. N.* Poſteà nominentur venerabiles in Sac. Theologia Magiſtri, poſt quos ſtatim

illi

nominabuntur, qui eiuſdem Prouinciæ
runt aliquando Prouinciales, quos in
ɔitulis prouincialibus vocem habere vo-
ıus, prout diffinitum fuit in Capitulo ge-
'ali Papiæ celebrato Anno Domini 1348.
' inſignem Doctorem Magiſtrum F. Tho-
.m de Argentina tunc temporis noſtri
:.Ordinis Priorem Generalem.
4. Poſteà nominentur Priores omnes, n quidem ſeruato ordine gradus, vel pri-ɔgeniture in Ordine, ſed dignitatis, ſeu ɐeminentię Conuentuum, dummodò Cō-ntus, in quo Capitulum celebratur, pri-ım ſemper obtineat locum inter omnes 'os, quicumque ille ſit (quapropter pręci-ıus, vt in ſingulis Prouincijs ordo ſer-ndus inter Conuentus ſtatuatur) ex tunc cius venerabilis Prouincialis, poſteà cęte-Vocales ex gratia, †[a] ſiqui fuerint, vltimo :o omnes Diſcreti ſeruato ordine ſuorum)nuentuum. †[b] Ordo precedentiæ inter Priores.
5. Et ſicut prædicti omnes nominati :rint, ſic ſedebunt, primus à Choro Prio-, & ſecundus à Choro Supprioris, & ſic cęteris: & hic ordo ſedendi ſeruetur à imo Capitulo Ferię ſextæ vſque ad ſolu-)nem Capituli prouincialis in omnibus ıblicis actionibus, vel quandocumque & ıotieſcumque Fratres ſimul congregari ıntigerit: tunc enim volumus, quòd Ca-

alijs tam Vocalibus, quàm non Vocalibus, in Capitulo cum ſilentio maturè conſedentibus, Prior Prouincialis ſurgens, omnibus ei reuerenter aſſurgentibus, genua flectat ad pedes P. Præſidentis, & Officio Prouincialatus ſimpliciter omni cum modeſtia & humilitate renunciet, & Sigillum Prouinciæ in manibus eius conſignans, ab Officio petat abſolui; & tunc P. Pręſidens reſpondeat, dicens: *Et ego authoritate, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab Officio Prouincialatus huius Prouinciæ N. In Nomine Patris &c.* Et ex tunc ad Officium Prouincialatus eiuſdem Prouinciæ, nec in illo, nec in ſequenti Capitulo vllo modo aſſumi poſſit, & ſi aſſumatur, electio irrita ſit. Deinde Prouincialis abſolutus deoſculata manu P. Præſidentis à ſiniſtra eius ſedeat.

Nominatio Vocalium.

3. Poſt hæc vnus ex Iudicibus cauſarum ſurgat, & pronuntiet hoc modo, videlicet. *Hi ſunt illi RR. PP., qui in preſenti electione noui Prouincialis habere debent vocem actiuam, ſcilicet: Admodum R. P. N. Pręſidens huius præſentis Capituli, R. P. N. Prouincialis abſolutus; PP. Diffinitores Capituli præteriti, ſcilicet: P. N. & P. N. &c. PP. Viſitatores totius Prouinciæ, ſcilicet: P. N. & P. N.* Poſteà nominentur venerabiles in Sac. Theologia Magiſtri, poſt quos ſtatim

illi

illi nominabuntur, qui eiuſdem Prouinciæ fuerunt aliquando Prouinciales, quos in Capitulis prouincialibus vocem habere volumus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Papiæ celebrato Anno Domini 1348. per inſignem Doctorem Magiſtrum F. Thomam de Argentina tunc temporis noſtri Sac. Ordinis Priorem Generalem.

4. Poſteà nominentur Priores omnes, non quidem ſeruato ordine gradus, vel primogenituræ in Ordine, ſed dignitatis, ſeu præeminentię Conuentuum, dummodò Cōuentus, in quo Capitulum celebratur, primum ſemper obtineat locum inter omnes alios, quicumque ille ſit (quapropter pręcipimus, vt in ſingulis Prouincijs ordo ſeruandus inter Conuentus ſtatuatur) ex tunc Socius venerabilis Prouincialis, poſteà cęteri Vocales ex gratia, †[a] ſiqui fuerint, vltimo loco omnes Diſcreti ſeruato ordine ſuorum Conuentuum. †[b]

Ordo precedentiæ inter Priores.

5. Et ſicut prædicti omnes nominati fuerint, ſic ſedebunt, primus à Choro Prioris, & ſecundus à Choro Supprioris, & ſic de cęteris: & hic ordo ſedendi ſeruetur à primo Capitulo Ferię ſextæ vſque ad ſolutionem Capituli prouincialis in omnibus publicis actionibus, vel quandocumque & quotieſcumque Fratres ſimul congregari contigerit: tunc enim volumus, quòd Ca-

Digitized by Google

pitulares eos, qui non ſunt Capitulares, omninò præcedant, ordine prędicto inter ſe ſeruato.

6. Deinde P. Pręſidens admoneat omnes, vt ſint ſolliciti circa celebrationem Miſſarum, & frequentiam Chori, & vt intrent diligenter Capitulum & Diffinitoriū, quando vocati fuerint; vt Officium Diuinum in Eccleſia grauiter & ſolemniter cantent, & deuotè dicant; vt nullus accedere audeat ad loca ſuſpecta, vel inhoneſta; vtque omnes obediant Officialibus Capituli: poſteà dicat hæc verba: *Omnes quotquot non fuerunt nominati inter vocem actiuam habentes in hac noui Prouincialis electione celebranda, Capitulum egrediantur*; cuius iuſſioni omnes ſimpliciter obediant.

Admonitio Præſidentis.

NOTÆ IN §. V.

†[a] *Huiuſmodi Vocales ex gratia in omnibus Prouincijs, & Cōgregationibus Ordinis noſtri omninò ſublati ſunt, & vt de cætero in perpetuum in Capitulis prouincialibus vocem actiuam habere non poſſint, niſi ij, quibus de iure iuxta Ordinis Conſtitutiones licet, ſancitum eſt per Conſtitut. Vrbani VIII.* Alias per, *die* 14, *Septembr.* 1628.

Idem Vrbanus VIII. Conſtitutione ſua: Inter cęteras; *die* 16. *Maij* 1629. *ſub pæna excom-*

communicationis incurren. prohibuit, ne concederentur exemptiones Officiorum vlli, qui ea priùs non exercuerit, abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia.

†[b] *Clemens VIII. Conſtitutione* X. *in Bull. Ordinis* Vniuerſalis Eccleſiæ *ſub die* 28. *Februarij* 1596. *ſtatuit, vt in Capitulis noſtris prouincialibus, aut Congregationibus duo, vel plures in primo vel ſecundo gradu Conſanguinei, vel Affines nullatenus ſimul conueniant, & votare poſſint; & multominùs Diffinitorium ſimul ingredi, & concurrere etiam ad tertium vſque gradum, eodem biennio vel triennio valeant. Quando autem duo, vel plures huiuſcemodi Conſanguinei, vel Affines votum caſu aliquo habeant, ille tantùm, qui ratione Officij digniorem locum habuerit, ad Capitulum accedat, cæteri verò non accedant, nec accedere permittantur. At ſi contingat, quòd multi non ratione Officij, ſed legis, ac priuilegij concurrant, tunc Profeſſione antiquior ſi voluerit, votare poterit,*

§. VI.

De electione noui Prouincialis.

1. IN Prouincialem non eligatur niſi talis, qui ſit bonę vitę & famę, & in ſacris Qualis debeat eſſe Prouincialis eligendus.

cris

cris litteris mediocriter eruditus, ac qui aliquando in Officio Prioratus per aliquod tempus laudabiliter ſe geſſerit; excipimus verò hac in parte venerabiles Gymnaſiorum Regentes, qui ſua opera Ordinem noſtrum plurimùm quidem iuuant, atque illuſtrant, haud obſcurum interim de ſeipſis periculum facientes, ſeque huiuſmodi Præfecturis non indignos eſſe reipſa oſtendentes; cùm enim Sapientes dominantur, Reſpublicę rectè ac fæliciter adminiſtrantur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1575. & qui quadraginta annorum ætatem habuerit, & laudabiliter viuendo in Ordine quindecim compleuerit annos, aliòquin electio irrita ſit, prout diffinitum fuit per Reuerendiſſimum Patrem, & acutiſſimum Doctorem Gregorium de Arimino quondam noſtri Sac. Ordinis Generalem in Capitulo generali Montiſpeſulano Anno Domini 1357. celebrato; & qui nunquam apoſtatauerit.

2. Si tamen in iuuentute ſua non propter ſcandalum alicuius delicti commiſſi, ſed animi leuitate quis à noſtro Ordine ſemel tantùm exiuerit, & reuerſus quaſi ſtatim ad Ordinem in eodem ſemper laudabiliter vixerit, poterit, immò debebit Capitulum prouinciale cum huiuſmodi diſpenſare, vt ad omnes indifferenter obedientias

Or-

Ordinis(ſi aliàs fuerit idoneus) aſſumatur, & electiones de eo factas confirmare.

3. Ille verò qui ad Prouincialatus Officium ſecundùm Ordinis noſtri Statuta aſſumi legitimè non poteſt, nec ad Vicariatus Generalis Officium aſſumi poſſit, cùm huiuſmodi aſſumptio honori Ordinis non ſit conſona, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Neapoli celebrato Anno Domini 1300. *Incapax ad Prouinciālatum etiā ſit ad Vicariatum generalem.*

4. Igitur P. Præſidens Electores admonebit, vt nec precibus, nec fauore, nec timore, odio, vel amore à vero electionis tramite diſcedant, ſed illum eligant, quem ſuggerente Spiritu Sancto, teſtimonium illis perhibente conſcientia, ad ſpiritualium & temporalium bonorum regimen fore vtiliorem cognouerint: & poſteà proponat publicè in communi ex Vocalibus tres Patres fideles ex diuerſis Conuentibus Prouinciæ in Scrutatores omnium electionum Capituli, eligendos per ballotulas: ſi verò contingeret, tres nominatos Patres aut aliquem, vel aliquos ipſorum non acceptari, ex tunc P. Præſidēs alium, vel alios eorum loco proponat, donec de tribus Scrutatoribus prouiſum ſit: in eorum verò confirmatione procedetur ſicut in Capitulo generali: ad abſentes, vel ob aduerſam valetudinem, vel ob aliquod aliud impedimentum Scrutato- *Admonitio Præſidentis ad Electores.* *Electio Scrutatorū* *3. par. c. 3. §. 5. n. 2.*

res

verò propter temporis anguſtiam celebrare nequiuerint, de manu P. Præſidentis Sacratiſſimam Hoſtiam recipiant.

Omnes Cõuentus Prouinciæ Miſſam de Spiritu Sancto cantent.

2. Pręcipimus autem, quòd in ſingulis Conuentibus eiuſdem Prouinciæ eadem die Miſſa de Spiritu Sancto ſolemniter cantetur ſine *Credo*, cum eiſdem Collectis; deinde verò per octo dies continuos vbique in Miſſa conuentuali, & in priuatis Miſſis addatur Collecta: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis* &c. poſt Laudes verò, & Veſperas flexis genibus dicatur Pſalmus: *Ad te leuaui &c.* cum *Gloria Patri. Kyrie. Pater noſter. Et ne nos. Saluos fac. Mitte eis Domine. Nihil proficiat. Domine exaudi. Dominus vobiſcum. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis &c.* In Conuentu autem, vbi Capit. celebratur, quotidiè poſt Primã Miſſa de Spiritu Sancto, vt ſupra, ab aliquo de Capitularibus cantetur, & Feria ſecunda poſt tertiam Dominicam Vigiliȩ cum Miſſa pro noſtris Defunctis ſolemniter celebrentur: his omnibus vt Capitulares interſint, ſollicitare teneantur Rectores diuini cultus.

Feria ſecũda fiat Officium Defunctorum.

3. Expleta Miſſa de Spiritu Sancto, pulſata ter campanula pro Capitulo conuocando, vt moris eſt, omnes tam Vocales quàm non Vocales ad Capitulum conueniant, & inde bini & bini proceſſionaliter ad Eccleſiam vadant, atque ordinatè coram maiori

Al-

Altari genufleƈtant: Cantores verò in medio etiam genuflexi incipiant cum nota Hymnum: *Veni Creator &c.* poſt primas tres diƈtiones ſurgant omnes, & alternatim ex vtroque choro totum decantent; poſteà Cantores in medio cantent ℣. *Emitte* &c. deinde P. Præſidens cantet in loco ſuo: *Dominus vobiſcum. Oremus: Deus qui corda &c. Actiones noſtras &c. Adeſto ſupplicationibus &c.*

Hymnus Veni Creator &c.

4. His peraƈtis ſedeant, & dicat. P. Præſidens: *Benedicite* in tono, ℟ *Deus*: Habeatur Oratio de eleƈtione celebrãda latino ſermone, qua in genere (nullo dato ſigno, quo particularis aliqua perſona ſignificetur) ad eleƈtionem eius Prouincialis, qui ad maius Dei obſequium, & Prouinciæ profeƈtum conueniat, admoneantur omnes.

Oratio de eleƈtione facienda.

5. Qua finita P. Præſidens dicat: *Recitentur obitus Fratrum, Sororum, Familiarium, Propinquorum, & Benefactorum noſtræ Prouinciæ, qui hoc biennio diem ſuũ obierunt, vel ſua bona aliquando Monaſterijs noſtris reliquerunt.* Et primò venerabilis Prouincialis recitabit nomina Benefaƈtorum totius Prouinciæ, deinde ſinguli Priores ordinatim, incipiendo à primo, ſurgentes commendabunt omnibus animas Fratrum, qui illo biennio in ſuis Conuentibus mortui ſunt; vel Monialium noſtri Ordinis & Obe-

Memoria Benefaƈtorum.

dientiæ, quæ mortuæ fuerint in Conuentibus eis ſubiectis. Item Patrum vel Matrum, Fratrum ſuorum Conuentuum, & particularium Benefactorum, qui illo biennio diem ſuum obierunt. Recitabunt etiam nomina eorum, qui ſuis Conuentibus bona ſua pro ſuſtentatione Fratrum reliquerunt.

Preces pro Defunctis. 6. Quibus omnibus recitatis, P. Præſidens dicat iſta verba: *Debitum Miſſarum & Officiorum tam Fratrũ & Sororum, quàm Fraternitatis litteras habentium, & iſtorum omnium Propinquorum, & Benefactorum noſtræ Prouinciæ Defunctorum in fine Capituli reſeruamus iniungendum, cùm Benefactores viui recitabuntur, vt pro his omnibus integrè ſatisfaciamus; nihilominus oremus pro ſupradictis Defunctis*. Tunc Cantores in medio incipiant ſine nota: *De profundis &c. Kyrie* &c. P. Præſidens dicat: *Pater noſter. Et ne nos. A porta inferi. Requieſcant. Domine exaudi Dominus vobiſcum. Oremus: Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus Clementiam tuam, vt noſtræ Congregationis Fratres, Sorores, Confratres, Familiares, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, B. Maria ſemper Virgine intercedente cum B. P. noſtro Auguſtino, & omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium peruenire concedas: Per Chriſtum &c. Requiem &c. Requieſcant &c.*

7. Tunc

7. Tunc P. Præſidens dicat: *Omnes Fratres tam Vocales, quàm non Vocales accedant ad Capitulum*. Et Ftratres bini & bini ad medium coram Altari genuflectentes, ſi ibi fuerit Sacratiſſimum Corpus Domini, cum ſilentio ad Capitulum accedant.

§. V.

Quomodo Prior Prouincialis Officio ſuo debeat renuntiare.

1. SI venerabilis Prouincialis caſu aliquo infirmitatis, vel alterius impedimenti ineuitabilis occaſione detentus, ad Capitulum non venerit, per Socium ſuum Sigillum Prouinciæ mittat nomine ſuo coram omnibus reſignandum, cum litteris propria manu ſubſcriptis, quibus rationem reddat Patribus Capituli, quare ipſe perſonaliter prouincialibus Comitijs intereſſe non poſſit. Ab ipſa verò die præfixa ſit ipſo facto à Prouincialatus Officio abſolutus, & ad electionem alterius penitus procedatur: quòd ſi Prouincialis, iuſtam excuſationem non habens, ad memoratum Capitulum venire contempſerit, ex tunc vſque ad decennium ad omne Officium cum cura animarum ineligibilis permaneat. *Prouincialis legitimè impeditus mittat Sigillum Prouinciæ.*

2. Patre igitur Præſidente, & omnibus *Renunciatio Prouincialis.*

alijs tam Vocalibus, quàm non Vocalibus, in Capitulo cum ſilentio maturè conſedentibus, Prior Prouincialis ſurgens, omnibus ei reuertenter aſſurgentibus, genua flectat ad pedes P. Præſidentis, & Officio Prouincialatus ſimpliciter omni cum modeſtia & humilitate renunciet, & Sigillum Prouinciæ in manibus eius conſignans, ab Officio petat abſolui; & tunc P. Pręſidens reſpondeat, dicens: *Et ego authoritate, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab Officio Prouincialatus huius Prouinciæ N. In Nomine Patris &c.* Et ex tunc ad Officium Prouincialatus eiuſdem Prouinciæ, nec in illo, nec in ſequenti Capitulo vllo modo aſſumi poſſit, & ſi aſſumatur, electio irrita ſit. Deinde Prouincialis abſolutus deoſculata manu P. Præſidentis à ſiniſtra eius ſedeat.

Nominatio Vocalium.

3. Poſt hæc vnus ex Iudicibus cauſarum ſurgat, & pronuntiet hoc modo, videlicet. *Hi ſunt illi RR. PP., qui in pręſenti electione noui Prouincialis habere debent vocem actiuam, ſcilicet: Admodum R. P. N. Pręſidens huius præſentis Capituli, R. P. N. Prouincialis abſolutus; PP. Diffinitores Capituli præteriti, ſcilicet: P. N. & P. N. &c. PP. Viſitatores totius Prouinciæ, ſcilicet: P. N. & P. N.* Poſteà nominentur venerabiles in Sac. Theologia Magiſtri, poſt quos ſtatim

illi

illi nominabuntur, qui eiuſdem Prouinciæ fuerunt aliquando Prouinciales, quos in Capitulis prouincialibus vocem habere volumus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Papiæ celebrato Anno Domini 1348. per inſignem Doctorem Magiſtrum F. Thomam de Argentina tunc temporis noſtri Sac. Ordinis Priorem Generalem.

4. Poſteà nominentur Priores omnes, non quidem ſeruato ordine gradus, vel primogenituræ in Ordine, ſed dignitatis, ſeu præeminentię Conuentuum, dummodò Cóuentus, in quo Capitulum celebratur, primum ſemper obtineat locum inter omnes alios, quicumque ille ſit (quapropter pręcipimus, vt in ſingulis Prouincijs ordo ſeruandus inter Conuentus ſtatuatur) ex tunc Socius venerabilis Prouincialis, poſteà cęteri Vocales ex gratia, † [a] ſiqui fuerint, vltimo loco omnes Diſcreti ſeruato ordine ſuorum Conuentuum. † [b] Ordo precedentiæ inter Priores.

5. Et ſicut prædicti omnes nominati fuerint, ſic ſedebunt, primus à Choro Prioris, & ſecundus à Choro Supprioris, & ſic de cęteris: & hic ordo ſedendi ſeruetur à primo Capitulo Ferię ſextæ vſque ad ſolutionem Capituli prouincialis in omnibus publicis actionibus, vel quandocumque & quotieſcumque Fratres ſimul congregari contigerit: tunc enim volumus, quòd Ca-

pitulares eos, qui non ſunt Capitulares, omninò præcedant, ordine prędicto inter ſe ſeruato.

6. Deinde P. Pręſidens admoneat omnes, vt ſint ſolliciti circa celebrationem Miſſarum, & frequentiam Chori, & vt intrent diligenter Capitulum & Diffinitoriũ, quando vocati fuerint; vt Officium Diuinum in Eccleſia grauiter & ſolemniter cantent, & deuotè dicant; vt nullus accedere audeat ad loca ſuſpecta, vel inhoneſta; vtque omnes obediant Officialibus Capituli: poſteà dicat hæc verba: ***Omnes quotquot non fuerunt nominati inter vocem actiuam habentes in hac noui Prouincialis electione celebranda, Capitulum egrediantur***; cuius iuſſioni omnes ſimpliciter obediant.

Admonitio Præſidentis.

NOTÆ IN §. V.

†[a] *Huiuſmodi Vocales ex gratia in omnibus Prouincijs, & Cõgregationibus Ordinis noſtri omninò ſublati ſunt, & vt de cætero in perpetuum in Capitulis prouincialibus vocem actiuam habere non poſſint, niſi ij, quibus de iure iuxta Ordinis Conſtitutiones licet, ſancitum eſt per Conſtitut. Vrbani VIII.* Alias per, *die* 14, *Septembr.* 1628.

Idem Vrbanus VIII. Conſtitutione ſua: Inter cęteras; *die* 16. *Maij* 1629. *ſub pœna excom-*

communicationis incurren. prohibuit, ne concederentur exemptiones Officiorum vlli, qui ea priùs non exercuerit, abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia.

†[b] *Clemens VIII. Conſtitutione* X. *in Bull. Ordinis* Vniuerſalis Eccleſiæ *ſub die* 28. *Februarij* 1596. *ſtatuit, vt in Capitulis noſtris prouincialibus, aut Congregationibus duo, vel plures in primo vel ſecundo gradu Conſanguinei, vel Affines nullatenus ſimul conueniant, & votare poſſint; & multominùs Diffinitorium ſimul ingredi, & concurrere etiam ad tertium vſque gradum, eodem biennio vel triennio valeant. Quando autem duo, vel plures huiuſcemodi Conſanguinei, vel Affines votum caſu aliquo habeant, ille tantùm, qui ratione Officij digniorem locum habuerit, ad Capitulum accedat, cæteri verò non accedant, nec accedere permittantur. At ſi contingat, quòd multi non ratione Officij, ſed legis, ac priuilegij concurrant, tunc Profeſſione antiquior ſi voluerit, votare poterit,*

§. VI.

De electione noui Prouincialis.

1. IN Prouincialem non eligatur niſi talis, qui ſit bonę vitę & famę, & in ſacris

Qualis debeat eſſe Prouincialis eligendus.

Ordinis(ſi aliàs fuerit idoneus) aſſumatur, & electiones de eo factas confirmare.

3. Ille verò qui ad Prouincialatus Officium ſecundùm Ordinis noſtri Statuta aſſumi legitimè non poteſt, nec ad Vicariatus Generalis Officium aſſumi poſſit, cùm huiuſmodi aſſumptio honori Ordinis non ſit conſona, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Neapoli celebrato Anno Domini 1300.

Incapax ad Prouincialatum etiã ſit ad Vicariatum generalem.

4. Igitur P. Præſidens Electores admonebit, vt nec precibus, nec fauore, nec timore, odio, vel amore à vero electionis tramite diſcedant, ſed illum eligant, quem ſuggerente Spiritu Sancto, teſtimonium illis perhibente conſcientia, ad ſpiritualium & temporalium bonorum regimen fore vtiliorem cognouerint: & poſteà proponat publicè in communi ex Vocalibus tres Patres fideles ex diuerſis Conuentibus Prouinciæ in Scrutatores omnium electionum Capituli, eligendos per ballotulas: ſi verò contingeret, tres nominatos Patres aut aliquem, vel aliquos ipſorum non acceptari, ex tunc P.Præſidẽs alium,vel alios eorum loco proponat, donec de tribus Scrutatoribus prouiſum ſit: in eorum verò confirmatione procedetur ſicut in Capitulo generali: ad abſentes, vel ob aduerſam valetudinem, vel ob aliquod aliud impedimentum Scrutatores

Admonitio Præſidentis ad Electores.

Electio Scrutatorũ

3.par. c.3. §.5.n.2.

res

res accedere non teneantur, & in omnibus electionibus in Capitulo celebrandis officio fungantur ſuo.

Electio noui Prouincialis.

5. Ex tunc procedetur in electione Prioris Prouincialis vſque ad eiuſdem confirmationem præcisè & adęquatè, ſicut dictum eſt in Capite de electione Reuerendiſſimi P. Generalis, niſi quòd loco *Generalis* legatur *Prouincialis*, & loco *Ordinis*, *Prouinciæ*.

3. par. c. 3. §. 5.

Confirmatio Patris Generalis petenda à Prouinciali.

6. Volumus tamen, & decernimus, vt præter illam per P. Præſidentem factam cõfirmationem, omnes Prouinciales per Reuerendiſſimum P. Generalem ſeſe confirmandos curent, quamcitiùs fieri poſſit, habita ratione maioris, vel minoris diſtantię Prouinciarum, atque itineris difficultatum: ſi verò aliquis Prouincialis negligens notabiliter in hoc repertus fuerit, à Reuerendiſſimo P. Generali puniatur vſque ad priuationem Officij, ſi ſibi videbitur expedire.

Pœna Prouincialis negligentis.

§. VII.

De modo eligendi Diſſinitores.

Electio Diſſinitorum non canonica.

1. EAdem die Sabbati immediatè poſt Nonam congregato Capitulo Vocalium, vt ſupra; P. Pręſidens hortabitur omnes ad electionem Diſſinitorum ritè & pro-

prouidè celebrandam per vota ſecreta: & vnuſquiſque nomina quatuor Patrum in buſſulam mittet, & illi quatuor in quos plures conſenſerint pro Diffinitoribus habeantur. Non eligantur autem in Diffinitores nec Prouincialis abſolutus, neque Viſitatores illius biennij præcedentis.

2. Facta autem electione, primus Scrutatorum publicè in Capitulo pronunciet hoc modo: *Ego F. N. primus Scrutatorum huius Capituli prouincialis nomine meo, & nomine omnium ad quos præſens Diffinitorum pertinet electio, eligo in Diffinitores præſentis Capituli noſtræ Prouinciæ N. RR. PP. in Chriſto Fratrem N., & Fratrem N. &c.* Et tunc ij quatuor, qui electi fuerint coram P. Preſidente genua flectant, & ipſe eos confirmet, dicens: *Et ego authoritate, qua fungor confirmo vos in Diffinitores præſentis Capituli noſtræ Prouinciæ N. dans vobis omnem authoritatem & poteſtatem, quam cæteri Diffinitores huiuſmodi Capituli noſtri ſolent habere: In Nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.* Publicatio Diffinitorum. Confirmatio eorumdem.

3. Ipſi verò confirmati deoſculata manu P. Præſidentis ſedeant poſt Prouincialem abſolutum, ordinem inter ſeipſos in noſtra Religione conſuetum ſeruantes; poſt quos nihilominus, vt iam dictum eſt, ſedeant Diffinitores Capituli præteriti. Præcedentia Diffinitorum.

4. Pu-

Publicatio trium PP. in ſupplementum.

4. Publicabuntur etiam illi tres Patres, qui poſt Diffinitores electos, plures quàm alij voces habuerint, & ſtatim declaretur quis eorum plures habuit, quod etiam adnotabitur in Libro Prouinciæ, vt ex illis poſſit aliquando ſuppleri defectus Diffinitorum, ſi caſus emerſerit, prout inferiùs dicetur.

Diffinitorium Prouinciæ queis Patribus conſtare debeat.

5. Diffinitorium cuiuslibet prouincialis Capituli nouem Patrum numero integrari volumus, videlicet, P. Præſidente, (niſi adſit Reuerendiſſimus P. Generalis) Priore Prouinciali electo, & Prouinciali abſoluto, quatuor Diffinitoribus electis, & duobus Viſitatoribus biennij tunc proximè præteriti: & ideò ſiquem prædictorum in Prouincialem eligi contingeret, ſiue alio, aut alijs morte præuentis, vel aliàs abſentibus, numerus nouem Patrum in Capitulo celebrando opportuno tempore non inueniretur, tunc, & in eo caſu is, vel ij, qui poſt quatuor Diffinitores electos, plures alijs voces habuerint, pro Patribus additis Diffinitorio pronuntientur, confirmentur, & numero aliorum aggregentur conſueto ordine cum alijs obſeruato; ita tamen, vt ex tribus, qui plures voces habuit, primus ſubſtitui debeat, prout declaratum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685.

Qnomodò ſuppleatur num. Diffinit.

6. Qui-

6. Quibus expletis, P. Præſidens iubeat, vt qui litteras habent Diffinitorio porrigendas, eas omnes vltimo ex Diffinitoribus præſentent, qui eas in ſacculo colligens P. Præſidenti, & cęteris Diffinitorio annumeratis pręſentabit. *Officium vltimi ex Diffinitoribus.*

§. VIII.

De Officio, & authoritate P. Præſidentis.

1. AD P. Præſidentis ſpectat Officium omnibus & ſingulis tam in Diffinitorio, quàm in communi omnium Vocalium Collegio proponendis, tractandis, & expediendis perſonaliter intereſſe ac præeſſe, & expedienda omnia proponere, & Acta omnia, & geſta deciſa, electa, deliberata determinare: diffinita, ordinata, ſtatuta, & ritè facta tunc confirmare; modò tamen diffinitiones huiuſmodi poſteà à Patre Reuerendiſſimo confirmentur. *Officium Præſidentis.* *Acta omnia à Patre Reuerendiſſimo confirmanda.*

2. Non poterit autem ſe intromittere de caſibus, qui Priori Generali in Conſtitutionibus reſeruantur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Paduæ celebrato Anno Domini 1315. *Reſtrictio authoritatis Pręſidẽtis.*

3. Caueant etiam Patres Diffinitorij, ne quidquam diffiniant, quod iſtis noſtris Conſtitutionibus contradicat, ſub pœna pri- *Nil contra Conſtitutiones diffiniatur.*

priuationis vocis paſſiuę ad arbitrium Patris Reuerendiſſimi.

NOTÆ IN §. VIII.

Ad viam ambitus omninò præcludendam, & plurima alia inconuenientia impedienda, quę in Prouincialis electione Præſidentium poteſtate euenire quandòque experientia docuit, Decreto Clementis VIII. vſu recepto prohibetur, ne Præſidens Capituli prouincialis in Prouincialem eligi poſſit 1. Aprilis 1601.

CAPVT X.

De agendis in Diffinitorio Capituli prouincialis.

§. I.

De ordine in Diffinitorio ſeruando.

Modus ſeruandus in Diffinitorio.

1. Collectis igitur litteris, hora quæ P. Præſidenti videbitur opportuna, idem P.Præſidens vnà cum cæteris de corpore Diffinitorij in aliquo loco decenti & ſecreto, vbi ſit Altare paratum, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Tholoſæ celebrato Anno Domini 1341. collegialiter conueniant, & omnibus genuflexis ante ſa-

cram

cram Imaginem, P. Pręſidens incipiat ſine nota: *Veni Creator &c.* & alternatim totum dicant: P. Præſidens, *Emitte Spiritum &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum. Oremus: Deus, qui corda &c. Actiones noſtras &c. Adeſto ſupplicationibus noſtris &c.*

2. Deinde ſurgentes ad paratam ibidem tabulam, ſuper qua commodè ſcribere poſſint, in qua ſint omnia huiuſmodi actui neceſſaria, hoc ordine conſedebunt, videlicet: primò P. Præſidens ſolus in titulo tabulæ, Prior Prouincialis electus à dextris, Prouincialis abſolutus à ſiniſtris, primus Diffinitor à dextris, ſecundus à ſiniſtris, tertius à dextris, quartus à ſiniſtris, primus Viſitator à dextris, ſecundus à ſiniſtris, ordinem inter ſeipſos in noſtra Religione conſuetum ſeruantes, qui etiam eodem ordine ad propoſita reſpondebunt. **Ordo conſedendi in Diffinitorio.**

3. Ipſis igitur ſic conſedentibus, P. Pręſidens dicat; *Adiutorium &c. Benedicite &c.* ſubinde hortabitur omnes, vt in omnibus & ſingulis in ipſo Diffinitorio per ipſos tractandis, & diffiniendis, ſedatis paſſionibus, odio, amoreque, ac ſimultatibus depoſitis, zelum Dei & Religionis præ oculis habentes, ea, quæ Dei honorem, animarum ſalutem, morum correctionem, regularis vitæ reformationem, & Religionis conſeruationem ac propagationem, profectumque in **Admonitio Præſidentis ad Diffinitores.**

Domino concernere viderint, exequantur; precipuè verò quatenus id efficere valeant, quòd ſit eis animus in conſulendo liber, nec alicui priuato affectui obnoxius.

Preceptum de ſeruando ſecreto.

4. Præcipiat quoque eis omnibus ſub pœna priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ per quinquennium ſine diſpenſatione, vt tam ea quę in Diffinitorio proponi, tractari, decidi, ac fieri contigerit, quàm ea quæ ſuper huiuſmodi à quouis in ipſo Diffinitorio exiſtente prolata fuerint, nullo quouis modo abſque totius Diffinitorij ſpeciali commiſſione vel licentia, alicui extraneo à corpore Diffinitorij reuelent durante tempore celebrationis Capituli; nec vllo alio tempore ea, quæ vergere in detrimentum, vel infamiam alicuius, vel diſcordias inter Fratres poſſunt ſeminare, euomere audeant: quod obſeruare omnes iurabunt, ponentes manus ſuper Sancta Dei Euangelia; & primus omnium iuret P. Præſidens.

Iuramentũ ſuper ſecreto.

Pœna Periurij.

5. Quòd ſi aliquis aut animi leuitate, aut quauis alia de cauſa hoc tam ſalubre ac rationabile præceptum, ac iuſiurandum infringere præſumpſerit, pretaxatam pœnam ſine aliqua diſpenſatione ſe nouerit incurriſſe. Si verò tranſacto quinquennio per miſericordiam in Diffinitorem aſſumi iterum contigerit, & ipſe denuò, aut propoſita in Diffinitorio, aut ſententias, ſiue verba prolata

lata alicuius,vel aliquorum Patrum de Diffinitorio, vt ſupra, detegere, aut propalare non erubuerit, ipſum tamquàm ad huiuſmodi dignitatem penitus inhabilem præſenti Conſtitutione à quouis noſtrę Religionis Diffinitorio perpetuis futuris temporibus abijcimus, & omninò relegamus.

6. Deinde pro aptiori negotiorum expeditione duos vigiles Oſtiarios ordinent, quorum alter ſemper propè oſtium Diffinitorij prẹſtò ſit, alter verò per Domum vocatos inquirendo, ſicut oportuerit, matura feſtinatione diſcurrat. In fine verò quando Collegium ſoluere, & è loco Diffinitorij exire voluerint, puta ad prandium vel cœnam ituri, P. Præſidens dicat: *Sit nomen Domini benedictum*. ℟. *Ex hoc &c.* Quandocumq;autem ad ipſum locum Diffinitorij deinceps collegialiter eos congregari contigerit, fiet vt ſupra notatum eſt. Oſtiarij Diffinitorij duo.

7. Die Dominica ſpiritualibus pręſertim vacabunt, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1284. De manè fiat ſolemnis Proceſſio, ſcribantur ſigillatim omnes Fratres iuxta gradus ſuos, prouideatur vbi debeat cantari Miſſa, & de via Proceſſionis ſiant Ordinatores, qui cum modeſtia & ſilentio ordinent, & admoneant Fratres: parentur plures Cantores: ante Proceſſionem Prior De Proceſſione ſolẽni.

Prouincialis intret Capitulum, & declaret modum Proceſſionis, & hortetur Fratres, vt honeſtè & æqualiter incedant, & vt *nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum*. Infra Miſſam fiat Sermo, & aliqua dicantur in laudem & commendationem noſtrę Sacrę Religionis ſine prȩiudicio tamen aliarum. Finita Miſſa, proceſſionaliter redeant ad Conuentum.

Regul. c. 6.

8. Poſt prandium teneantur ſolemnes Concluſiones Sac. Theologiæ in aliquo loco publico & decenti, quibus interſint omnes PP. Vocales, & alij ſi voluerint, omnes Cappis induti: ex tunc verò vſque ad Feriam quintam incluſiuè quotidiè habeatur Sermo ad Populum, & Concluſiones publicè defendantur: prouideat autem Prior Prouincialis multis antè diebus quinam ſint prædicaturi, & qui Concluſiones defenſuri, qui etiam debeant prȩſidere: non autem eligantur ad huiuſmodi munera quicumque, ſed doctiores, & qui magis ſatisfacere valeant audituris. His autem, qui ad hęc munera obeunda electi fuerint, prouideatur de neceſſarijs in eundo & redeundo, vel de eleemoſynis quæ pro Capitulo celebrando collectę fuerint, vel, ſi non ſufficiant, de communitate Prouinciæ.

Concluſiones poſt prandium tenendę.

9. Ad ea, quę diſponenda fuerint, procedetur hoc modo: primò vnus ex Patribus

Modus tractandi negotia à Diffinit.

bus Diffinitorij de P. Præſidentis mandato litteras omnes ac ſingulas, tam in forma clauſa quàm patente Diffinitorio directas accipiet, & coram omnibus videntibus & audientibus diſtinctè leget: alter autem eorum quidquid ex litteris ipſis lectis decidendum, & ad quid reſpondendum fuerit, in aliquo ſpeciali quaterno (qui *Decidenda* inſcribetur) ſeriosè notabit; in alio verò (qui *De Fratribus mutandis* inſcribetur) Fratrum petitiones circa mutationem locorum ſcribat, annotando Conuentum quem petit vnuſquiſque, & eum, in quo reſidet: & ſicut ſucceſſiuè litteræ huiuſmodi lectæ fuerint, alius aliquis de Diffinitorio eaſdem in diſtinctis filis infigat ad finem vſque Capituli & Diffinitorij omnimodam ſolutionem, & quoùſque opus eſſe videbitur, reſeruandas, in vno videlicet filo litteras Fratrum & Monialium, in alio verò litteras ſæcularium inſerendo.

10. Poſteà iuxta numerum litterarum ſic vnum vel plures eligant Diffinitorij Cancellarios, ſiue Secretarios fidos ac diſcretos, & qui ſecreta ſeruare norint, quos de ſingulis litteris nomine Diffinitorij ſine mora expediendis, tam reſponſiuis, quàm alijs informabunt; illud memoria retinentes; *Dedecus eſſe litteris non reſpondere*, præcipuè Principum ac Prælatorum, & aliorum, quorum **Cancellarij Diffinis.**

cum omni reuerentia habenda eſt ratio.

Examinatores pro Cõfeſſarijs, & ordinandis

11. Deputabunt etiam tres ſufficientes Examinatores pro his, qui ad Confeſſiones audiendas, vel ad Ordines, ſeu Studium de præſentibus erunt promouendi, qui quidem ſub præſtito iuramento de vniuſcuiuſque ſufficientia Patres Diffinitorij plenè informabunt.

Computa Conuentuũ examinanda.

12. Deinde litteras rationum introituum & expenſarum legant & calculent, atque eorum ſummas ſcribi faciant, vt Prouinciali electo poſteà tradantur, & cum originalibus libris Conuentuum ſuo tempore conferantur, & cuilibet Priori reſtituant litteras ſui Conuentus, ne fraus aliqua poſſit fieri.

§. II.

De audientia à Diffinitorio præſtanda.

Quid diſcreti petere Poſſunt.

1. Poſteà Diſcretos † Conuentuum ſingulorum, vel Priores illorum Conuentuum, qui Diſcretos ad Capitulum non miſerunt, per ordinem vocari faciant: ipſi verò Diffinitorio referant circa ſtatum ſuorum Conuentuum, quæ ad eorum officium iuxta tenorem litterarum teſtimonialium ſpectare videbuntur, neque enim volumus aliquem eorum, nomine ſui Conuentus, quid-

quidquam à Diffinitorio poſtulare, abſque Patrum ſui Conuentus conſenſu litterarum teſtimonio roborato: nec etiam nomine alicuius Fratris particularis quidquam petant abſque litteris clauſis, vel apertis, propria manu prædicti Fratris ſignatis.

2. Aduertant autem PP. Diffinitorij, ne alicuius petitioni ſatisfaciant, qui vocem actiuam vel paſſiuam ſibi reſtitui petierit, niſi in petitione prædicta expreſſa fiat mentio cauſæ priuationis, & temporis, quo fuit priuatus: quod obſeruari etiam volumus in quacumque alia petitione cuiuſcumque pœnitentię relaxandæ. Quilibet autem Diſcretus relinquat in Diffinitorio catalogum omnium Fratrum ſui Conuentus cum titulis officiorum, & ordinum. **Petitiones Fratrum maturè cõſiderandæ.**

NOTÆ IN §. II.

† *In Prouincijs vbi vſu receptum eſt non eligere Diſcretos, qui ad Capitulum prouinciale vadant, Priores referre debent Diffinitorio ſtatum ſuorum Conuentuum, & omnia alia facere, quæ in hoc §. facienda præſcribuntur Diſcretis.*

§. III.

De viſitationibus Viſitatorum aperiendis ac legendis.

Lectio Actorum Viſitationis.

1. POſteà Viſitatores producant litteras, ſiue Acta ſuæ viſitationis, quibus productis Prouincialis abſolutus, facta Patri Præſidenti debita reuerentia, è Diffinitorio egrediatur, non reuerſurus quòuſque fuerit iuſſu P. Præſidentis vocatus. Quòd ſi fortè aliquis ex Prioribus ad Diffinitorium aſſumptus fuerit, idem omninò faciat, quando ſui Conuentus legenda & iudicanda fuerit viſitatio.

Fratres amouendi ſcribantur.

2. Lectis viſitationibus, nomina Fratrum, qui ex cauſa rationabili amouendi erunt, licèt ipſi non petant, in quaterno mutandorum ſcribantur, ſinguli ſub titulo Conuentus, in quo fuerint, & cum cauſa aſſignata.

§. IV.

De deciſionibus, & diffinitionibus à Diffinitorio faciendis.

Petitiones omnes decidendæ.

1. POſt hæc decidatur, & diffiniatur ſigillatim de omnibus ac ſingulis litteris, que-

querelis, & petitionibus Diffinitorio delatis, quid in ſingulis reſpondendum, iudicandum, corrigendum, mandandum, ſtatuendum, ordinandumvè ſit.

2. Prætereà omnes Diffinitiones aliorum Capitulorum eiuſdem Prouinciæ, quæ in viridi fuerint obſeruantia, coram omnibus legantur, & ſiquid mutandum, delendum, vel iuxta temporum mutationes de nouo diffiniendum fuerit, mutetur, deleatur, aut diffiniatur, & quę intacta remanſerint de nouo confirmentur per aliquam clauſulam generalem; & ea omnia ſeriosè in alio quaterno ſcribantur, ſubinde in libro Prouinciæ tranſcribantur, & manu P. Præſidentis, & omnium de corpore Diffinitorij ſubſcribantur. *Diffinitiones antiquę examinandæ.*

§. V.

De Socio aſſignando Priori Prouinciali, & eius Officio.

1. Deinde prouideatur Priori Prouinciali de Socio maturo & graui, quē ſine conſenſu Diffinitorum relinquere, vel mutare non poterit, niſi fortè in caſu infirmitatis; quemque ſecum ſemper habeat, quando actualiter viſitauerit, vt ſcribat quæ dixerint Fratres, prout diffinitum fuit in Ca- *Officiū Secretarij.*

Capitulo generali Florentię celebrato Anno Domini 1326. cuius etiam prudenti conſilio, cùm neceſſe fuerit, vti poſſit; quique expeditè valeat quibuſcumque litteris de mandato Prioris Prouincialis tamquàm eius Secretarius reſpondere, Regiſtrumque Prouinciæ ordinare, atque in eo quæcumque notabilia regiſtrare diſtinctè & fideliter.

Sigillum Prouinciæ apud ſe retineat.

2. Habeat magnum & paruum Sigillum Prouinciæ ad ſigillandas litteras in forma clauſa vel aperta, ſcribatque minutim quidquid Prior Prouincialis à Prouincia, vel aliunde (pro ipſa tamen) receperit, & quidquid, & quomodo expenderit, & poſteà cum ipſo ſcripta conferat, ad reddendum rationem in Capitulo prouinciali Iudicibus cauſarum, vt ipſi Diffinitorio referant.

Rationem reddat de acceptis.

3. Socius prędictus Prioris Prouincialis, quòad fieri poterit, Subditorũ inter ſe, & cum Prouinciali vnionem ſemper procuret, & inter eos velut Angelus pacis incedat, & ſtudium adhibeat, vt omnes Priorem Prouincialem ament, honorent, atque reuereantur. In Conuentibus primum poſt Suppriorem locum habebit; ſubminiſtrabuntur autem ei omnia neceſſaria pro indumentis à communitate eiuſdem Prouincię.

Pręcedentia Secretarij.

De

§. VI.

De inſtitutione Priorum, Suppriorum, Confeſſorum Monialium, Magiſtrorum Nouitiorum, Sacriſtarum, Procuratorum &c.

1. SVbindę verò ad inſtitutionem Priorum localium matura diligentia procedatur, nam licèt omnia maturè debeant P. Præſidens, & alij Diffinitorij Patres determinare, ſpecialem nihilominus, ac præcipuam diligentiam debent adhibere in inſtitutione Priorum, quibus ex officio animarum cura incumbit, quę eſt ars artium, & ſcientia ſcientiarum; ſcientes nihil eſſe, quod Religioni magis officiat, quàm quòd ad curam animarum aſſumantur indigni: neceſſe eſt enim vt tales ſint familiæ, quales earum exiſtunt Priores.

Maturè procedendum in Priorum electione

2. Vt autem Fratres noſtri maiori quiete, ac animorum tranquillitate Altiſſimo famulari poſſint, & à Conuentibus noſtris ſimultates totaliter eradicentur, plenam & omnimodam authoritatem, & poteſtatem eligendi quoſcumque Conuentuum Superiores in Patribus Diffinitorij impoſterùm collocatam eſſe volumus, ordinamus, ſtatuimus, ac præſenti Conſtitutione de facto collo-

Priores à Diffinitorio eligendi.

collocamus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Senis celebrato Anno Domini 1486. præcipientes in virtute & præcepto Sanctę Obedientiæ quibuſcumque Fratribus cuiuſcumque noſtri Ordinis Conuentus, vt electis ſibi à prædicto Diffinitorio Superioribus ſubijci, ac obedientiam præſtare, nullo quęſito colore recuſent; ſecus facientes à Conuentu mutentur, & tamquàm rebelles Ordini & Priori Generali ſine diſpenſatione puniantur.

Pręceptum

Nullus de corpore Diffinitorij Prior eligatur.

3. Ad hoc autem, vt prædicti PP. Diffinitorij huiuſmodi authoritatem & poteſtatem ſine aliqua ambitionis nota exercere liberè poſſint, ſtrictè prohibemus, ne aliquis eorum eligi poſſit ad aliquod Officium, cuius prouiſio ad Diffinitorium pertineat, ſed inter alios Prouinciæ Patres Officia prędicta diſtribuant, Dei timore, atque Ordinis honore ante oculos propoſito, ſemotoque timore, odio, vel amore, conceſſa ſibi poteſtate adeò modeſtè vtentes, vt in Priores tales præficiant, qui ſint bonæ famę, & quos ętatis maturitas, †[a] & morum grauitas commendent, & qui ſint Ordinis zelatores manifeſtè, & præter hoc litteris ſacris eruditos Priores conſtituant, maximè in nobilioribus Conuentibus: in minoribus autem adminus circumſpectos & bonos.

Qualitates eligendorum in Priores.

4. Ad pręcipuarum verò Domorum admi-

miniſtrationem nemo aſſumatur, niſi priùs in alijs Prioratus Officio per aliquod tempus functus fuerit, & in eo laudabiliter ſe geſſerit. Nemo prætereà ad Officium Prioris, vel Vicarij cuiuſcumque Conuentus admittatur, qui ab Examinatoribus in qualibet Prouincia deputandis non fuerit adiudicatus idoneus, & ab Ordinarijs locorum ad audiendas ſæcularium Confeſſiones non fuerit admiſſus. Qui ſecus in Priorem, aut Vicarium aſſumptus fuerit, eum tamquàm inhabilem ipſo facto ab Officio ſuſpenſum declaramus, prout diffinitum fuit in Capit. generali Romæ celebrato Anno Dñi 1625. ac innouatum, & confirmatum in Capitulo generali ibidem celebrato Anno Domini 1685.

Pro maioribus Conuentibus quales eligendi.

Non approbatus ab Ordinarijs pro Confeſſionibus incapax eſt ad Prioratum

5. Caueant denique P. Præſidens, & PP. Diffinitorij, quorum communibus vtilitatibus Prouinciæ, pro locorum exigentia, intereſt prouidere, ne Dei timore, & Religionis amore (quod abſit) poſtpoſitis, quos corrigere deberent, præficiant & honorent; nevè deprimant & conculcent, quos pro meritis conueniret honorare: nec alia Officia negligenda ſunt. Quæ omnia niſi bonis comitantur, confuſio in Ordine cauſetur oportet: ſemper enim mali in oppoſitum nituntur bonorum, qui ſi viribus aucti fuerint, vt bonis præualeant, actum erit de

Solertia habenda à PP. Diffinitorij.

rebus

rebus Ordinis. Ideò PP. Diffinitorij diligentiſſimè animaduertant, ne aliquis improbus, vel Obſeruantiæ contrarius ad Officia quęcumque admittatur.

Iuramentũ eligendi magis idoneos.

6. Ad electionem igitur Priorum antequàm procedatur, iuret vnuſquiſque, quòd in omnibus Prioribus, & alijs Officialibus eligendis, eis ſemper ſuffragium ſuum dabit, quos ad huiuſmodi munera ſubeunda magis idoneos in Domino ſenſerit.

Modus eligendi Priores.

7. Poſteà P. Præſidens, & PP. Prouinciales electus & abſolutus, atque primus & ſecundus Diffinitor tres Patres, vel etiam plures viua voce nominabunt, vt eorum vnus in Priorem primi Conuentus eligatur ab omnibus PP. Diffinitorij per ballotulas eo modo & formà, qua Prouinciales eliguntur in Capitulo generali: quòd ſi nullus eorum fuerit electus, alios ſimili modo nominent ijdem Patres, quòuſque de Priore ſit tali Conuentui prouiſum: idem facient pro ſecundo Conuentu P. Præſidens, & tertius atque quartus Diffinitor cum duobus Viſitatoribus, & ſic de cęteris alternatim.

3. par. c. 4. §. 5.

In eodem Conuentu nullus reeligendus.

8. Itaque inſtituant pro omnibus Conuentibus Priores, nullum in eodem Conuentu reeligendo, niſi prout diſpoſitum eſt in hac 3. par. cap. 2. n. 9.

In diuerſo Conuentu quomodo reeligi poſſit.

9. In diuerſis verò Conuentibus toties idem pro Priore conſtituatur, quoties PP. Dif-

Diffinitorij. Dei honori, animarum ſaluti, ac Ordinis profectui conuenire viſum fuerit, quibus hoc iudicandum relinquimus, eorum tamen conſcientias grauiter ſuper hoc onerantes, non obſtantibus quibuſcumque prohibitionibus in contrarium, cuiuſcumque ſint roboris, vel quibuſcumque temporis limitationibus, etiam per Reuerendiſſimum Patrem, & per quamplurima Capitula confirmatis, quas omnes irritas, & nullius valoris eſſe volumus, & declaramus: dummodò electio fiat de communi omnium Electorum conſenſu, & non aliter, iuxta formam Conſtitutionis Apoſtolicæ Clemẽtis VIII. vſu receptę, incipientis--*Vniuerſalis Eccleſiæ*, cuius tenor talis eſt. Conſtit. X. in Bull. Ord. 28. Februarij 1595.

10. *Secundò, vt ambitionis & dominandi cupiditatis ſemina radicitùs euellantur, ſtatuimus, & declaramus, quòd qui per continuum ſexennium* †b *Priores, Diffinitores, Viſitatores, ſiue Diſcreti, quorum electio omninò iuxta formam Conſtitutionum fiat, alternatim, vel ſucceſſiuè fuerint, dicto termino extincto ad aliquod Officium habens votum in Capitulo prouinciali illius biennij, vel triennij eligi minimè poſſint.* †c *Ne tamen videamur Spiritui Sancto reſiſtere, decernimus, quòd caſu emergente, in quo Electores de communi omnium conſenſu, nemine penitus diſcrepante, quempiam ad quodcumque eligant Officium, ratam, & validam fore*

Vltra Sexennium reelectio prohibetur

Reelectio de omniũ conſenſu valida.

fore electionem hoc minimè obſtante mandato.

Electio Supprioris, aliorūque Officialium.

11. Eodem modo & ordine eligentur Suppriores, Monialium Confeſſores, ſiue Vicarij, Magiſtri Nouitiorum, Sacriſtę, & Procuratores Conuentuum ſingulorum poſt familiarum diſpoſitiones.

Promouendi ad Ordines, & Confeſſiones.

12. Siquis de nouo ad Sacerdotium, vel ad alios Sac. Ordines, ad audiendum Confeſſiones ſæcularium, vel ad prędicandum fuerint promouendi, hoc loco per ballotulas admittantur.

NOTÆ IN §. VI.

†[a] *In Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685. diffinitum fuit, nullum aſſumi poſſe ad Officium Prioratus cuiuſcumque Conuentus, niſi in trigeſimo ſaltem ſuæ ætatis anno conſtitutum.*

†[b] *Ad computandum ſexennium non comprehenduntur Officia Prouincialis, Pręſidentis Capituli, Secretarij Prouinciæ, nec omnia alia Officia, ſi quæ fuerint; votum in Capitulis habentia, præter quatuor memorata in dicta Conſtitutione; nec comprehenduntur Officia quorumdam Superiorum localium, qui non Priores, ſed Rectores vocantur aliquorum Collegiorum Ordinis, & non à Diffinitorio iuxta formam Conſtitutionum, ſed ab ipſis Fratribus Collegialibus eliguntur,*

quando-

quandocumque vacare contigerit, prout multoties à Reuerendiſſimis Patribus declaratum fuit, iuxta regulam XV. de Regul. Iur. in 6.

†ᶜ *Plurìes item declaratum eſt, in dicta clauſula generali non comprehendi Officium Prouincialatus, nec Officia, quæ à Reuerendiſſimo Patre per deputationem conferuntur; ideòque qui per ſexennium continuum fuerunt Priores, Diffinitores &c. ad Officium Prouincialatus aſſumi poſſunt, quamuis non omnes electores pro eis ſuffragentur, & ſimiliter deputari in Præſidentes Capituli proximè futuri.*

§. VII.

De familiarum diſpoſitione, & Fratrum mutatione, ac Deputatis Conuentuũ nominandis.

1. SVbinde ad Familiarum diſpoſitionẽ, & Fratrum mutationem cum ſana maturitate, & cum charitate procedant, & vnicuique Conuentui Prouinciæ, quòad fieri poſſit, de numero & idoneitate Fratrum prouideant reſpectiuè, prout ſtatui Prouinciæ, & Fratrum ſaluti & conſolationi ſecundùm Deum viderint expedire.

2. Is verò tantummodò numerus conſtituatur, & conſeruetur, qui vel ex proprijs redditibus Monaſterij, vel ex conſuetis eleemoſynis Fidelium commodè poſſit ſuſtentari: nec in vno Conuentu omnes habiles & *(Numerus Fratrum in vnoquoque Conuẽtu conſtituendus.)*

R vtiles

vtiles, in alio verò omnes inhabiles & inutiles Fratres collocentur: quapropter innouamus antiquam diffinitionem in Capitulo generali Mediolani Anno Domini 1564. celebrato factam, & in ſequenti generali Capitulo Patauij Anno Domini 1568. celebrato confirmatam, quę eſt huiuſmodi.

3. *Quia in varijs Conuentibus Magiſtrorum ea penuria eſt, quę in alijs ſæpè abundare contingit, ſtatuimus, & ordinamus, vt Magiſtri per Monaſteria Prouinciarum alternatim diſtribuantur; ita tamen vt communis vtilitatis ratio potior ſit, quàm particularis; innouantes in hoc ſexageſimam diffinitionem Mediolani factam*, Hęc ibi. Super quo tamen conſcientias Patrum Diffinitorij grauiter oneramus.

Per diuerſos Conuentus Magiſtri diſtribuantur.

4. Aduertendum etiam eſt, ne Fratres diſſoluti ponantur in Conuentibus, in quibus minus, quàm par eſt, regularis Obſeruantia viget, ſed in illis, in quibus meliùs poſſint corrigi & cuſtodiri.

Fratres diſſoluti quo loco ponēdi.

5. In diſpoſitionibus Familiarum primò ſcribantur Sacerdotes, ſecundò Profeſſi, tertiò Nouitij, quartò Laici & Conuerſi, & ſcribantur tituli Officiorum ipſorum; videlicet, ſi fuerint Prædicatores, vel Confeſſores, ſeu vtrumque; & de Profeſſis, an Diaconi, vel Subdiaconi ſint, ordinem debitum inter ipſos ſeruando.

Ordo ſeruandus in diſpoſitione familiarum.

6. No-

Digitized by Google

6. Nominabunt quoque pro maioribus Conuentibus quatuor, pro minoribus verò duos Patres Deputatos ad negotia Conuentuum cum Officialibus & alijs, vt inferiùs dicetur, tractanda: & licèt Conuentus aliquis ſit ingens & nobilis, non proinde maior numerus Patrum requiratur, ſed prædicti ſufficiant. Poterunt etiam Patres Diffinitorij, ſi ſibi videbitur expedire, Deputatos iſtos ex ipſis Officialibus, vel alijs Vocalibus nominare.

Nominatio Deputatorum.

3. par. c. 23.

7. Siquis à Prouincia licentiandi, ſiue iuxta Regulæ & Conſtitutionum formam, *ne contagione peſtifera plurimos perdant*, de noſtra ſocietate proijciendi fuerint, *cum dilectione hominum, & odio vitiorum,* fiat hoc loco.

Expellendi ab Ordine.

Regul. c. 7.

NOTÆ IN §. VII.

Quòad Fratres incorrigibiles eijciendos ab Ordine videnda, & ſeruanda ſunt Decreta Sac. Congregationis Concilij Vrbani Papæ VIII. iuſſu edita 11. Septembr. 1624. de quibus infrà 6. par. cap. 22.

§. VIII.

De Collecta pro Prouincia reparanda.

Collecta pro Prouincia reparanda.

1. STrictè pręcipimus omnibus & ſingulis Conuentibus cuiuſcumq; Prouinciæ Ordinis noſtri, vt contribuant certam pecuniæ ſummam, quæ taxabitur in Capitulis prouincialibus per P. Præſidentem & PP. Diffinitorij, & per eoſdem applicabitur Conuentibus egentioribus, vno biennio vni, & altero alteri; habita ſemper ratione maioris & vrgentioris neceſſitatis, ita vt omnibus ſubueniatur.

Qualiter expendenda Collecta.

2. Volumus autē, vt iſtis pecunijs ędificia cōſtruantur noua, vel antiqua reparentur, & cùm nulla ſe obtulerit ędificandi neceſſitas, Conuentui tradatur prędicta ſumma, vt ex ea annua annona frumenti, vini, & olei &c. tempore debito ematur, atque infra annum paulatim ea pecunię portio, quæ ad emendam annonam expendenda erat, Depoſito reſtituatur; itaut ſemper remaneat integra illa pecuniæ maſſa in Depoſito ad eumdem effectum. Conuentus autem qui hoc non indiget, ſummam ſic ei applicatam redigat in redditus annuales.

Præceptū.

3. Strictè autem pręcipimus in virtute Sancti Spiritus, & præcepto ſalutaris Obedien-

dientię, omnibus & ſingulis Prioribus, qui pro tempore fuerint, vt in nihil aliud tales applicationes expendant. Prior verò, qui ſecus fecerit, vel ſummam illam pro annona annuali emenda integram non reliquerit in Depoſito Conuentus, cùm ad Capitulum prouinciale iuerit, ad Officium Prioratus perpetuò ineligibilis permaneat, & voce careat in eodem Capitulo, niſi oſtenderit fidem Depoſitariorum ſui Conuentus, quatenus dictam ſummam in Depoſito integram reliquerit. Pœna Priori contraueniendi infligenda.

4. Prioribus autem Prouincialibus diſtrictè præcipiendo mandamus, quòd quandòcumque contigerit nouas domos, vel etiam antiquas grauiter moleſtari, vel ſuo iure priuari, & propter paupertatem proprio adiutorio deſtitui, de alijs domibus ſuæ Prouinciæ exhiberi faciant domibus huiuſmodi ſubſidium opportunum, quòuſque pacis & iuſtitię obtineant complementum. Grauatis Conuentibus ſuccurrendum.

§. IX.

De receptione, & prouiſione noui loci.

1. Receptionem, & prouiſionem noui loci PP. Diffinitorij in ſolo Prioris Prouincialis arbitrio non relinquant; immò prçcipimus, vt nullus locus de nouo reci- Noui Conuentus qualiter recipiendi.

piatur abſque Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, & aliquorum etiam ſeniorum de Prouincia. † Nouis autem Conuentibus prouideatur de Fratribus ſelectis, vt ſtatim à principio Religionis rigor inibi ſeruetur, & Ordinis bonus odor, & fama in illis partibus incipiat diuulgari.

Antiqui qualiter relinquendi.

2. De habitis quoque nullus locus alibi quàm in ipſo Capitulo prouinciali, & de conſenſu maioris partis totius Capituli, & non aliter quocumque prætextu relinquatur; nec etiam hoc fiat abſque conſenſu Reuerendiſſimi P. Generalis, qui, vbicumque ille ſit, debet poſtulari, & in ſcriptis de facto obtineri.

Queſta inter Conuẽtus diuidẽda.

3. Queſtam in Prouincia ita prudenter inter Conuentus diuidant, & de ea ita modeſtè & religiosè diſponant, quòd ex multitudine Fratrum petentium nullum poſſit ſcandalum generari, nec Fratres vnius Prouincię in limitibus alterius petant abſque licentia Prouincialis illius Prouincię, niſi fortè in eadem Ciuitate duo, vel plures fuerint Conuentus diuerſarum Prouinciarum, ſeu Congregationum.

Locus futuri Capituli aſſignetur.

4. Locum etiam futuri Capituli celebrandi omninò determinent, & in eodem quaterno familiarum ſcribant; aduertantque diligenter, ne quid diffiniendum indiffinitum relinquant, quatenus omnibus ritè

or-

ordinatis, Prouincia tota vſque ad ſequens Capitulum prouinciale quieſcere valeat in ſancta pace.

NOTÆ IN §. IX.

† *Quoad fundationem, & erectionem noui Conuentus videnda, & ſeruanda eſt Conſtitutio Clementis VIII.* Quoniam ad inſtitutam. 23. *Iulij* 1603., *necnon Decreta de mandato eiuſdem Clementis, & Gregorij XV. quæ quidem (reuocatis quibuſcumque facultatibus in contrarium) obſeruari præcepit Vrbanus VIII. Conſtit.* 25. Romanus Pontifex 28. *Auguſti* 1624.

§. X.

De electione Viſitatorum, Diffinitoris, ac Diſcreti Capituli generalis.

1. DEmum eligantur duo Viſitatores, qui ſint viri religioſi & graues, & in ſacris litteris mediocriter ſaltem eruditi, circumſpectę perſonę, & bonæ famę, qui totam Prouinciam ſemel ante Capitulum prouinciale viſitare * teneantur, & efficaciter viſitent, in quorum electione ſeruabitur iſte modus, videlicet.

* Seruetur conſuetudo Prouinciarum, quoad ipſarum Viſitationem.

2. Congregato Capitulo, vt moris eſt,

 P. Præ-

Electio Viſitatorum canonica.

P. Præſidens congruum de Viſitatoribus eligendis ſermonem faciet, poſteà fiat electio per vota ſecreta, & illi duo, in quos maior pars Vocalium conuenerit, pro Viſitatoribus habebuntur; quòd ſi in nullum maior pars conuenerit, iterum procedetur ad ſcrutinium, quòuſque electio ſit canonica, ſicut in electione Reuerendiſſimi P. Generalis dictum eſt.

3. par. cap. 3. §. 5. nu. 4. & 5.

Qui non ſint in Viſitatores eligendi.

3. Nolumus autem quòd aliquis de corpore Diffinitorij in Viſitatorem eligatur, ne numerus Patrum Diffinitorij minuatur. Si verò acciderit, quòd aliquis ſit in Viſitatorem electus, qui in Diffinitorio fuerit pro Priore in aliquo Conuentu aſſignatus, vtraque de tali facta electio ſit rata & valida, non tamen Conuentum, cuius fuerit Prior, viſitabit, ſed loco ſui ſuccedet in illius Conuentus ſolùm viſitatione Prior propinquioris Conuentus eiuſdem Prouinciæ.

Electio Diff. & Diſcreti pro Capit. generali.

4. Et ſi ſequenti biennio Capitulum generale debeat celebrari, eligantur Diffinitor & Diſcretus, qui pro illa Prouincia ad dictum Capitulum vadant: eligantur autem modo ſupradicto, non tamen canonicè ſicut Viſitatores, ſed ille cenſeatur electus in Diffinitorem vel Diſcretum Capituli generalis, in quem plura ſuffragia conuenerint.

Extra tempus Capituli quomodò eligendi.

5. Quando autem extra tempus Capituli electionem Diffinitoris vel Diſcreti fieri ne-

neceſſe fuerit, ſufficit, vt Prior Prouincialis cum PP. Diffinitorij ad huiuſmodi electionem conueniant, & fiet tunc per ballotulas, ſicut fiunt Priores in Capitulo prouinciali.

6. Ad Diffinitoris munus (ſi fieri poſſit) hi tantùm eligantur, qui Officio Prouincialatus functi iam aliquando fuerint: cuperemus etiam, quòd huiuſmodi eligerentur, qui generalis Capituli Diffinitores eatenus non extiterint, habita etiam ratione antiquitatis, itaut nemini (ſi fieri poſſit) hac in parte iniuria fieret. Diſcreti verò Prouinciarum, ſiue Congregationum ſemper ſint Studiorum Regentes, nullo ab eius munere Gymnaſio reiecto; vbi verò nulla fuerint ſtudia, alij poſſint eligi, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Peruſiæ celebrato Anno Domini 1570. Qualis eſſe debeat Diffinitor generalis. Qualis Diſcretus.

7. Huiuſmodi autem Conſtitutio in Ciſmontanis Prouincijs tantummodò ſeruetur, in Vltramontanis verò earumdem Prouinciarum mos & conſuetudo; ita tamen vt qui ſemel Diffinitoris munus, cùm potuit ac debuit, obire renuit, ad eiuſmodi Officium nequaquam ampliùs admittatur, prout fuit diffinitum & declaratum in Capitulo generali Romę celebrato Anno Dñi 1575. Ituri etiam ad Capitulum generale, adminus ſciant diſtinctè loqui latinè, prout diffini- Quales Diffinit. & Diſcreti Vltramontani.

finitum fuit in Capitulo generali Neapoli celebrato Anno Domini 1300.

Qualitates Viſitatoris, Diffinitoris, & Diſcreti.

8. Ad Viſitatoris Prouinciæ, Diffinitoris, vel Diſcreti Capituli generalis Officia, talis eligendus erit, qui non ſit iuuenis in Ordine, ſed ſaltem per quindecim annos in Ordine ſteterit, & qui nunquam cum ſcandalo ab Ordine apoſtatauerit, nec fuerit de aliquo vitio notabili conuictus, vel confeſſus, ſine ſatisfactione longi temporis, vel communiter infamatus, niſi ſe canonica purgatione purgauerit.

Capitulum de culpis.

9. Poſteà vel tunc immediatè, vel aliâ hora quæ videbitur opportuna, ter pulſata campanula, vt moris eſt, de culpis agatur: & primùm Prouincialis abſolutus genibus flexis dicat, & confiteatur culpas ſuas, cui iam tũc Patres non aſſurgant, & P. Præſidens condignam ſuis culpis iniungat ei pœnitentiam, quam ipſe patienter acceptans, deoſculata humiliter manu P. Præſidentis, ad locum ſuum reuertatur.

Renunciatio Priorũ

10. Poſteà Priores ſigillatim dicentes ſuam culpam, Officio Prioratus in manibus P. Præſidentis ſigillum præſentantes, ſimpliciter renunciabunt; quæ Sigilla P. Præſidens acceptando, & eoſdem ab Officio Prioratus abſoluendo; dicat vnicuique:

Abſolutio Priorum.

Et ego authoritate qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab

Offi-

Officio Prioratus Conuentus noſtri N. In nomine Patris &c. Ab eis verò; qui ſuum biennium nondum compleuerunt, & Officium Prioratus proſequi debent, acceptet ſigilla, ſicut ab alijs, non tamen eos abſoluat.

11 Poſteà ſi aliquis Vocalium habet dicere ſuam culpam; vel debet proclamari in particulari; id breuiter fiat. Deinde vnus Diſcretorum in medio genuflexus, breui Oratione latina, magna cum humilitate; nomine omnium Vocalium & ſingulorum Fratrum totius Prouinciæ culpam ſuam dicat, atque terra deoſculata; ad locum reuertatur, interim verò omnes ſtent. P. Præſidens iuxta culparum exigentiam, & noſtræ Religionis ſtatuta vnicuique dicenti ſuam culpam; vel pœnitentiam imponat, vel gratias referat ſuę bonę adminiſtrationis, omnibuſque pro communibus culpis imponat pſalmum vnum, ſtatim communiter genibus flexis dicendum: dictoque; ***Adiutorium &c.*** Capitulum culparum ſoluat.

Correctio delinquentium.

CA-

CAPVT XI.

De publicatione Actorum capitularium, & de modo dimittendi Capitulum.

§. I.

De Diffinitionibus, atque Familijs legendis.

Modus cõcludendi Capitulũ.

1. SVpradictis igitur ritè peractis, vel tunc immediatè, vel hora, quæ P. Præſidenti videbitur opportuna, campanula Clauſtri ter pulſetur pro ſigno Capituli, & ſucceſſiuè ſtatim campana minor in Cãpanili ter pulſetur prolixiùs cum debito interuallo, ad quod ſignum omnes tam Vocales, quàm non Vocales ad Capitulum conueniant, quibus cum grauitate conſedentibus, P. Prȩſidens dicat: *Adiutorium &c. Benedicite &c.*

Publicatio Actorum.

2. Deinde hortetur omnes, vt diſpoſitiones Capituli prompta & ſimplici obedientia, abſque vlla contradictione hilariter excipiant, & humiliter cum omni diligentia ſtudeant adimplere, & ſtatim legantur alta, & intelligibili voce ab vno ex Cancellarijs Diffinitorij, prȩmiſſo: *In nomine Domini &c.* prænotato etiam anno, menſe, die, & loco, in quo celebratum eſt Capitulum

lum, & quis fuerit Præſidens, & quis Prouincialis electus, nominatiſque per ordinem omnibus & ſingulis Diffinitorij Patribus, & hoc ſuperadiuncto, videlicet: *Qui omnes vnanimi conſenſu authoritate eis à noſtris Conſtitutionibus conceſſa, ea, quæ ſequuntur, ſtatuerunt, ac publicè notificari mandarunt.* Tunc legantur Diffinitiones, & poſteà Familiarum diſpoſitiones.

3. Cùm autem pronunciatum fuerit quem Priorem conſtituerint Conuentus talis N., is, qui nominari ſe ſenſerit, ſtatim ſurgat, & coram P. Pręſidente genua in terra humiliter flectat, cui P. Præſidens Sigillum illius Conuentus tradens, ipſum in Officio Prioratus confirmabit, dicens: *Et ego authoritate qua fungor, confirmo te in Priorem Conuentus noſtri N. dans tibi omnem authoritatem & poteſtatem, quam cæteri Priores eiuſdem Conuentus habere ſolent tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus. In nomine Patris &c.* & Prior huiuſmodi deoſculata manu P. Pręſidentis Sigillum accipiat, & ad locum ſuum reuertatur, & ſucceſſiuè legatur eius Familia. Confirmatio Priorū

4. Si autem Prior aliquis de nouo non conſtituatur, ſed in Officio, ſicut anteà erat, relinquatur, huic quidem P. Præſidens tradat Sigillum ſui Conuentus, non tamen eum confirmet, ſicut anteà ab Officio non abſol- Prior de nouo non electus, nō confirmatur.

ſol-

ſoluit; prima namque confirmatio tenet, quòuſque abſoluatur.

Confirmatio Priorũ abſentium.

5. Si verò Prior electus non fuerit præſens, Diſcretus illius Conuentus, & ſi Conuentus non habuerit Diſcretum, Prior propinquioris Cõuentus accipiat pro eo Sigillum, & P. Pręſidens eum, licèt abſentem, in Priorem confirmabit, dicendo; *Et ego authoritate qua fungor, confirmo Ven. P. F. N. in Priorem &c. dans ei &c.* In omnibus alijs Officijs publicatio habeatur pro confirmatione abſque aliqua alia ceremonia.

Pœna non acceptantium.

6. Statuimus inſuper, prout diffinitũ fuit in Cap. gen. Romę celebrato Anno Domini 1575., vt ſiquis ad aliquod Officium Ordinis exercendum promotus & accitus, illud nulla rationabili cauſa impeditus ſubire contempſerit, grauiter puniatur; ſi verò Prioratus Officiũ acceptare renuerit ſine cauſa prędicta, quam iudicare tenentur Prior Prouincialis & Diffinitores, ad Officium Prouincialatus, vel Prioratus alicuius nobilioris Conuentus de cętero inhabilis permaneat.

Adhortatio Pręſidentis ad Priores.

7. Deinde P. Pręſidens hortetur omnes Priores, qui ſtatim capitibus detectis ſurgant, quatenus in moribus ac regimine, iuxta noſtræ Sac. Religionis ſanctas ac laudabiles Conſtitutiones & ordinationes, ac Prouinciæ diffinitiones, ſtudeant eſſe, & inueniri conformes.

§. II.

De Sigillis Prouinciarum & Conuentuum.

1. Sigilla omnia Prouinciarum noſtri Ordinis, tam magna, quàm parua Imaginem S.P.N. Auguſtini cum cappa, ſiue cuculla Ordinis, corrigia præcincta, pluuiali, ac deſuper capucio, mitra, & baculo paſtorali habeant expreſſam: different autem in circumcirca ſcriptione, quę diſtinguere debet cuiuſnam Prouinciæ, ſeu Congregationis ſit Sigillum. *Forma Sigillorum Prouinc.*

2. Sigilla verò Conuentuum noſtrorum tam Fratrum, quàm Monialium, habeant expreſſam Imaginem illius Sancti vel Sanctæ, cuius nomine Eccleſia nuncupatur vniuſcuiuſque Conuentus, cum circumcirca ſcriptione cuius ſit Conuentus. Volumus autem, ac ſtrictè præcipimus, vt quilibet Cõuentus Ordinis noſtri proprium habeat Sigillum. Prior verò qui vel ob negligentiam, vel incuriam, Sigillum ad Capitulum prouinciale non portauerit, à P. Pręſidente debitè puniatur. *Sigilla Cõuentuum.*

3. Publicentur Viſitatores Prouincię, & pronuncietur locus Capituli prouincialis futuri, quo pronunciato dicat P. Prçſidens alta voce: *Reſeruamus Nobis authoritatem,* *Publicatio Viſitatorũ, & loci pro Capit. futuro.*

&

& poteſtatem determinandi, diffiniendi, ſtatuendi, reformandi, corrigendi, & emendandi, necnon mutandi, & confirmandi quæcumque geſta ſunt, quandiù nos, & PP. Diffinitorij omnes ſimul erimus; quapropter volumus, & præcipimus, vt nullus Diffinitorum ſe poſſit intra illud tẽpus à loco Capituli abſentare.

4. Ex tunc ad ſignum P. Præſidentis

Eundum in Eccleſiã

Cantores incipiant Hymnum *Magne Pater Auguſtine &c.* quem cantando Fratres bini & bini, vt moris eſt, ad titulum inclinantes in Eccleſiam vadant ordinatè, atque ante maius Altare (ſi ibi fuerit Sacratiſſimum Corpus Domini) genuflectentes, ad loca ſua ſe conferant: Finito Hymno, Cantores dicant; ***Ora pro nobis B. P. Auguſtine &c.*** P. Præſidens in loco ſuo dicat Orationem: ***Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus &c.***

§. III.

De Benefactorum viuorum recommendatione, & ſuffragijs iniungendis pro Viuis atque Defunctis.

Oratio in gratiarum actionem.

1. POſteà ſedeat P. Præſidens, & cæteri poſt eum, & ipſe dicat in tono; *Benedicite*, & reſponſo ab omnibus; *Deus*, habeatur Oratio in laudem noſtræ Sac. Religionis

gionis, in gratiarum actionem pro fœlici Comitiorum celebratione; commendenturque Fratrum tam pręſentium, quàm abſentium Sacrificijs & orationibus, primò Summus Pontifex pro tempore exiſtens, deinde Eminentiſſimus Cardinalis Protector, Reuerendiſſimus Prior Generalis, R. Procurator Ordinis, & Epiſcopi Ordinarij illorum locorum, in quibus Monaſteria illius Prouinciæ exiſtunt, poſteà Rex, vel Princeps illius Regni, vel Prouinciæ.

2. Specialis etiam eorum fiat mentio, qui particularibus auxilijs illam Prouinciã proſequuntur, ſpecialia etiam & notabilia beneficia, ſi quæ eo biennio contulerunt, fideliter referendo, iuxta informationem Priorum. Deinde mentio fiat in genere Benefactorum Prouinciæ vtriuſque ſexus tunc temporis viuentium. Vltimò gratię referantur illis, qui Comitijs prouincialibus ſuis eleemoſynis ſubuenerunt, vel Actus noſtros, ſcilicet quotidianas & publicas Concluſiones, & Conciones ſuo aduentu & conſpectu ornare dignati ſunt. *Memoria Benefactorum.*

3. Finita Oratione, legantur Litteræ P. Pręſidentis, quibus pręcipiat omnibus & ſingulis Prioribus illius Prouinciæ, quatenus poſtquàm ad Conuentus ſuos peruenerint, vel de huiuſmodi Litteris in ſuis Conuentibus conſtiterit, diligenter curent, vt *Miſſę dicẽdę in ſingulis Conuentibus.*

S qui-

quilibet Sacerdos ſuę Familię pro Fratribus & Sororibus, Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus illius Prouinciæ viuis dicat vnam Miſſam de Spiritu Sancto, Clericus ſemel *Pſalmos Pænitentiales*, & Frater Laicus, ſiue Conuerſus quinquaginta *Pater noſter* cum *Gloria Patri*: pro Fratribus verò, ac Sororibus, Familiaribus, propinquis, & Benefactoribus Prouinciæ defunctis vt quilibet Sacerdos dicat vnam Miſſam, Clericus ſemel Officium integrum Defunctorum, Frater Laicus, ſiue Conuerſus quinquaginta *Pater noſter* cum *Requiem æternam &c.*

3. par. c. 4. § 7. n. 6. 7. 8. & 9.

4. Litteris lectis, ſurgant omnes, & P. Præſidens dicat, *Oremus pro Papa noſtro N.*, ſicut in Capitulo generali. Deinde flexis genibus fiat Confeſſio & Abſolutio generalis, ſicut ibidem; ſimili etiam modo abſoluatur Capitulum, & Fratres ad loca ſua in Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ire pergant.

Abſoluitur Capitulū.

Exequutio diſpoſitionum Capituli.

5. Nolumus autem, quòd Prior Prouincialis ſuper diſpoſitiones Capituli, & Fratrum mutationes diſpenſare poſſit, niſi priùs exequutioni mandentur, ne vnus ſit ædificans, & alter deſtruens: quæ enim tanta Patrum conſideratione & matura delibetione diſpoſita ſunt, de facili mutare non conuenit, nec decet; quòd ſi ſecus fecerit, ab Officio per PP. Viſitatores ſuſpendatur.

Quid

§. IV.

Quid de litteris Diſſinitorio delatis fieri debeat.

1. ANtequàm Diffinitorium omninò ſoluatur, litterę, quæ ſunt Diffinitorio delatæ, producantur in medium, inter quas ſi fuerint litterę aliquę Summi Pontificis, vel eius Legati, aut Eminentiſſimi D. Card. Protectoris, vel Reuerendiſſimi Prioris Generalis, ſeu aliorum Prælatorum, aut Principum, vel Vniuerſitatum, ſeu alicuius etiam perſonæ priuatę, quæ adfutura porrigantur, aut quæ commodum Prouinciæ, vel alicuius Conuentus concernere videantur, in Regiſtro Prouinciæ per Secretarios Diffinitorij regiſtrentur, vel ad Archiuium Prouincię ſeruandæ mittantur, in quo huiuſmodi omnia ſeruari debent, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Ratiſponæ celebrato Anno Domini 1290. cęteræ autem omnes igne comburantur.

2. Diffinitiones verò Capituli prouincialis cum proemio conſueto, nomina Priorum, Conuentuum, & Viſitatorum, & Diffinitoris, ac Diſcreti Capituli generalis, ac locus Capituli proximè celebrandi fideliter ſcribantur, & maiori eiuſdem Prouinciæ Sigillo muniantur, & deinde ad Reuerendiſſi- *Acta Capituli à Reuerendiſſimo confirmanda.*

 diſſi-

diſſimum Priorem Generalem, vt ab ipſo, ſi ſibi viſum fuerit, confirmentur, mittantur quamcitiùs fieri poſſit. Quòd ſi occurrat aliquas electiones ſiue Prouincialium, ſiue Priorum, ſiue Officialium reſpectiuè à Reuerendiſſimo P. Generali legitimè annullari, eò tunc in eius poteſtate eſſe nouos Superiores, & Officiales ſubrogare iure ſibi deuoluto, prout declaratum fuit in duobus Capitulis generalibus Romæ celebratis. Ann. 1679. & 1685.

Formularium Actorum Capitularium, quæ mitti debent ad Reuerendiſſimum P. Priorem Generalem.

IN nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem ..... Menſe N. celebrata ſunt Comitia prouincialia Fratrum Erem. S. P. N. Auguſtini huius Prouinciæ N. in Conuentu N. à Reu. Patre N. de N. dictę Prouinciæ Priore Prouinciali in diem ..... ſupradicti menſis indicta; ad quę die prædicta, quæ erat Feria quinta poſt Dominicam ſecundam poſt Paſcha, conuenerunt Patres vocem habituri.

(Si verò Capitulum alio tempore celebretur, ſecundùm conſuetudinem aliquarum Prouinciarum, reſpectiuè erunt denunciandi dies.)

Ita-

Itaque poſtera die, quæ erat Feria ſexta, ſtatim poſtquàm Veſperæ fuerunt decantatæ, ſigno campanulæ ter dato, Patres omnes capitulariter congregati fuerunt, & præfatus Pater Prouincialis mandauit, vt ſiquis à Reuerendiſſimo Patre Generali litteras haberet ad iſtud Capitulum directas, eaſdem ſtatim proferret. Mox Reu. Pater N. de N. litteras Reuerendiſſimi Patris N. de N. Prioris Generalis præſentauit, per quas dicti Capituli Præſidentem conſtituebat Reu. Patrem N. de N., qui renuente nullo, ab omnibus reuerenter pro Præſidente fuit recognitus.

(Si tamen Litteræ Patris Reuerendiſſimi præſentatæ non fuerint, ponatur hoc modo: *Et cum litteræ Reuerendiſſimi Patris prolatæ non fuiſſent, dictus Reu. Pater Prouincialis antiquiorem Capituli proximè præteriti Diffinitorem inquiſiuit, compertumque Reu. Patrem N. de N., ipſi vt legitimo Præſidenti omnes obedientiam præſtiterunt.*)

Deinde per ballotulas electi ſunt tres Iudices cauſarum, Venerabiles Patres N., N., & N.

Sequenti Sabbato Miſſa de Spiritu Sancto ſolemniter cantata, aliiſque expletis in noſtris Conſtitutionibus præſcriptis, coram omnibus in loco Capituli conſidentibus, R. P. Prouincialis Officium ſuum in manus Præſidentis humiliter reſignauit. Qua reſignatione acceptata, recitata fuerunt per Venerabilem Patrem

N. de N. Iudicem causarum nomina eorum, qui vocem habere debebant, hoc ordine.
Reu. P. N. Præſidens præſentis Capituli.
Reu. P.N.Prouincialis abſolutus.

(Poſteà ponantur Diffinitores prçteriti Capituli, Viſitatores Prouinciæ, cæterique Vocales ſecundùm ordinem præſcriptum in Conſtitutionibus 3.par.cap.9.§.5.)

Emiſſis autem vocem non habentibus, deſignati ſunt tres Scrutatores vocum per ballotulas RR. Patres N. N. & N. & ab ipſis iuramento fidelitatis præſtito, ad noui Prouincialis electionem proceſſum eſt, atque prima (vel ſecunda, aut tertia) *electione & ſcrutatione peracta, electus fuit in Prouincialem omnium ſuffragijs* (vel tantis votis) *Reu.* ***P****ater N.de N.ac à primo Scrutatorum publicatus, proceſſionaliterque ad Eccleſiam deductus, deoſculatæ fuerunt ei manus in ſignum obedientię, & tradito ei per Reu. P.Præſidentem Prouinciæ Sigillo, ab eodem in Officio Prouincialatus confirmatus eſt.*

(Si electio non fuit omnium ſuffragijs celebrata, hic apponi debent alij Patres, qui aliquas voces habuerunt, hoc modo; Reu. Pater N.habuit tot ſuffragia.)

Electio Diffinitorũ non eſt canonica. *Eadem die poſt Nonam ad ſonum campanulæ ter pulſatæ, vt moris eſt, in Capitulo omnes Patres Vocales conuenerunt, & proceſſerunt ad electionem Diffinitorum, & ab illis, omnibus ſeruatis ſeruandis, fuit electus in*

primum

primũ Diffinitorem Reu. Pater N. de N. tantis ſuffragijs; *in ſecundum Reu. Pater N. de N.* tantis, ſuffragijs; *in tertium Reu. Pater N. de N.* tantis ſuffragijs; *in quartum Reu. Pater N. de N.* tantis ſuffragijs.

(Poſteà nominentur tres alij Patres, qui vltra prædictos quatuor aliquas voces habuerunt; & primò nominetur, qui plures habuit, hoc modo.)

Reu. Pater N. habuit tot ſuffragia, Reu. Pater N. tot. & Reu. Pater N. tot.

Diebus verò ſequentibus ſeruatis omnibus in noſtris Conſtitutionibus præſcriptis, congregati fuerunt diffinitorialiter prædicti Adm. RR. Patres N. de N. Præſidens, N. de N. Prouincialis electus, N. de N. Prouincialis abſolutus, ac PP. Diffinitores N. N. N. & N., qui ſimul cum RR. Patribus N. & N. Viſitatoribus bienniȷ (vel, triennij, aut, quadriennij) *præteriti, authoritate eis à noſtris Conſtitutionibus conceſſa, ea, quę ſequuntur, ſtatuerunt, ac publicè notificare mandarunt.*

Diffinitiones, ſeu Decreta.

(Hìc regiſtrentur de verbo ad verbum Diffinitiones omnes, ac reſolutiones, ſiue Sententiæ, vel Decreta facta in Diffinito-

rio. Poſteà ſubſequantur diſpoſitiones Familiarum Conuentuum, hoc ordine.)

Diſpoſitiones Familiarum.
Prouiſio Conuentus N.

Electus fuit in Priorem Ven. Pater N. de N.
In Suppriorem Pater N. de N.
In Deputatos Patres N. & N.
In Magiſtrum Nouitiorum Pater N. de N.
In Sacriſtam Pater N. de N.
In Procuratorem Pater N. de N.
In Prædicatorem Pater N. de N.
In Examinatores Ordinandorum, & Confeſſariorum PP. N. & N.
In Conuentuales verò nominati ſunt Patres N. N. &c. (exprimendo gradus, & officia ſingulorum, ac ordinem debitum inter ipſos ſeruando; prout in 3. par. cap. 10. §. 7. n. 5. necnon ſcribendo, qui de nouo locati, vel amoti fuerunt; & ſimili modo fiat reſpectiuè de omnibus alijs Conuentibus.)
In Secretarium Prouinciæ, & Socium Reu. P. Prouincialis electus eſt Pater N. de N.

(Poſteà ſi quæ fuerint aliquę aliæ electiones, ſeu nominationes factæ à Diffinitorio, putà, Confeſſariorum Monialium &c. hoc loco regiſtrentur.)

In Viſitatores Prouinciæ electi canonicè ſunt RR. PP. N. & N.

(Si

(Si autem facta fuerit electio Diffinitoris, & Diſcreti Capituli generalis, hìc notetur.)

Locus Capituli prouincialis proximè celebrandi, deſignatus eſt Conuentus N.

Hæc ſunt, Reuerendiſſime Pater, Capituli noſtri electiones, & Acta, pro quorum approbatione & confirmatione ad pedes Paternitatis Veſtræ Reuerendiſſ. ſubmiſſè prouoluimur, humillimè obſecrantes, vt iiſdem fauoribus, ac paterni amoris affectibus, quibus ſemper, nos proſequatur; Deus Opt. Max. P. V. Reuerendiſſimã Eremitico Orbi diù ſeruet incolumem. Dat. .... ſub die ... Menſis N. Anno ...

Poſteà manu propria omnium Patrum Diffinitorij ſubſcribantur, & maiori eiuſdem Prouinciæ Sigillo muniantur, & ſic ad Reuerendiſſ. Patrem mittantur.

§. V.

De Litteris P. Præſidentis, quas ſinguli Priores ad ſuos Conuentus portare debent.

1. PRiores verò, aut Diſcreti locorum, vel ij denique, qui Sigilla Conuentuum de manu P. Præſidentis receperunt, antequàm à loco celebrati Capituli recedant, Litteras habeant à P. Præſidente in forma patente, manus propriæ eiuſdem ſubſcriptione,

ne, ac Sigilli maioris Prouinciæ impreſſione munitas, in quibus proemium conſuetum, & omnes diffinitiones in eodem Capitulo factæ, & prouiſio ipſius Conuentus de Priore, & Familia, & aſſignationes Fratrum, qui inde remouentur, nomina etiam & cognomina Fratrum præterito biennio defunctorum diſtinctè contineantur: quas poſtquàm ad Conuentum peruenerint, eadem die Supprior, vel Vicarius biennij præteriti congregato Capitulo legi faciat, & lecta inſtitutione Prioris, cum ad titulum Capituli, ſi fuerit pręſens, deducat, & manum ei in ſignum obedientiæ & reuerentiæ ipſe Supprior, ac ſubinde cæteri omnes ordinatè deoſculabuntur; omneſque & ſinguli Officiales Conuentus claues in manibus eius conſignabunt: quòd ſi non fuerit pręſens, idem fiet quando ipſe peruenerit ad Conuentum: ſine quibus litteris lectis & publicatis nullus pro Priore in aliquo Conuentu recognoſcatur.

Qualiter Prior recipiendus.

2. Denique quęcumque in hoc Capitulo, vel in quouis alio iſtarum Conſtitutionum de Prouinciali, de Prouincia, vel de Capitulo prouinciali dicta ſunt, ea omnia intelligi volumus de Vicarijs Congregationum, de ipſis Congregationibus, & de earum Capitulis: omnia etiam, quæ de biennio dicta ſunt, de triennio reſpectiuè intelligantur

Quę de Prouincijs dicta ſunt, de Congregationibus intelligun tur.

ligantur in illis Prouincijs, in quibus Capitulum prouinciale de triennio in triennium celebrabitur, vel de quadriennio in quadriennium in partibus Indiarum, ſi propter longiſſimam diſtantiam Officia tantum durare Patribus viſum fuerit.

Quę de biennio, reſpectiuè de triennio intelliguntur.

CAPVT XII.

De Congregatione in medio biennij celebranda.

1. IN vnaquaque Prouincia noſtri Sac. Ordinis in medio biennij eodem tempore, quo Capitulum prouinciale celebrari ſolet, & in loco per Priorem Prouincialem aſſignando Congregatio prouincialis celebrabitur, vt aliquibus negotijs & caſibus, ac neceſſitatibus commodiùs prouideri poſſit, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1543. per Reuerendiſſimum P. Magiſtrum Hieronymum Seripandum noſtri Sac. Ordinis tunc temporis Priorem Generalem, poſteà verò S. R. E. Cardinalem, ac demum Sacroſancti Concilij Tridentini authoritate ſummi Pontificis Præſidentem.

Tempus Congregationis.

2. Ad huiuſmodi Congregationem ſolummodo conuenient nouem illi Venerabiles Patres, qui in Capitulo prouinciali fuerunt de corpore Diffinitorij: ille tamen, qui in ma-

Ex quibus Patribus conſtet Cõgregatio.

in Capitulo Præſidentis Officio functus fuit, non tamquàm Præſidens, ſed tamquàm vnus ex Diffinitoribus interuenire debet, & in loco ſibi competenti ſedere, & ad propoſita reſpondere. Prior autem Prouincialis Præſidentis officio fungetur in omnibus. Quod ſi huiuſmodi Venerabilis Pater, qui Præſidens in Capitulo fuit, diem ſuum obierit, vel quocumque alio legitimo impedimento impeditus fuerit, quominus poſſit ad locum Congregationis venire, priorem ex ſuperſtitibus, qui Diffinitores fuerunt præteriti biennij (qui tamen in illo præſenti biennio non ſit de corpore Diffinitorij, in quo caſu alius, qui ſequetur, erit aſſumendus) Prior Prouincialis aduocabit, qui in illius locum ſuccedat. Si verò Prouincialis abſolutus mortuus, vel impeditus legitimè fuerit, ille loco eius ſubſtituatur, qui ante ipſum Prouinciam gubernauit proximo præcedenti biennio; eo etiam deficiente, retrocedatur quòuſque de aliquo, qui iam fuerit Prouincialis, prouideatur.

Quis in defectu Præſidentis ſubſtitui debet.

Quis in defectu Prouincialis abſoluti.

3. Numerus autem Diffinitorum perfici, & ſuppleri poteſt, ſi aliquis eorum quauis ex cauſa defecerit, ex his Patribus, qui poſt ipſos Diffinitores plures Voces habuerunt; ex his autem ille, qui plures alio voces habuit, primò aſſumatur & aggregetur: ſi verò Viſitatores ob caſum mortis, vel legiti-

Qualiter ſupplendus numerus Diffinitorū

giti-

gitimè impediti venire nequiuerint, vocabitur primus Viſitator biennij præcedentis, vel etiam ambo, & ſic retrocedatur ordinatè, quòuſque de duobus Viſitatoribus cuiuſcumque biennij prouiſum ſit, quatenus iſta prouincialis Congregatio nouem Patrū numero integretur, ad quam nemo venire audeat abſque ſpeciali Prioris Prouincialis licentia in ſcriptis obtenta; contra verò faciens non audiatur, immò pro ſua temeritate puniatur, prout dictum fuit de his, qui ſine licentia prædicta ad Comitia prouincialia accedere audent.

Qualiter Viſitatorū

3. par. c. 9. §. 1. num. 3.

4. Hæc verò Congregatio eamdem habeat authoritatem, quam habet Diffinitorium Capituli prouincialis, niſi quòd in ea nouæ leges, vel diffinitiones pro tota Prouincia minimè condantur, ſub pœna priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ quòad omnes & ſingulos Patres Diffinitorij, vſque dum benignè cum ijs in Capitulo generali fuerit diſpenſatum; ac inſuper irritæ, nullæque eæ omnes fore, & eſſe, non obſtante quacumque conſuetudine, vtpotè omninò irrationabili, declarantur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685. Nec aliqua Collecta de nouo Prouinciæ imponatur; hæc enim ſolùm in Capitulo prouinciali fieri volumus.

Authoritas Congregationis intermedię.

Pœna nouas leges condentiū.

5. In hac Congregatione ſicut in Diffinitorio

Modus procedendi.

nitorio Capituli prouincialis omninò procedatur iuxta Conſtitutiones noſtri Ordinis. Sabbato ante Dominicam tertiam poſt Paſcha, quando Congregatio fieri debet, poſt Primam Prior Prouincialis Miſſam de Spiritu Sancto deuotè cantabit, ſine *Credo* tamen, cum duabus Collectis, vna B. Virginis, & alia S. P. N. Auguſtini, & omnes de corpore Congregationis ipſa die de Spiritu Sancto Miſſam celebrabunt. In omnibus etiam Conuentibus Prouinciæ eadem die poſt Primam Miſſa de Spiritu Sancto ſimiliter cantabitur; deinde ad negotia expedienda diligenter & maturè procedatur.

6. Vbi verò celebrabitur Capitulum de triennio in triennium, huiuſmodi Congregatio fiat in Feſto omnium Sanctorum in medio triennij, vel alio tempore iuxta conſuetudinem Prouinciarum.

Formularium Actorum Congregationis intermediæ, quæ mitti debent ad Reuerendiſſimum P. Priorem Generalem.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti benedicti. Amen.

Anno Natiuitatis eiuſdem . . . . Menſe N. celebrata fuit Congregatio intermedia huius Prouinciæ N. Ord. Erem. S.P.N. Auguſtini in Conuentu N. à Reu. Patre N. dictæ Prouinciæ

ciæ Prouinciali in diem . . . . ſupradicti Menſis indicta, ad quam die prædicta conuenerunt nouem Diffinitorij Patres, videlicet: Reu. Pater N. Prouincialis, Reu. Pater N. Prouincialis abſolutus, Reu. P. Præſidens Capituli præteriti, Reu. P. N. primus Diffinitor, Reu. P. N. ſecundus Diffinitor, Reu. P. N. tertius Diffinitor, Reu. P. N. quartus Diffinitor, Reu. P. N. primus Viſitator, Reu. P. N. ſecundus Viſitator.

(Si autem aliquis, vel aliqui prędictorum Patrum ob caſum mortis, vel legitimi impedimenti adeſſe nequiuerint, nominentur ille, vel illi, qui loco eorum vocem in Congregatione habuerunt, cauſam ſubrogationis exprimendo.)

Die verò Sabbati Miſſa de Spiritu Sancto ſolemniter cantata, ſeruatiſque omnibus in noſtris Conſtitutionibus præſcriptis, congregati fuerunt diffinitorialiter omnes ſupradicti nouem RR. Patres, & authoritate eis conceſſa, ea, quæ ſequuntur, ſtatuerunt, ac publicè notificare mandarunt.

Reſolutiones, ſeu ſententię.

(Cùm in hac Congregatione nouæ Leges pro tota Prouincia minimè condi poſſint, hic tantùm regiſtrandæ erunt Reſolutiones; vel Sententiæ, ſeu determinatio-

nationes factæ in negotijs, ſeu cauſis particularibus. Poſteà ſubſequantur diſpoſitiones Familiarum, hoc ordine.)

Diſpoſitiones Familiarum.
Prouiſio Conuentus N.

3. par. cap. 11. §. 4. *Electus fuit in Priorem Ven. Pater N. &c.* prout ſupra habetur. (Aduertendum tamen eſt, quòd, cùm hæc Congregatio ſolùm prouidere poſſit de illis Officijs, quæ poſt Capitulum prouinciale, vel in ipſa Congregatione quacumque cauſa vacauerint, exprimendi tantummodò erunt illi Priores, ſiue Officiales, qui de nouo eliguntur, & Fratres de nouo locati, vel amoti. Et ſi contingat Diffinitorem, aut Diſcretum pro Capitulo generali eligere, ſubſequatur hoc modo.)

Electus fuit in Diffinitorem Capituli generalis proximè celebrandi Reu. Pater N. in Diſcretum verò Reu. Pater N.

Hæc ſunt, Reuerendiſſime Pater, Congregationis noſtræ intermediæ electiones, & Acta, pro quorum approbatione & confirmatione P. V. Reuerendiſſimę noſtræ humillimę porriguntur preces. Diuinam interim Maieſtatem pro veſtra incolumitate, ac diuturna fœlicitate deprecamur. Dat. in Conuentu noſtro N. die ... Menſis N. Anno ....

Po-

Poſteà manu propria omnium Patrum Diffinitorij ſubſcribantur, & maiori eiuſdem Prouinciæ Sigillo muniantur, & quam citiùs ad Reuerendiſſimum Patrem mittantur.

CAPVT XIII.

De inſtitutione Priorum, & aliorum Officialium extra Capitulum prouinciale.

1. SI poſt Capitulum prouinciale Priorem alicuius Conuentus ex hac luce migrare, vel quauis alia ex cauſa Officio priuari, ſeu abſolui contigerit, Supprior (vel ſi dictus Conuentus non habuerit Suppriorem) primus ex Patribus conſilij huiuſmodi Conuentum gubernet, quòuſque Prouincialis de Vicario † prouideat, qui debeat gubernare vſque ad Congregationem: in qua Prior pro integro biennio eligendus erit, qui in Capitulo prouinciali pro ſecundo anno confirmabitur, non obſtante quòd Sigillum reſignauerit, niſi fortè propter ſua demerita, vel ob aliam rationabilem cauſam Diffinitorium iudicauerit illum Officio eſſe priuandum.

Deficiente Priore, Prouincialis Vicarium conſtituat.

2. Si etiam poſt Congregationem Prioratus aliquis vacauerit, eodem modo Prior Prouincialis de Vicario prouidebit, qui in

perpetuum inhabiles ſint. Prouinciales autem, ſeu Vicarij generales, qui prædictas renunciationes, nondùm vtſupra recognitas, acceptauerint, arbitrio Reuerendiſſimi Patris puniantur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1679. & confirmatum in ſequenti Capitulo generali ibidem celebrato Anno Domini 1685.

NOTÆ IN CAPIT. XIII.

† *Cùm per Ordinis Conſtitutiones 3. par. cap. 10.§.6.num. 3.cautum ſit, ne Patres qui ſunt de corpore Diffinitorij, ad Officium, cuius prouiſio ad idem Diffinitorium pertineat, eligi poſſint, in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685. Declaratum fuit, intelligi etiam debere de Officio Vicarij Prioris: itaut nec Præſidens Capituli, nec Prouincialis abſolutus, nec Diffinitores, nec Viſitatores ad munus Prioris, vel Vicarij alicuius Conuentùs vllo modo promoueri poſſint.*

Digitized by Google

CAPVT XIV.

De Capitulo priuato.

1. CApitulum priuatum appellamus, quandòcumque & quotieſcumque Prior Prouincialis extra tempus Capituli vel Congregationis Diffinitores illius biennij in vnum congregat ad aliquid determinandum & prouidendum: quod quidem facere ipſe poteſt, quoties ſibi videbitur expedire; immò in aliquibus caſibus, vt patet ex Conſtitutionibus, tenetur.

Quodnam ſit Capitulum priuatum.

2. Quòd ſi infra biennium vnum, vel duos ex quatuor Diffinitoribus prædictis diem ſuum obire contigerit, vel aliquo ineuitabili impedimento impediti fuerint, ſufficit quòd Prior Prouincialis alios tres, vel duos, qui remanſerint, ad determinandum neceſſaria conuocari faciat: ſi verò tertius è vita migraſſet, vel ſimili aliquo impedimento impeditus fuiſſet, vocabitur ad priuata conſilia vnus ex ijs Patribus qui poſt Diffinitores plures voces in Capitulo prouinciali habuerunt, ſeruato ordine iam dicto; itaut ſemper hoc priuatum Capitulum ex duobus Patribus adminus præter Prouincialem conſtet.

Qui ſint ad illud vocandi.

3. par. cap. 12. n. 3.

3. Vt autem prædictus Prior Prouincialis

lis Diffinitorum conſilio faciliùs vti poſſit; in Comitijs prouincialibus vel ſimul in eodem Conuentu collocabuntur, vel in diuerſis, parum tamen diſtantibus, ob vitandas expenſas, & faciliorem congregandi commoditatem. Diffinitores in eodẽ ſint Conuẽtu.

4. Nunquam Prior Prouincialis aliquid determinabit Diffinitores per Litteras conſulendo, ſed ſemper Capitulum priuatum congregabit, quando grauis & vrgens caſus conſilium eorum popoſcerit: ſi tamen aliquando periculum fuerit in mora, & Prior Prouincialis à Diffinitoribus longè diſtauerit, poterit loco ſui aliquem grauem Patrem in prædicto caſu ſubrogare, qui ſimul cum Diffinitoribus prędictis ſuper ea tantùm re prouideat, ſicut ipſe feciſſet ſi pręſens fuiſſet. Prouincialis nunquã Diffinitores per litteras conſulat.

5. In hoc Capitulo priuato poterunt hi ſupradicti Venerabiles Patres (ſi Viſitatores Prouinciæ poſt Congregationem, & ante tempus ſuæ Viſitationis, vel etiam inter viſitandum vnus, vel ambo ex hac vita deceſſerint, ſeu aliquo iuſto & rationabili impedimento detenti, nullo modo viſitare potuerint) alium, vel alios loco eorum inſtituere. Authoritas Capituli priuati.

6. Si caſus occurrerit, Diffinitorem vel Diſcretum Capituli generalis eligere poterunt; atque etiam Priorem officio Prio- Electio Diffinitorij, & Diſcr. Cap generali.

ratus priuare, non tamen per duos menſes ante tempus Capituli prouincialis, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Imolæ celebrato Anno Domini 1388. quod intelligi etiam volumus per duos menſes ante Congregationem. Prohibitionem huiuſmodi etiam reſpectu omnium & ſingulorum Patrum vocem actiuam vel paſſiuam habentium, & non ſolùm per Sententiam condemnatoriam, ſed etiam declaratoriam intelligendam eſſe declaramus: itaut prędictum Diffinitorium priuatum nullum Patrem, cui ratione gradus, officij, vel aliàs vox actiua vel paſſiua competat, prædicta voce actiua vel paſſiua, gradu, vel Officio intra duos menſes ante Capitulum prouinciale, & intra duos alios ante Congregationem intermediam priuare, nec priuatum declarare vllo modo poſſit, prout declaratum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685.

Reſtrictio authoritatis circa priuatio voc., vel offic.

7. Poterunt etiam licentias ad prædicandum, & ad Confeſſiones audiendas dare: Fratres ad Studium mittere; non tamen poterunt Sententias, vel determinationes Capituli, vel Congregationis prouincialis mutare vel alterare, nec ſuper pœnitentijs ibidem iniunctis diſpenſare, nec Diffinitiones nouas condere, nec Priores inſtituere, nec Fratrem aliquem habitu Religionis priua-

Ad quæ ſe extendere poteſt.

priuare, nec perpetuo exilio Prouinciæ punire: præter hæc omnia etiam facere poterunt, quæ in his Conſtitutionibus eis commiſſa fuerint.

Litteræ patentes teſtimoniales de electione Diſſinitoris, & Diſcreti Capituli generalis ab ipſis deferendæ.

IN nomine Domini &c. Amen. Nos infraſcripti de corpore Diſſinitorij huius Prouinciæ N. Ordinis Erem. S. P. Auguſtini omnibus & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, tenore præſentium atteſtamur, qualiter in Capitulo prouinciali noſtro intra Conuentum N. nuperrimè habito die .... Menſis ... currentis Anni ..., ſimul congregatis omnibus Vocalibus, facta eſt per ſchedulas electio Diſſinitoris ac Diſcreti huius Prouinciæ pro Capitulo generali proximè futuro, in qua electione præmiſſis præmittendis, ſeruatis ſeruandis, & peracto ſcrutinio, inuentum eſt electos legitimè fuiſſe, necnon denunciatos & confirmatos Patrem N. in Diſſinitorem, & Patrem N. in Diſcretum præfati Capituli generalis. In quorum fidem has Sigillo Prouinciæ munitas, & noſtra manu ſubſcriptas dedimus in prædicto Conuentu N. die &c.

Verùm ſi huiuſmodi electio fiat in Congregatione intermedia, vel in Capitulo pri-

Digitized by Google

uato tenor litterarum teſtimonialium ita diſponi debet, ſcilicet.

In nomine Domini &c. Amen. Nos infraſcripti de corpore Diffinitorij &c. vt ſupra, *atteſtamur, qualiter in Congregatione noſtra intermedia* (vel Capitulo priuato) *nuperrimè habita* (vel habito) *in Conuentu N, die ... Menſis .... currentis Anni .... ſimul congregatis nouem* (vel quinque) *Vocalibus ipſius Diffinitorij, & ſeruatis ſeruandis, ſucceſſiuè factæ ſunt per ballotulas electiones Diffinitoris, ac Diſcreti huius Prouinciæ pro Capitulo generali proximè celebrando, & in priori electione Diffinitoriatus Adm. Reu. P. Prouincialis nominauit tres Patres, ſcilicet, Patrem N., Patrem N., & Patrem N., quorum primo ballotato, & ab omnibus* (vel à maiori parte) *acceptato, pro Diffinitore præfati Capituli generalis legitimè denunciatus, & confirmatus fuit:* (ſi verò primus non fuerit acceptatus, ponatur electio ſecundi, vel tertij) *In poſteriori verò electione Diſcretatus idem P. Prouincialis nominauit tres alios Patres, ſcilicet, Patrem N., Patrem N., & Patrem N., quorum primus ballotatus cùm habuerit omnia Vota* (vel maiorem partem) *pro Diſcreto eiuſdem Capituli generalis item legitimè denunciatus, & confirmatus eſt. In quorum fidem &c.* vt ſuprà.

De his autem, vel ſupra poſitis ad maio-

rem

rem cautelam fieri debent duæ Copiæ originales, quarum vna Diffinitori, altera Diſcreto tradatur.

Aliæ patentes litteræ teſtimoniales eiuſdem generis, ſed compromiſſoriæ.

IN Nomine Domini &c. Amen. Nos infraſcripti Patres Diffinitorij Prouinciæ N. Ord. Erem. S.P.N. Auguſtini omnibus & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, tenore præſentium notificamus, & atteſtamur, qualiter in Capitulo prouinciali noſtro intra Conuentum N. nunc celebrato die .... Menſis ..... currentis Anni .... omnes PP. Vocales capitulariter ſimul conuenientes ad eligendos Diffinitorē & Diſcretum huius Prouinciæ pro futuro Capitulo generali proximè celebrando, cùm propter Locorum diſtantiam nulla eſſet ſpes mittendi præfatos Diffinitorem & Diſcretum ex hac eadem Prouincia, ſeruatis ſeruandis, per ſecreta ſuffragia, nullo penitus diſcrepante, compromiſerunt, noſque compromiſimus, & compromittimus Reu. Patri N. Prouinciæ N. conceſſa ei totali facultate ad hunc effectum neceſſaria, quatenus communi nomine omnium noſtri eligere poſſit, ſeu conſtituere, ac deputare in Diffinitorem & Diſcretum huius Prouinciæ N. pro dicto Capitulo generali reſpectiuè duos Religioſos Ordinis noſtri ſibi benèuiſos, & requi-

requiſitis conditionibus præditos, vel etiam ſeipſum pro vno ex dictis Officijs, & alium præinſinuatum Religioſum pro altero, ſicut ei placuerit. Quibus ſic electis, conſtitutis, ac deputatis, nunc pro tunc ijdem PP. Vocales tradiderunt, & nos tradidimus, atque tradimus reſpectiuè omnem poteſtatem & authoritatem, qua cæteri Diffinitores, & Diſcreti Prouinciæ noſtræ in ſimilibus Capitulis generalibus tùm ex lege, tùm ex conſuetudine, quòad votum actiuum in electionibus ibidem faciendis, & quæcumque alia munia ſibi competentia potiri ſolent, poſſunt, & debent. In quorum fidem &c. Dat. in præfato Cònuentu &c. die, menſe, & Anno, vt ſuprà.

At verò ſi huiuſmodi Compromiſſum non in Capitulo prouinciali, ſed in Congregatione intermedia, vel Capitulo priuato fieri continget, mutatis paucis mutandis, ſeruetur idem litterarum tenor, & omnibus illis appoſito Sigillo Prouinciæ ſe ſubſcribant propria manu omnes Patres Diffinitorij cum Secretario.

CA-

CAPVT XV.

De Officio & authoritate Prioris Prouincialis, & pro quibus caſibus poſſit priuari.

1. PRiori Prouinciali (ſaluo ſemper mandato & reuerentia Reuerendiſſimi Prioris Generalis) Priores & Fratres omnes ſuæ Prouinciæ tamquàm Patri & Paſtori promptè obediant, & debitam ſubiectionem & reuerentiam cum humilitate vbique locorum exhibeant. Qui verò Priori Prouinciali obedire recuſauerit, & in ipſa inobedientia obſtinatus per diem & noctem permanſerit, vltra pœnam impoſitam eis, qui Priori ſuo per diem & noctem inobedientes extiterint, quam omninò ſubire debet, per annum voce careat. *Pœna inobedientis Prouinciali.* *6. par. c. 20.*

2. Ipſe verò in principio ſui regiminis cum timore & tremore incedat, quòuſque magis per experientiam, quàm per aliam ſapientiam ſit edoctus. In primis diligenter legat & notet quę de Officio Prioris Generalis ſcripta ſunt, & quæ ſibi competunt ſecundùm ſuum Officium opere adimplere non deſinat. *Notet quæ dicta ſunt de Generali.*

3. Ante omnia autem ſollicitè procurare debet, vt in omnibus Conuentibus Diuinum Officium diurnum pariter & nocturnum *Curabit diligenter dici Diuinum Officium.*

num

num reuerenter, & deuotè dicatur iuxta Ordinarium Ordinis noſtri: Regulam, & Conſtitutiones, & Acta Capitulorum, atque Ordinarium ſecum portare, & frequenter legere debet, vt ea in primis ſeruet, deinde cęteros ad illorum obſeruationem verbo & exemplo efficaciter inducat: Legem enim, quam Pręlatus non didicit obſeruare, & frequenter non legit, non poteſt ſine rubore & errore alios edocere.

4. Prior Prouincialis totius Prouinciæ curam gerat, non tamen alicuius Conuetus poſſit eſſe conuentualis Prior.

5. Ad Officium eius pertinet ſaltem ſemel * in anno omnes Conuentus tam Fratrum quàm Monialium ſuę Prouinciæ perſonaliter viſitare, & in eis corrigere, ac reformare quę ſecundùm Regulam S. P. N. Auguſtini, & Conſtitutiones, ac ordinationes noſtri Sacri Ordinis, ac diffinitiones tam generalis Capituli, quàm ſuę Prouincię inuenerit corrigenda, ac reformanda: nihil tamen poterit Prior Prouincalis pręcipere toti Prouinciæ ſub pœna ſanctę Obedientię, vel excommunicationis, niſi de conſilio & aſſenſu Diffinitorum, idē intelligi volums de Prouinciæ Viſitatoribus Errata etiam Fratrum vel Monialium, vel Conuentuum aliquorum abſque rationabili ac neceſſaria cauſa nunquam debet alijs recita-

* Seruetur conſuetudo Prouinciarum quoad ipſarū Viſitationem.

Prouinciā viſitare debet.

Toti Prouinciæ nil pręcipere.

cita-

citare: Epiſcopum & Dominum loci, & alios principaliores amicos Ordinis viſitare debet; cum Fratribus Officijs diuinis & refectioni, quòad fieri poſſit, intereſſe laboret, vt illorum modum viuendi meliùs conſideret & perſcrutetur: Priores & Prioriſſas Monaſteriorum ſuæ Prouinciæ poteſt ipſe per ſe ſuſpendere ab Officio, atque etiam de conſenſu Diffinitorum priuare; inferiores autem Officiales de facto priuare, ſi caſus emerſerit: Prior tamen ſuſpenſus in Capitulo prouinciali vocem habebit, niſi P. Præſidens cum Iudicibus cauſarum cum priuatione dignum iudicauerint. **Priores ſuſpendere poteſt.**

6. Moneat Fratres ad Dei amorem & timorem, & ad proximorum charitatem, ad trium Votorum obſeruantiam, ad humilitatem, patientiam, & alias virtutes: cum ſæcularibus & Religioſis maximè alterius Ordinis modeſtè loqui, & eiſdem honorem & reuerentiam debitam exhibere, ac cum eis pacem habere: domi, foriſque ita modeſtè incedere, & ſtare, *vt in inceſſu, ſtatu, habitu, & in omnibus motibus ſuis nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod eorum deceat ſanctitatem*, & quantùm fieri poteſt, operam det, vt omnes in pace & conſolatione relinquat. Querelas Fratrum patienter audiat, & diſcretè, ſi opus fuerit, in eis prouideat: cui tamen nullus querelam face- **De quibus monere debet Fratres** Regul. c. 6.

facere audeat, niſi propter defectum Prioris conuentualis; aliàs non ſolùm non audiantur, ſed etiam corripiantur querelas facientes.

Eligat locum ſuę habitationis.

Sine cauſa Fratres mutare non poteſt.

7. Facta viſitatione omnium Conuentuum in aliquo commodiori loco ſe manſurum conſtituat, vt ſciant Fratres Prouinciæ vbi eum inuenire poſſint, ſi cauſa eum requirendi contigerit: ſi tamen Fratres ad ſe venire pro leui cauſa cognouerit, ſic venientes puniat, vt alij arceantur; volumus enim, vt diſcurſus Fratrum pro viribus reſtringat, nec permittat eos diſcurrere propter negotia, quæ poſſent per litteras expediri: Fratres de loco ad locum mutare, niſi pro manifeſta neceſſitate, vel rationabili cauſa, Prouincialis non debet, maximè quouſque de ſtatu Prouincię Conuentuum, & Fratrum noticiam habeat pleniorem: perturbatores Conuentuum alibi transferre, & colligationes in malum per diſperſionem diſſoluere, & quantùm fieri licet, ſeruato charitatis ordine, conditiones eorum Prioribus, ad quos mittuntur, notificare debet: Fratrem tamen nullum per menſem ante Capitulum prouinciale de loco ad locum mutare poterit pro conuentuali, niſi aliàs notabile ſcandalum Ordini, vel Conuentui redundaret, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Imolæ celebrato Anno Domini 1388.

8. Apo-

8. Apoſtatas ſuos Prouincialis citramontanus infra ſex menſes à die commiſſæ apoſtaſiæ, vltramontanus verò infra annum, ſalua Ordinis diſciplina, recipere poterunt; vltra verò iſtum terminum eorum receptio ad Reuerendiſſimum Patrem pertinebit. Qualiter ſe gerere debet in Apoſtatas.

9. Prouincialis, de cuius prouidentia, & fidelitate Ordo confiſus, adminiſtrationem & regimen Prouinciæ diſcretioni ſuæ committit, ſummopere ſtudeat nouis Monaſterijs erigendis, †a preſertim in Ciuitatibus nobilioribus, vel quæ commoda eſſe videantur Fratribus itinerantibus; ad promotionem etiam eorum, quæ iam habentur, ſollicitè & inceſſanter laborare debet, & ad hoc pro poſſe Priores & alios Fratres inſtanter inducat: Conuentus autem pauperes & remotiores magis debet habere cordi, & plus cauere ab eorum grauamine, eiſque ſemper ſubuenire, in quibus potuerit, & ad ſubueniendum eis Conuentus alios & Fratres hortari, eoſque frequentius per litteras conſolari. Ordo itaque experietur opere, quibus Prouincias Ordinis ampliandas, & augmentandas confidenter committere poſſit, & debeat: remouendi enim omninò ab adminiſtratione Officij ſunt illi, quorum opera Ordo noſter nullum ſuſcipit incrementum, nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus. Nouis Monaſterijs erigendis ſtudeat. Inutiles nõ ſunt promouendi.

10. Pro-

10. Prouideatur verò Priori Prouinciali de conuenienti ſubſidio, ſeu Collecta pro veſtimentis, & alijs expenſis ordinarijs, ſecundùm quod in Capitulo prouinciali fuerit determinatum; nec liceat ei plus exigere quàm fuerit taxatum, ſub pœna priuationis vocis paſſiuę per quinquennium à die abſolutionis Officij, & ſub pœna reſtitutionis in integrum. †b

Collecta pro Prouinciali.

11. Ad Capitulum generale cum illis tantùm, qui de ſua Prouincia electi fuerint, vt ad ipſum Capitulum vadant, ibit: nulli alteri eundi ad memoratum Capitulum licentiam concedere poſſit. Et quando ad præfatum Capitulum iuerit, vel aliàs extra Prouinciam eum ire contigerit, (quod inconſultis Diffinitoribus, & abſque eorum conſenſu facere non debet) Patrem aliquem diſcretum & expertum; & in Sacris litteris ſaltem mediocriter eruditum, in Prouincia Vicarium relinquat; aliàs nullam habeat authoritatem in tota Prouincia Vicarium ſtatuendi niſi de ſpeciali licentia P. Reuerendiſſimi, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Mediolani celebrato Anno Domini 1343. quod tamen poterit pro parte Prouincię, quoties opus fuerit; tunc autem talis Vicarius conſtitutus in ea omnibus eiuſdem partis Prioribus præcedat, prout declaratum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato

Ad Capitulum generale ire debet.

Prouincialis Vicarium relinquere poteſt.

Præcedentia Vicarij pro parte Prouincię.

brato Anno Domini 1685.

12. Si autem extra Prouinciam ſuam iuerit, quod facere pro leui cauſa non debet, moram vltra quindecim dies non contrahat, niſi negotium, pro quo ire contigerit, tam arduum eſſet, vt ſine magno Prouinciæ periculo relinqui, vel alteri committi non poſſit.

13. Exceſſus verò pro quibus Prouincialis poterit abſolui, ſunt iſti, videlicet: Si poſtpoſito Dei timore irreligiosè viuit, vel apud Fratres, ſeu ſæculares de aliquo notabili vitio eſt infamatus; ſi Conſtitutiones & laudabiles ordinationes, ſiue diffinitiones Ordinis vel Prouinciæ per Prouinciam ſeruare non facit, tranſgreſſores ſcilicet non corrigendo, nec Conuentus ad earum obſeruationem hortando & monendo; vel ſi probatos, manifeſtos, graues, & enormes Fratrum exceſſus, ſecundùm Ordinis Statuta non corrigit; Si munera & dona non comeſtibilia, nec parui momenti à Fratre aliquo, vel Conuentu, ſeu à communitate Prouinciæ, aut ab aliqua alia perſona eius, vel eorum nomine, per ſe, vel per interpoſitam perſonam receperit, quæ omnia poſteà Communitati Prouinciꝙ reſtituere compellatur: hoc addito, vt ſi per Simoniam, aut propter aliquam diſſimulationem, vel palliationem alicuius culpæ compertum

Cauſæ priuationis Prouincialis.

fuerit aliquid accepiſſe, grauiùs puniatur à Diffinitorio pleno Prouinciæ, à Prouinciali abſoluto congregando, quo nolente, ab vno ex Diffinitoribus, ſeruato inter ipſos ordine pręcedentiæ, prout declaratum fuit in eodem Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1685.

14. Si verò contingeret ipſum Priorem Prouincialem ante tempus ſuę adminiſtrationis expletum ex hac vita decedere, aut aliquo quocumque impedimento ita detineri, vt non poſſit Prouincialatus Officium exercere, Viſitatores Prouinciæ quamcitiſſimè Patri Reuerendiſſimo id ſignificare feſtinent, vt quamprimùm de Rectore Prouinciali prouideat: †[c] interim verò ad illius Prædeceſſorem immediatum in Prouincialatus officio, & eo deficiente, ad illi proximum, ipſis omnibus Prouincialibus deficientibus, ad primum Diffinitorem Capituli proximè præteriti, quòd ſi nullus eorum inueniretur, ad primum Priorem in ordine Conuentuum regimen Prouinciæ pleno iure pertineat, vſque ad impedimenti prędicti ceſſationem, vel noui Prouincialis electionem, quæ ſuo tempore fiet, niſi Pater Reuerendiſſimus aliter diſpoſuerit: interim tamen Rector Prouinciæ, & non Prouincialis vocabitur.

Deficiente Prouinciali quis regere debet Prouinciā.

15. Si autem tunc inſtaret tempus ge-

ne-

neralis Capituli, in quo debeat Prioris Generalis electio celebrari, ipſe Rector Prouinciæ ad dictum Capitulum ibit vocem tamquàm Prouincialis in omnibus habiturus: quique Rectoratus Officio quomodocumque legitimè functus fuerit, priuilegijs gaudeat Exprouincialium, prout plurièſ à Reuerendiſſimis Patribus, & poſtremò in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685. declaratum fuit.

Rector Prouinciæ priuilegijs gaudet Exprouincialis.

NOTÆ IN CAPVT. XV.

†[a] *Quòad fundationem noui Conuentus videnda, & ſeruanda ſunt Decreta Apoſtolica, de quibus in notis ad §. 9. Cap.* **X.** *huius 3. par.*

†[b] *In Capitulo generali Romæ celebrato Anno 1685. Diffinitum fuit ne Prouinciales aliquid vltra taxam conſuetam à Conuentibus recipiant pro Collecta: quòd ſi propter aliquas Prouinciarum neceſſitates extraordinariæ contributiones imponendæ fuerint, à nullo id fieri poterit inconſultis PP. Diffinitorij, vel Reuerendiſſimo P. Generali pro tempore exiſtente; ſecus facientes à Diuinis ipſo facto ſuſpenſos, reſtitutioni item obnoxios eſſe, nec niſi à Reuerendiſſimo P. Generali abſolui poſſe ſancitum eſt.*

†[c] *Quòad authoritatem Reuerendiſſimi Patris*

Prioris Generalis prouidendi de Rectore Prouinciali notandum eſt, quòd in Prouincia Bethica huiuſmodi prouiſio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, prout in Bulla Alternatiuæ Innocentij X. ſub die 20. Iulij Ann. 1649. continetur.

In Prouincia autem Aragoniæ, quamuis introducta ſit Alternatiua virtute Conſtitutionis Apoſtolicæ Vrbani VIII. de qua fit mentio in Breui Innoc. X. 12. Nouembris 1649. prouidere tamen de Rectore Prouinciali, non ad Sedem Apoſtolicam, ſed ad Reuerendiſſimum Patrem Priorem Generalem prout de iure ſpectat; ſed ex Patribus eiuſdem Partialitatis, ex qua fuerat Prouincialis defunctus, vel impeditus nominare debet.

CAPVT XVI.

De Officio, & authoritate Viſitatorum Prouinciæ, de modo viſitandi, qualiter in iudicijs in Ordine noſtro ſit procedendum, quomodo etiam Fratres in cauſis extraneorum teſtimonium reddere poſſint.

Officium Viſitatorũ

1. VIſitatores vniuſcuiuſque Prouinciæ cum omni diligentia, maturitate, & ęquitate commiſſum ſibi viſitationis Officium ſtudeant exercerè, ac ſollicitè caueant,

caueant, ne alios viſitando quidquam faciant, vel omittant, quod poſteà in eis congrua animaduerſione veniat corrigendum. Horum Officium eſt, omnes Conuentus, & Fratres Prouinciæ ſemel ante celebrationem Capituli opportuno tempore viſitare *, Fratrumque omnium tam ſubditorum, quàm etiam Priorum culpas & exceſſus ſecundùm Ordinis Statuta corrigere, & ſi conſuetudo aliqua in aliquo Conuentu Prouinciæ à Regula ſeu Conſtitutionibus, ordinationibus, vel diffinitionibus inoleuit aliena, ab illa præcipiant Fratribus ibidem commorantibus de cęterò abſtinere, & tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus Prouinciam reformare, & ad debitum modum viuendi redigere conentur.

* Seruetur conſuetudo Prouinciarum.

2. Nec vllo modo patiantur in aliquo Conuentu Prouinciæ quantumcumque minimo ceremonias illas, & ſanctas inſtitutiones negligi, ac præteriri, quarum obſeruantia ex multitudine Fratrum minimè dependet, vt ſunt v.g. contemplationes, diſciplinæ, ſilentium, ieiunium, Capitulum, Confeſſio, Communio, & cętera huiuſmodi, quæ ſic à paucis ſicut à multis obſeruari poſſunt; ita tamen viſitent, vt in ſua viſitatione vbique ſimul ire, & eſſe debeant, & quidquid ad ſuæ viſitationis ſpectat officium mutua præſentia, conſilio, & conſenſu ſecundùm

Vnus ſine altero nil facere poteſt.

Ordinis ſtatuta perficiant.

3. Quòd ſi Priorem Prouincialem in aliquo Conuentu inuenerint, non poterit dictus Prior Prouincialis eos à viſitatione prohibere, niſi iam ſuam viſitationem ipſe incepiſſet, quia in eo caſu illam perficiet priuſquàm Viſitatores viſitare incipiant: aliter verò de Viſitatorum viſitatione Prouincialis non ſe impediat, nec in aliquo intromittat.

Prouincialis impedire non poteſt Viſitatores.

4. Sequenti igitur vel tertia die poſtquàm ad locum peruenerint, quem ex officio viſitare debebunt, ſi fieri poteſt, & omnes Fratres in domo fuerint, alioquin abſentes expectent, ſi videbitur expedire, viſitationem incipiant. Hora itaque, quæ eis opportunior videbitur, facto ſigno, vt moris eſt, omnes Fratres in Capitulo conueniant, & flexis genibus deuotè dicant alternatim Hymnum: *Veni creator*, ſine nota, *Kyrie &c. Pater noſter &c.* ℣. *Memento noſtri Domine &c.* ℟. *Viſita nos in ſalutari tuo. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum. Oremus: Deus virtutum, cuius eſt totum, quod eſt optimum, inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, & præſta in nobis religionis augmentum, vt quæ ſunt bona nutrias, ac pietatis ſtudio quę ſunt nutrita cuſtodias. Per Chriſtum &c.* Tunc ſurgant, & alter Viſitatorum dicto *Adiutorium* &c. breuem ſermonem faciat

Modus aperiendi viſitationem.

ciat de aliqua ſpirituali & vtili materia, ſi voluerit; quod per ſingulos Conuentus alternatim facere debent: poſteà Fratres admonebit, & cautos reddet de pertinentibus ad actum Viſitationis, ſicut videbitur expedire; pręcipuè ne aliquis dicat inutilia vel friuola, nec ea quæ aliàs ſunt correcta.

5. Deinde legat, vel legere faciat Excommunicationis ſententiam in hac forma: *Nos F. N., & F. N. huius Prouinciæ N. Ord. Erem. S. Auguſtini Viſitatores indigni. Vos omnes & ſingulos Patres & Fratres huius Conuentus N. eiuſdem Ordinis, ac voti rogamus, hortamur, & in Domino monemus primò, ſecundò, & tertiò, & vobis in virtute Sancti Spiritus præcipimus per obedientiam ſalutarem, quatenus remotis odio, amore, timore, pretio, & precibus, dicatis nobis quantùm in Domino poteritis veritatem in omnibus, de quibus à nobis requiſiti & interrogati fueritis: ac inſuper quòd ſi aliquid notabile ſcitis vel audiuiſtis de Ven. Priore, vel Fratre aliquo, quod tolerari non debeat, nec deceat, illud nobis charitatiuè reueletis: quòd ſi aliquis veſtrum hoc præſens noſtrum mandatum obſeruare contempſerit, ex nunc prout ex tunc vna pro trina canonica monitione præmiſſa, in his ſcriptis (licèt inuiti) eum vinculo Excommunicationis innodamus. Lecta & lata fuit hæc ſententia Anno Domini &c. die tali menſis talis in Capitulo Conuen-* Pręceptū cum Excōmunicatione.

tus N. Et legantur eorum ſubſcriptiones: poſteà adiungat: *Hæc autem ſunt ea, de quibus ex nunc, prout ex tunc vnumquemque veſtrum à nobis requiſitum & interrogatum eſſe volumus, atque de facto requirimus & interrogamus, videlicet.*

Interroganda. 6. *Primò: Si diuinum Officium tam diurnum quàm nocturnum, vt decet, horis debitis deuotè dicatur, & ſtatutis diebus cantetur.*

2. *An Prior ad Matutinum ſurgat.*

3. *An omnes Sacerdotes in Miſſarum celebratione conformes ſint; & ſi debitè Ordinarium Romanum, & noſtri Sac. Ordinis in Choro, & Altari à Fratribus obſeruetur.*

4. *An ſit aliquis ſuſpectus de horis non dicendis, & de non confitendo frequenter.*

5. *Si Eccleſia, Chorus, Sacriſtia, ſacræ veſtes, paramenta, & alia, quæ ad diuinum cultum pertinent, debito & religioſo modo ſeruentur; præcipuè autem Sacratiſſime Euchariſtiæ Sacramentum, & ſi lampas die ac nocte ardeat ante ipſum; quomodo ſeruetur Oleum Sanctum pro Infirmis, atque etiam Reliquiæ Sanctorum.*

6. *Quomodo ſeruiatur Infirmis, & eis iuxta poſſibilitatem loci, & conſilium Medici neceſſaria tribuantur.*

7. *Quomodo recipiantur Hoſpites.*

8. *Quomodo Nouitij & Fratres omnes iuniores in timore Dei, & in bonis litteris ſedulò inſtruantur.*

9. *An*

9. *An ſolita ieiunia Ordinis ſine cauſa frangantur.*

10. *An die Mercurij carnes comedantur.*

11. *Si veſtes lineæ ad carnes portentur.*

12. *Si benè ſilentium horis & locis debitis obſeruetur, & ſi Prior de nocte colloquijs inutilibus ex conſuetudine vacet.*

13. *Si debitus modus in viſitatione, & colloquutione cum mulieribus ſeruetur.*

14. *Si diebus ſtatutis Capitulum teneatur, & ad ipſum Fratres conueniant.*

15. *Si lampas in Dormitorio ſingulis noctibus ardeat.*

16. *Si aliquid ex Conſtitutionibus, ordinationibus, vel diffinitionibus, ſeu Superiorum quorumcumque præceptis, vel ſtatutis contemnatur; ita ſcilicet quòd nec Prior Fratres ad id obſeruandum moneat & hortetur, nec tranſgreſſores aliquando, vel raro increpet, reprehendat, & corrigat.*

17. *An ſit aliquis proprietarius in Conuentu, vel qui rem ſibi collatam celet.*

18. *An aliquis Frater cum ſcandalo non alloquatur alterum.*

19. *An ſinguli debitè Priori ſubijciantur.*

20. *An aliqui ſint notati de nimia familiaritate perſonarum ſiniſtræ ſuſpicionis, vel hominibus male vitæ ſint aliqui communiter familiares.*

21. *Si*

21. *Si intus, vel foris ſint potatores ſcandaloſi.*

22. *Si aliqui ludis vtantur prohibitis, vel ſi habitum ludendo dimiſerint.*

23. *Si aliqui ſint aſſueti iurare, vel turpiter loqui, etiam iocosè, vnde malè ædificentur cæteri.*

24. *An Prior viſitet Cellas Fratrum bis in anno, ſicut iubet Conſtitutio.*

Vltimò; Si famuli Conuentus ſint pacifici & honeſti.

7. Deinde Fratrem aliquem modeſtum, & diligentem de conſilio Prioris pro Fratribus vocandis nominabit, qui nomina & cognomina ſingulorum Fratrum Conuentus, ſcripta per ordinem cum titulis graduum, Officiorum, & Ordinum, Venerabilibus Viſitatoribus ante omnia præſentabit; & exinde vſque ad Capitulum de culpis, nec Frater aliquis de Conuentu abſque ſpeciali licentia Patrum Viſitatorum extra Monaſterium ire præſumat; quo etiam tempore ipſi PP. Viſitatores primum locum habebunt etiam ſupra Priorem: ſed anteà, vel poſteà, ſi ex rationabili cauſa moram traxerint, locum ſuum in Prouincia conſuetum tenebunt, & ab omnibus reuerenter tractabuntur.

Tempore Viſitationis Viſitatores dent veniam exeuntibus.

8. Tempus, infra quod debeant Prioris & Fratrum culpas audire, & ſuper eis inquiſitio-

Bis in die audiant Fratres.

ſitiones debitas facere, limitari non poteſt; ſed ſufficit, vt cum diligentia & ſollicitudine Fratres vocare faciant, eoſque audiant, nec tẽpus amittant; immò ante & poſt prandium quotidiè Viſitationis Officium exerceant, vt quamprimùm ſe expediant. Incipientes igitur à Priore, ſucceſſiuè audiant ſingulos Fratres, ſcribentes ea, quę ſibi dicta & reuelata fuerint in libello, in quo vnuſquiſque Frater ſingula quę dixerit manu propria ſuo nomine confirmabit (ſic tamen cautè, quòd aliorum teſtimonia legere non poſſit) vt ſi fortè ſuper aliquo caſu contentio oriatur, habeant Viſitatores vnde veritas innoteſcat.

Scribantur dicta, & curent ſubſcribi.

9. Non autem vocentur, neque audiantur infames, quales ſunt falſi accuſatores, detractores, maledici, falſi teſtes, ſurripientes, ebrioſi, & alij huiuſmodi, vt videri poteſt in locis ſuis, & ſiqui alij per Capitulum prouinciale iudicati fuerint infames, quorum teſtimonia nihil penitus valere volumus; quos omnes etiam priuatos eſſe voce declaramus, eaque de facto carere volumus. Licèt autem non intendamus, vt in correctionibus & ſententijs noſtris ſicut in Foro contentioſo procedatur, ſed ſimpliciter & de plano, ſola rei veritate inſpecta, prout ordinatum fuit in Capitulo Mediolani celebrato Anno Domini 1343. (præſertim cùm

Qui non audiendi.

Qualiter procedendum in ſẽtentijs.

Su-

Superiores in Ordine noſtro, in correctionibus Fratrum, iuris ordine poſtpoſito, ſecundùm Ordinis noſtri inſtituta procedere liberè & licitè ex Indulto Apoſtolico poſſint, & valeant) nolumus tamen, vt noſtri Superiores in ſuis Viſitationibus ac iudicijs veritatem iſtam inſpicere, & crimina detegere, per fas & nefas ſibi licere putent.

Prudentia commendatur Viſitatoribus.

10. Multum verò intereſt, quòd Viſitatores ex ijs, quę audiunt in viſitatione, non facilè conſcientiam forment, ſed potiùs diligenter inueſtigent de conditionibus perſonæ denunciantis, ſi fortè eum non cognouerint, atque diligenter attendant, & ponderent modum, motum, & affectum ipſius. Siquis etiam alicui crimen obiecerit, cuius complicem, vel conſcium ſe fuiſſe dicat, non admittatur eius teſtimonium contra talem, cùm nullus turpitudinem ſuam allegare poſſit, ſed ipſe idem ſicut reus criminis, quod proprio ore confeſſus eſt, publicè puniatur.

Complici non credatur.

Quid faciendum, quando crimen obiectum non probatur.

11. Quando aliquis obijcit crimen alicui, quod tamen probari non poteſt, ſi is qui obijcit crimen, vſque tunc vitæ laudabilis & ſanctę conuerſationis extiterit, & de eo cui obijcitur crimen, quod illud, vel ſimile quid aliàs cõmiſerit, apud graues perſonas noſtri Ordinis, inter quas conuerſatus fuerit, ſit opinio læſa, licèt contra eum non procedatur ad pœnam, quę tali culpæ de-

debetur, eò quod ſufficiens teſtimonium non appareat; nihilominus de loco, vbi tale commiſiſſe crimen dicitur, remoueatur, & in alio collocetur: ſed ſi non ſit auditus huiuſmodi ſermo de illo, cuiuſcumque meriti ſit accuſans, ipſe accuſatus ob id grauari in aliquo non debebit.

12. Si aliquis Frater commiſerit aliquid, de quo ſit graue ſcandalum apud ſęculares, poterunt ſuper hoc recipere teſtimonia ſęcularium perſonarum, de quibus non ſit ſuſpicio odij contra Ordinem, vel Fratrem prædictum, quibus receptis poterunt ad ſententiam procedere, ſicut fuit ordinatum à Reuerendiſſimo Magiſtro Alexandro de S. Elpidio noſtri Sac. Ordinis quondam Generali electo in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1312. **Quando recipi poteſt teſtimoniũ ſæculariũ.**

13. Poſtquàm igitur inquiſitionem de omnibus quæ ad emendationem, & ad correctionem Prioris, & Fratrum omnium ſpectabunt, diligenter fecerint, ſi aliqui vocandi fuerint, vt reprehenſione ſecreta puniantur, maturè & expeditè fiat. **Correctio ſecreta.**

14. Deinde viſitent Depoſitum Conuentus, & in libris tam accepti quàm dati fidem ſuam relinquant eorum, quæ inuenerint: Viſitent etiam Sacriſtiam, & videant quomodo obligationibus Miſſarum ſatisfactum ſit: Viſitabunt quoque Cellas Fratrum, **Viſitandum Depoſitum** **Sacriſtia.** **Cellæ.**

&

& ſiquid indecens inuenerint ab eis auferant, & vel vſui communi applicent, vel vendi faciant, vt de pretio aliquid pro Infirmaria ematur: idem omninò faciant, ſi inuenerint, quòd aliquis Frater cuiuſcumque gradus, aût conditionis exiſtat, Equum aut iumentum aliquod per ſe, vel per interpoſitam perſonam ad ſuum priuatum vſum teneat ſine ſpeciali & expreſſa licentia Prouincialis & Diffinitorum in ſcriptis habita, in qua rationabilis & euidens cauſa exprimatur: præter hoc autem prout eis videbitur talis Frater pro ſua temeritate debitè puniatur: Viſitent etiam alias principales officinas Conuentus, vtputa loca infirmorum, & hoſpitum &c. & in omnibus videant, & notent meliorationes Conuentus, vt Capitulum prouinciale valeant de Priorum bona, vel mala adminiſtratione informare.

Infirmaria, & hoſpitium.

15. Cùm autem ad determinationem viſitationis ventum fuerit, ſi aliquas nouas ordinationes relinquere voluerint cuſtodiendas, debent primò ſuper his cum Priore, & quatuor Patribus deputatis, vel duobus in minoribus Conuentibus conferre, & eorum ſententiæ, qui nouerunt pleniùs ſtatum domus & Patriæ, fidem adhibere: quas ordinationes in libro Conuentus ſcribant, vel ſcribi faciant, ac manu propria confirment,

Ordinationes conferuntur cũ PP. Conuẽtus.

ment, in quo libro tam hæ ordinationes, quàm diffinitiones Capitulorum generalium, ac prouincialium illius Prouinciæ, & alia memorabilia pro bono Conuentus regiſtrari debent; in libro etiam quem ſecum deferent, & futuris Viſitatoribus tradent, omnia ſupradicta ſcribant, vel ſcribi faciant. Liber Viſitationis.

16. His omnibus peractis, Capitulum de culpis teneant, & vnus eorum (idem ſcilicet qui in primo Capitulo ſermonem fecit) in hoc ſecundo, dicto: *Adiutorium* &c. verbum habeat opportunum: deinde publicet ordinationes, ſi quę factæ fuerint; poſteà dicat: *Agamus de culpis* &c. & Prior ſurgat, & coram Venerabilibus Viſitatoribus humiliter genuflectens dicat ſuam culpam, nec ſurgat, quandiù cum eo loquuti Viſitatores fuerint: interim Conuentus ſtet, & poſt eum ſedeat. Deponere Priorem, vel abſoluere non poterunt, ſed ſi expedierit, ab Officio ſuſpendant: deinde reos proclamabunt, vt ſi ſuam culpam confiteantur, non oporteat teſtes publicare; ſi verò tunc quis diffitebitur, tacito adhuc nomine prædictorum teſtium, legent, ipſo, & alijs audientibus, quæ de eo dicta fuerint, vt ipſe audiens circumſtantias & modum culpæ, quam commiſit, erubeſcat, & confiteatur: alioquin Fratres illi per quos conuincendus erit, ſurgentes ad mandatum venerabilium Viſitatorum, quę Capitulum de culpis. Priorem ſuſpendere poſſunt, nō deponere.

in ſecreto de eo dixerunt, coram omnibus confirment, vt conuictus dignam pro ſuis culpis ſubeat pœnitentiam.

Correctio culparum.

17. In iniungendis pœnitentijs prouidè diſcernant grauitatem culparum, & prout poſſibile fuerit, cum charitate puniant iuſto modo ſine perturbatione, & pluſquàm in ordinarijs Capitulis puniri ſolent exceſſus, ne viſitatio veniat in contemptum. Ante iniunctionem pœnitentiæ aggrauent culpas, quæ maiori reprobatione digne fuerint in quolibet delinquente, vt per hec audientes arceantur, & ad cauendum inducantur: virtutes verò in bonis laudent & commendent, vt cæteri excitentur & animentur. Principaliter autem ad hæc intendere debent, vt ex ſua viſitatione ſequatur correctio culparum, Religio reformetur, obedientia, deuotio, & omne denique bonum in Fratribus augeatur, & pax, charitas, & tranquillitas in domo relinquatur.

18. Poſteà Supprior pro ſe, & pro omnibus Sacerdotibus, & Patribus grauioribus ſtantibus dicat ſuam culpam; quod etiam faciat primus ex Profeſſis pro ſe, & pro omnibus non Sacerdotibus genuflexis, & impoſita eis pœnitentia dicant omnes flexis genibus *Confitcor Deo &c.* & Viſitator faciat Abſolutionem generalem conſuetam, & concedat omnibus & ſingulis licentiam eli-

eligendi Confeſſorem idoneum, & approbatum eiuſdem Conuentus, qui eos infra tres dies abſoluere poſſit ab omnibus caſibus & cenſuris; & dicto *Adiutorium* &c. Capitulum ſoluant.

19. Si inuenerint aliquem ex Fratribus aliquid comiſiſſe, propter quod de Conuentu illo ſit meritò remouendus, puta quia ſuſcitat ſchiſmata inter Fratres, aut contra Priorem malitiosè ſe erexerit, ſiue alicui perſonæ familiaritate coniunctus eſt, quam ipſe deſerere non vult, & ſine ſcandalo tenere non poteſt, vel crimen aliquod graue commiſerit, per quod generauerit, vel generare poſſit ſcandalum in Populo, ſeu Conuentus, aut Fratrum turbare, vel impedire quietem, vel ſi inter ſæculares eſt infamis, etiamſi de delicto conuinci nequeat, & propter alia huiuſmodi, Priori Prouinciali ſcribant, vel Capitulo denuncient, vt Fratrem illum inde remoueant, & ſi ſcandalum talis Fratris nimis inualeſcat, eum ad Priorem Prouincialem cum litteris ſtatim tranſmittant. Cauſę remouendi Fratres.

20. Omnia autem per Viſitatores ſtatuta & ordinata, tam quòad morum reformationem, quàm quòad pœnitentias iniunctas firma & immobilia permanebunt, nec Prior Prouincialis ea poterit mutare, minuere, vel alterare: idem per Viſitatores de præce- Prouincialis Acta per Viſitatores facta alterare nō poteſt.

ptis, ſtatutis, & pœnitentijs Prioris Prouincialis omninò obſeruari volumus & mandamus. Siquis autem pertinaciter inobediens venerabilibus Viſitatoribus, vel eorum mandatis repertus ſuerit, pœnam patiatur quæ debetur ijs, qui Priori Prouinciali ſunt rebelles.

Pena inobedientiũ.

3. par. cap. 25. n. 1.

21. Venerabiles Viſitatores de correctione Prioris Prouincialis non ſe immiſceant, nec de ſuis culpis vel vnum verbum loquantur in Capitulo Conuentus, ſed eas fideliter Diffinitorio præſentent, ſi ſibi relatæ fuerint: ab vnoquoque autem Fratre inquirant in particulari, ſi fortè ſcit aliquid, vel audiuit de Priore Prouinciali, quod tolerari non debeat, nec deceat: hoc tamen in publico ob reuerentiam Officij Prouincialatus non erit dicendum.

Viſitatores in Prouincialem ius non habẽt.

22. Priori Prouinciali, ac etiam Prioribus illis, in quorum Conuentibus ipſos Viſitatores habitare contigerit, ſicut alij Fratres & ipſi obedire teneantur, ſaluo ſemper Officio eis commiſſo. Prior Prouincialis poterit eos corrigere ac punire, non tamen pro culpis tempore Viſitationis commiſſis, licèt perſonales fuiſſent; hoc enim pertinere volumus ad Diffinitores Capituli prouincialis, vel ad Prouincialem futurum.

Authoritas Prouincialis in Viſitatores.

23. Decernimus inſuper, quòd ſiquis aliquem Fratrem apud alium quàm Superio-rem

Pœna recurrentiũ extra Religionem.

rem vel Prælatum noſtri Ordinis accuſauerit, ipſo facto ſit omnibus gradibus, ac voce vtraque priuatus vſque ad diſpenſationem Capituli prouincialis. Inhibemus autem, ne quis pro huiuſmodi correctionibus recurſum habeat ad Iuriſtas, vel ad quaſuis alias perſonas, quæ non ſint noſtræ profeſſionis, vt ſe, vel alium à culpis defendat, vel à pœna eximat; ſiquis contrafecerit, per triennium voce ſine diſpenſatione priuetur: idem obſeruari volumus de correctionibus aliorum Superiorum Sac. Religionis noſtræ. †[a]

24. Appellationes à correctione regulari, vel à præcepto ſui Superioris penitus inhibemus, & à noſtro Ordine relegamus, & ineptas iudicamus, & vt tales non eſſe audiendas declaramus. Quapropter ſiquis à proceſſibus, ſeu ſententijs, viſitationibus, correctionibus, ſeu præceptis Officialium noſtri Ordinis indebitè †[b] appellauerit, etiamſi ad Superiorem appellet, ex nunc prout ex tunc ſic ineptè appellantem voce priuamus per triennium; & idem iudicium fieri mandamus de his qui appellantibus adhæſerint, vel appellationes defenderint; cùm ad Ordinem non venerimus contendere, ſed propriæ voluntati renunciare, & pati cum Chriſto & pro Chriſto: hoc autem determinatum fuit in Capitulo genera- *Pœna appellantiũ à correctione.*

li Florentię celebrato per Beatum, multiſque miraculis decoratum Fratrem Clementem de Auximo noſtri Sac. Ordinis Generalem Anno Domini 1287.

25. Ex ſola ſuſpicione aliquis aliquem non accuſet, aliàs accuſans ſuſtinere cogatur pœnam, quam accuſatus ſubire debuiſſet, ſi de obiecta ſibi culpa conuictus fuiſſet: eamdem pœnam ſuſtineat, qui in probatione accuſationis alicuius defecerit.

Pœna talionis.

26. Prædictum modum viſitandi, ac iudicandi ſeruabunt Prior Prouincialis, ac Viſitatores Reuerendiſſimi Patris Generalis in ſuis viſitationibus formalibus, & omnes Superiores Ordinis noſtri in ſuis Iudicijs. Quod attinet ad receptionem munerum, non ſolùm tempore viſitationis, ſed etiam in toto biennio vel triennio, idem ſit iudicium de Viſitatoribus, ac de Priore Prouinciali. Habeant quoque Viſitatores à ſuis Conuentibus prouiſionem ordinariam, ſicut alij Fratres; de neceſſarijs verò ad viſitandum à communitate Prouinciæ eiſdem prouideatur.

Prouincialis & Viſitat. generales prædictum modū ſeruabunt.

Collecta pro Viſitatoribus.

27. Denique Fratrum, vel Monialium defectus, nulli niſi ſolùm Diffinitorio Capituli prouincialis, vel ipſi Prouinciali vllo modo dicant, ſed potiùs bona de Conuentibus, & Patribus prædicent, prout ſecundùm Deum, & conſcientiam facere poterunt

Secretum Viſitatores ſeruent

runt bono modo, niſi alicuius negotij vrgeat neceſſitas: quòd ſi ſecus feciſſe conuicti fuerint, ſi materia fuerit grauis & ſecreta, inhabiles ad huiuſmodi Officium per decennium permanebunt; ad idem teneatur Prior Prouincialis ſub eadem pœna.

28. Vt autem occaſiones inquietudinis vitentur, & meliùs pax ac beneuolentia cum omnibus conſeruetur, nemo ex noſtris, nec in cauſis criminalibus, nec etiam ciuilibus ſe examinari ſine licentia ſui Superioris permittat ſub pœna priuationis vocis per annum. Superior autem licentiam dare minimè poterit in cauſis criminalibus vel infamatorijs; poterit verò dare in cauſis, quę ad Religionem Catholicam pertinent, & in pijs cauſis ciuilibus, quæ, quantùm fieri poſſit, ſic cedant in vnius fauorem, vt in alterius detrimentum non cedant: quandoquidē Inſtituti noſtri eſt, ſine cuiuſquam offenſione, quantùm fieri poteſt, omnium in Domino commodis inſeruire. *Quando Fratres in cauſis externis poſſunt examinari.*

NOTÆ IN CAPVT XVI.

†[a] *Ad tollendum abuſum, quo nonnullę vtriuſque ſexus regulares perſonæ noſtri Ordinis Dei timore poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores, ad Tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temerè confugere conſueuerunt*

 runt

runt in non modicam iuriſdictionis ipſorum Superiorum læſionem, & regularis Inſtituti alterationem, ac ſcandalum plurimorum: Clemens Papa VIII. vniuerſis & ſingulis dicti Ordinis vtriuſque ſexus regularibus perſonis, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus Apoſtolica auctoritate præcipit, & mandat, eiſque ſub Excommunicatione latæ ſententiæ, à qua nonniſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, (præterquàm in mortis articulo) abſolui poſſint; necnon priuationis perpetuæ Officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis Officia, ac vocis, tam actiuæ quàm paſſiuæ, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis, diſtrictiùs inhibet, ne ad ipſa Tribunalia ſæcularia quouis prætextu, aut quæſito colore appellare, vel ad illa confugere, aut ea proptereà quoquo modo adire audeant, vel præſumant. Vult inſuper, & ita declarat, quòd nedum dicti Ordinis regulares perſonæ contrafacientes, verùm etiam eorum quomodòlibet directè, vel indirectè fautores, & conſultores eaſdem pœnas eo ipſo omninò incurrant. In Bulla—Quoniam noſtro paſtorali: 23. *Nouembris 1604. Pontificatus Anno 13. In Bullario Romæ recuſo 1617.*

†[b] *Debitæ verò appellationis forma in caſibus, in quibus fieri de iure licet, præſcribitur De-*

creto

creto Sac. Congregationis Regularium, iuſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti V. 1587. hoc modo. Quoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſiue dum imminentem admiſſorum criminum pœnam ex ſuis Conſtitutionibus, aut aliàs debitam ſibi metuunt, falſa, & commentitia grauamina cauſati non ad immediatè ſui Ordinis Superiores, ſcilicet à grauamine Prioris ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, prout cuiuſque Religionis Conſtitutionibus diſponitur; ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia ſæpiùs fugiunt, potiùs quàm recurrant, ex quo Ordinum diſciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipſi in dies audaciores euadunt. Placuit Sac. Regularium Congregationi ex ordine Sanctiſſimi ſtatuere, vt ſiquis Regularium impoſterùm temerè, leuivè ex cauſa hanc Almam Vrbem, ſeu Curiam abſque ſui Superioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa, adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores, ſeueriori pœna plectendus remittatur.

CAPVT XVII.

De Officio, & authoritate Prioris localis, & pro quibus caſibus poſſit priuari.

Obedientia Priori debita.

1. PRiori tamquàm Patri Fratres ſui Cōuentus cum omni ſubiectione, ſaluis ſemper mandatis Superiorum, in omnibus obediant, ab eiſque in ſingulari reuerentia habeatur; nam *Dedecus filij Pater ſine honore.* Ipſe in primis diligenter legat, & notet quæ de Officio Prioris Generalis, & Prouincialis ſcripta ſunt, & quæ ſibi competunt ſecundùm ſuum Officium opere adimplere pro viribus laboret: quod & Prouincialis è conuersò facere tenetur, cùm etiam & ipſe Prior ſit totius Prouinciæ. *Circa omnes ſeipſum bonorum operum præbeat exemplum*, nec percepta abutatur poteſtate, ſed tantò magis ſeipſum in omni diſciplina cohibeat, quantò in Monaſterio nullum alium habet à quo poſſit cohiberi.

Eccl. 3. 13.

Regul. c. 11.

Communitatem ſeruet.

2. Veſtitus & lectualia eius, nec in pretio, nec in forma, nec in colore ſingularia ſint; in Refectorio cum cæteris, & ſicut cæteri comedat, niſi fuerit infirmus, vel propter hoſpites; nam cùm Prælatus aſperitates Ordinis cum alijs ſuſtinet, ipſe intelligit quæ ſunt proximi ex ſeipſo, & dum ſentit mi-

miſeriam, addiſcit miſericordiam: qui verò per experientiam miſeriam non nouit, miſeris compati neſcit, iuxta illud: *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph*. Amos. 6. 6. Spiritualibus exercitijs libenter interſit, quò ſingula ordinatè fiant, iuxta illud: *Eſto cum populo in his, quæ ad Deum pertinent*: Exod. 18. 19. circa quotidiana miniſteria minoris ponderis, quæ per Officiales exerceri ſolent, minùs occupetur; ſemper tamen ſuperintendat, & officinas ſæpè viſitet, & in eis negligenter, vel indecenter ſe habentes corripiat & puniat. Priorem Prouincialem, Viſitatores, & alios Superiores ſuos debita cum reuerentia ſuſcipiat, & tractari faciat, eorum mandata Fratribus frequenter proponat, & vt plenè obſeruentur operam det, eiſque ipſammet obedientiam præſtet, quam à Fratribus ſuis ſibi pręſtari deſiderat, & procurare debet.

3. Ad Officium eius pertinet Subditis ſuis ſpiritualia & temporalia tam in ſanitate, quàm in infirmitate miniſtrare; varias eorum conditiones & complexiones inueſtigare, & non eodem modo omnes tractare, ſed potiùs ſingulis ſe coaptare, quantùm Religio abſque peccato permittit: quorumdam infirmitates tam animorum quàm corporum ſupportando; aliorum proteruiam Qualitates Prioris.

&

& contumaciam humiliando: puſillanimes roborando: deſolatos & triſtes conſolando: naturaliter impatientes & iracundos ad horam ſuſtinendo: patientes non irritando: honeſtiores & verecundiores verbis corripiendo: vitioſos & improbos (ſiqui fuerint) pœnis corrigendo: eo tamen modo in correctionibus ſe gerat, vt etiam qui reprehenduntur & corriguntur, quamuis ſecundùm inferiorem hominem, quod agitur ſibi diſpliceat, agnoſcant nihilominus, quòd rectè in Domino, & cum charitate ille ſuum officium exequatur: delinquentium peccata non diſſimulando, ſed mox vt cœperint oriri radicitùs amputando; memor periculi

1. Reg. 3. Heli Sacerdotis de Sylo: feruentiores plus debito refrenando: periculoſos & procliues ſollicitè cuſtodiendo, ipſoſque, ſi contingat interdum exire, cautè aſſociando: Iuuenes de facili non exponendo: maturos & idoneos occupando: ſicque modò priuatè, modò publicè, modò durè, modò blandè, modò verbis, modò operibus, modò pœnis & diſciplinis, modò recreationibus licitis & honeſtis, vt alacriores ad res Diuinas & Sacras reddantur, modò per ſe, modò per alios Fratres diſcretos agendo, dare debet ſingulorum & Ordinis profectibus operam efficacem.

4. Prior quoque, cui cura animarum

Sub-

Subditorum ſuorum, de quibus debet rationem reddere Deo, & adminiſtratio Conuentus à Prouincia commiſſa ſunt, ſuos ſubditos ad humilitatem, obedientiam, paupertatem, caſtitatem, aliaſque virtutes frequenter hortetur & moneat, maximè Sacerdotes & antiquiores; nam ad progreſſum in virtutibus faciendum, multum confert antiquiorum exemplum: iuniores namque ſicut ipſos facere viderint, ſic & ipſi facient. Ad Horas canonicas temporibus ſtatutis Domino Deo reddendas in Choro & extra ſollicitet, eaſque ſemper in Choro pro more dici, aut cantari diſtinctè & deuotè faciat, quibus ſemper interſit, niſi ſit negotio communi occupatus. Moneat quoque Fratres quando opus fuerit, vt domi ac foris religiosè ac deuotè incedant, & cum omnibus, maximè cum Clericis & Religioſis alterius Ordinis humiliter & modeſtè loquantur, ipſiſque honorem & reuerentiam, cùm caſus occurrerit, exhibeant: vt ſibi ipſis tribuant titulos Religionis honeſtos & condecentes; & Sacerdotes Patres, non Sacerdotes verò Fratres appellent, *inuicem honore præuenientes*, Deum in ſeipſis honorantes, cuius templa facti ſunt.

Hortetur omnes Fratres ad Virtutes.

Sollicitus ſit de Diui no Officio.

Ad Rom. 12.10.

5. Prætereà inhibeat Fratribus per Eccleſiam obambulare, vel per eam extra Conuentum exeuntes, vel ad Conuentum re-

Inhibeat tranſitus per Eccleſiam.

redeuntes tranſire, maximè quando diuinum in ea celebratur Officium. Silentium, quod decor Religionis eſt, Fratribus ſæpè commendet, & ab omnibus diſcretè ſeruari faciat. In decenti adminiſtratione, ſolemni cultu diuini Officij, & obſeruantia Regulæ & Conſtitutionum, ordinationum, ac diffinitionum, & odore bonæ vitæ & famæ domi & foris per ſe, & ſuos Fratres vigilet, & inceſſanter inſiſtat, vt Deo, qui corde & opere colitur, adminiſtrationem acceptam & gratam exhibeat, & ex ea Ordini Fidelium deuotio plus accreſcat.

Pacem inter Fratres procuret.

6. Fratres adinuicem in vinculo pacis & charitatis coniunctos conſeruare procuret: ſi autem ſciuerit, quòd aliquis Frater ex deliberatione, & pro animi affectu alicui Fratri non loquatur, ſtatim eum vel eos moneat, vt omni liuore depoſito, adinuicem loquantur; ſi verò aliquis ſic admonitus infra diem naturalem ſe non emendauerit, & Fratri loquutus non fuerit, ipſo facto careat voce, donec cum eo per Priorem Generalem, vel per Capitulum generale fuerit diſpenſatum, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Bononię celebrato Anno Domini 1306. addentes quòd iſte talis non communicet, donec Fratri loquatur.

Pœna nolẽtis loqui cum alio.

7. Vtilitatem & commoditatem Conuentus ſic prouidè procuret & quærat, vt in fabri-

fabrica Eccleſiæ & domorum, & alia loci promotione, ſua ſollicitudo & fidelitas nota fiat: Eccleſiam, & Chorum, & Sacriſtiam in his, quæ ad decorem & ornatum pertinent, ſtudeat ſollicitè conſeruare; officinas verò alias, ſeu domos mundas & honeſtas procuret penitus teneri.

Sollicitudo, & fidelitas Prioris.

8. Poterit Prior Suppriorem, Sacriſtam, & Procuratorem, ſi ipſi limites authoritatis ſibi ab ipſo Priore commiſſæ exceſſerint, & moniti primò, ſecundò, & tertiò in Capitulo, vel coram teſtibus vlteriùs id facere præſumpſerint, ab officio ſuſpendere, à Priore Prouinciali efficaciter & cum effectu priuandos, poſtquàm de cauſa ſuſpenſionis ſibi legitimè conſtiterit. Idem poterit facere, ſi caſus alius emerſerit, de conſenſu Patrum conſilij. In iſtis verò caſibus, vel quandocumque, ſeu quomodocumque aliquod iſtorum officiorum vacauerit, ſtatim Priori Prouinciali per litteras id Prior ſignificet, eique mittat nomina omnium Sacerdotum ſui Conuentus, vt Prior Prouincialis de aliquo ex eis, vel de alio Fratre idoneo prouideat vſque ad Congregationem vel Capitulum prouinciale. Verùm ne intereà Conuentus ipſe aliquod diſpendium patiatur, Prior alicui ex magis diſcretis & prouidis ſuæ familiæ committat, vt interim prædicto fungatur officio; iſte tamen ad conſilia non admittatur.

Officiales ab Officio ſuſpendere poteſt.

9. La-

Solertia Prioris.

9. Laborare quoque debet Prior ad amicos & deuotos Ordinis conſeruandos & multiplicandos, & maximè ad habendum gratiam Prælatorum, Magnatum, & primariȩ authoritatis hominum, illos interdum per ſe, vel per Fratres eis magis notos & gratos viſitando, & honorificè, quandò ad nos veniunt, recipiendo: nihil tamen cauſa humilitatis & reuerentiæ, ſeu deuotionis faciat, quod prȩiudicet Ordinis libertati. Sic itidem cùm aliqui malè erga nos affecti eſſe intelligerentur, laborare debet Prior, vt ad noſtram amicitiam redeant, vel adminus aduerſarij Ordinis non ſint, vt per beneuolentiam omnium in rebus omnibus obſequium Dei creſcat, & deuotio Religionis non minuatur: gratia etiam Cleri & Populi non eſt paruifacienda, ſed charitas & pax cum omnibus eſt procuranda.

Vicinis Cõuentibus ſit fauorabilis.

10. Fratribus & Conuentibus vicinis debet ſe fauorabilem exhibere, ſi ſuo auxilio & fauore in aliquo indiguerint, & eis piè in eorum neceſſitatibus, ſi potuerit, debet ſubuenire; aduenientes Fratres charitatiuè tractare, multò verò magis eos, qui de alijs Prouincijs venerint, alacriùs excipere debebit.

Rarò à Cõuentu abſit.

11. Prior in ſuo Monaſterio toto Prioratus tempore debitam reſidentiam faciat, itaut rarò admodum ad diſtantia loca proficiſca-

ficiſcatur, ſuper quo vigilet Prior Prouincialis, eumque ſi ſecus fecerit arguat, & ſi neceſſe fuerit, puniat: extra ipſum Conuentum vltra tres dies ſine magna & euidenti neceſſitate Prior non maneat: ſi autem pro vtilitate Conuentus quandoque fortè aliter expediret, & euidens neceſſitas immineret, de licentia Prioris Prouincialis, ſi in propinquo loco fuerit, vadat: quòd ſi propè non fuerit, Patrum de conſilio conſenſum requirat, & habeat; alioquin à Priore Prouinciali arguatur, & ſi ſibi videbitur, puniatur. Qui verò ex conſuetudine huius mandati tranſgreſſor extiterit, niſi ſuos diſcurſus moderauerit, tamquàm leuis & inconſtans Officio priuetur, & voce paſſiua careat per biënnium: ſemper tamen quando foras egreditur, ſi in Conuentu non ſit Supprior, Vicarium relinquat; quod ſi facere omittat, ille alijs præſit Sacerdos, qui primum locum in Conuentu tenet, & idem obſeruetur de Fratribus alijs, vbi Sacerdos domi non maneret; vbi verò Supprior fuerit, non licebit Vicarium conſtituere. Vicarius verò à Priore deputatus, ſi fieri poſſit, Conuentum non exeat, cùm ipſe Vicarium relinquere non poſſit; ſicut autem Prior in Conuentu debet eſſe aſſiduus, ita etiam ad id cogat Fratres ſuos, cùm ex nimio diſcurſu apud Clerum & Populum incurrant infamiam non modicam.

Pœna Prioris diuagãtis.

12. Prior

Pœna Prioris mutantis Religioſos.

12. Prior de Subditis ſuis nullum poterit à Conuentu mutare, nec ad Sac. Ordines licentiare, nec poterit Nouitium recipere abſque licentia Prioris Prouincialis: quòd ſi contrafecerit, Officio abſque diſpenſatione priuetur.

Apoſtatam intra Menſem recipere poteſt.

13. Item non poteſt vltra menſem à die apoſtaſiæ Apoſtatam ſuum recipere; benè tamen vſque ad menſem, ſalua Ordinis diſciplina; nec poterit Conuentum ſuum viſitare formaliter, benè tamen poterit, laborante fama alicuius ſcandali, veritatem inquirere, iuramentum prȩſtando, ad quod Fratres omnes volumus aſtringi, in prȩſentia tamen duorum proborum Fratrum eiuſdem Conuentus, qui etiam iuramentum præſtabunt ſummi ſecreti ſeruandi.

Anthoritas Prioris in ſpiritualibus.

14. Benè quidem poterit ſubditum ſuum abſoluere à ſententia Excommunicationis à ſe de licentia Prouincialis lata, vel ex iniectione manuum proueniente, vel in Conſtitutionibus, ſiue diffinitionibus contenta, nulli tamen Superiori Prælato reſeruata; ſed à ſententia Excommunicationis à ſuis Superioribus lata, ſiue eis reſeruata, abſoluendi non habebit facultatem. Poterit quoque diſpenſare cum Fratribus ſuper omnem Irregularitatem, †[a] præterquàm homicidij voluntarij, bigamię, & mutilationis membrorum. Subditum ſuum irregularem in Sac.

Sac. Ordinibus miniſtrare non permittat, nec ipſum ſuum Vicarium relinquat: nec enim talibus miniſtratio alicuius dignitatis tantummodò eſt inhibita, verùm etiam cuiuslibet dignitatis eſt electio, ſeu promotio interdicta.

15. Bona pertinentia ad Conuentum, ſeu eleemoſynas Prior (quantum fieri poterit) non recipiat; nullo verò modo apud ſe retineat: ſed ſi quandoque ipſum aliquid ab aliqua perſona recipere contingat (quod tamen inuitus per ſe facere debet) illud quãtum & quale ſit, ſtatim vel in ipſo Depoſito reponat, vel vni ex Depoſitarijs tradat, & in libro Conuentus lucidè ſcribantur nomen & cognomen perſonæ dantis, & cauſa ob quam dedit; & ſicut pecunias recipere non poteſt, nec eas etiam expendere ipſe debet, ſub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ & paſſiuę per quinquennium, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Neapoli celebrato Anno Domini 1539. **Prior nec recipere nec expendere ſpoteſt pecunias.** **Pœna Prioris contrauenientis.**

16. Prior debitum vltra duos aureos nullum contrahat, nec mutuabit pecuniam, nec aliquid aliud vſu conſumptibile alicui extraneo, niſi res ſit parui momenti; neque expenſas extraordinarias magnas faciet ſine conſenſu Patrum conſilij; qui contrafecerit officio Prioratus priuetur. Eamdem pœnam ſubeat ille Prior, qui ædificia magni **Debitum magnum non contrahat.** **Pœna priuationis.**

ſumptus inceperit, abſque licentia Prioris Prouincialis, & conſenſu prędictorum Patrum conſilij, ac conſilio Magiſtrorum habentium experientiam artis: pręcipimus tamen ſingulis Prioribus, vt fabricas inceptas à ſuis Prędeceſſoribus primò perficiant, quàm alias de nouo incipiant, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Paduę celebrato Anno Domini 1281. niſi Patribus conſilij oppoſitum videretur magis conuenire: teneantur tamen in eo caſu conſenſum Prioris Prouincialis obtinere priuſquàm incipiant fabricare; quod item volumus obſeruari, antequàm arbores, cùm opus fuerit, ſecari præcipiant.

17. Prætereà, quia tremendum & periculoſum eſt in ſententiam Excommunicationis prorumpere, diſtrictè præcipimus, & mandamus omnibus & ſingulis Prioribus, Supprioribus, & Vicarijs conuentualibus, ne pro quacunque interueniente cauſa, irrequiſito Priore Prouinciali, vel vicem eius Gerente, in ſententiam Excommunicationis prorumpant, ſed fideli relatione eidem facta, & de ferenda ſententia licentia petita & obtenta, poterunt eam ferre; quam licentiam quaſi inuitus, & cum multa maturitate & circumſpectione, & quando nullum aliud prorsùs inueniatur remedium, Prior Prouincialis concedere debet, propter ani-

Non poteſt excommunicare.

animarum pericula. Sententiam iſtam cum tremore non modico, debet trina monitione præmiſſa in ſcriptis promulgare; aliàs enim, hoc eſt ſine ſcripto & monitione ſententiam Excommunicationis ferens, triginta diebus ab exequutione & adminiſtratione ſui Officij ſit ſuſpenſus, & Supprior, ſi eſt, alioquin primus Sacerdos regat Conuentum, prout ſupra dictum fuit: quibus omnibus diebus ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinere debet; alioquin ipſo facto irregularitatis maculam ſe nouerit incurriſſe, cuius diſpenſationem nonniſi à Priore Generali poterit obtinere.

Pœna Prioris contra præſcripta Excommunicantis.

18. Tempore etiam ordinato & præfixo ad Capitulum ſuæ Prouinciȩ Prior ibit; quòd ſi iuſto impedimento præpeditus ire non poterit, Sigillum per Diſcretum ſui Conuentus, quem in tali caſu omninò mittere tenetur, cum rationibus & cauſis, quibus detentus remanſit, mittat. Si verò iuſtam habens excuſationem non eundi, Sigillum cum dicta excuſatione non miſerit per Diſcretum, vt dictum eſt, vel ſi nullus fuerit, qui pro Diſcreto mittatur, per Priorem propinquioris Conuentus eiuſdem Prouinciæ, vel etiamſi miſerit Sigillum, excuſatio non videatur Patribus Diffinitorij ſufficiens & rationabilis, eo ipſo quòd mandati Ordinis tranſgreſſor fuit, ad omne Of-

Tenetur ad Capitulum ire.

Pœna non euntis. ficium cum cura animarum in noſtro Ordine ineligibilis per quinquennium permanebit.

19. Nullus Prior inuitus priuari vel abſolui poterit, nec ſuſpendi, niſi in caſibus expreſſis in Conſtitutionibus, vel diffinitionibus noſtris, & in iſtis quę ſequuntur, videlicet. Si Capitulum non tenet niſi rarò; ſi diuino Officio ex conſuetudine non intereſt, cùm non ſit manifeſtè occupatus alijs negotijs ad Ordinem vel Conuentum pertinentibus; ſi Fratribus ex conſuetudine verba contumelioſa dicit; ſi Conſtitutiones & ordinationes noſtri Sacri Ordinis frequenter non legit, vel legi facit, & ſi nihil aut parùm curat vt obſeruentur; ſi ſchiſma, vel aliquid aliud manifeſtè commiſit, pér quod poſſit pax Prouinciæ perturbari; ſi inter Sæculares eſt infamis, licèt per Fratres delictum probari non poſſit; ſi communem vitam cibi & potus cum alijs Fratribus in Refectorio non ſeruat, quantum ſui corporis valetudo permittit; ſi munera, ſen dona ab aliquo ſuo ſubdito præter comeſtibilia, aut parui momenti receperit; ſi Subditum ſuum ſecundum Ordinis ſtatuta punire noluerit de exceſſu, qui per tres vel duos ſaltem legitimos teſtes probatus fuerit, vel (niſi negligentia Prioris interceſſiſſet) probari potuiſſet; ſiquid commiſerit propter quod

Cauſę priuationis ab Officio Prioris.

pœnę

pœnę grauiſſimæ culpæ deberet ſubiacere; ſi ſuis Superioribus rebellis,vel inobediens fuerit.De quouis iſtorum confeſſus,vel cõuictus, poterit à Priore Prouinciali, vel Viſitatoribus ab Officio ſuſpẽdi,& à Capitulo priuato priuari: Idem fieri poterit, & debet, ſi aliquis Prior tam infirma valetudine laborauerit, vt domus curam gerere non poſſit.

20. Volumus autem quòd ille, qui infamis inter ſæculares inuentus fuerit, prout dictum eſt, omninò ſine aliqua miſericordia debeat ab Officio ſuſpendi, & priuari, ne Religionis honor detrimentum patiatur, ſi infames in Officio relicti fuerint; dummodò infamia ſit de materia graui &ſcandaloſa,& ſæculares ſint perſonę non parui momenti. Infames omninò amouendi.

21. Si Priorem infra biennium diem ſuum obire contigerit, Supprior eadem die Patres conſilij congregabit, atque litteras nomine omnium ſcribi faciet, quibus Priori Prouinciali mortem Prioris defuncti ſignificabunt, & ſibi de Priore idoneo breuiter prouideri petent: has litteras manu omnium ſubſcriptas, & Sigillo Conuentus munitas Supprior, vel eius vicesgerens Procuratori domus conſignabit, quas ipſe die illa, vel ſequenti per famulum Conuentus,vel alium fidum tabellarium Priori Prouinciali mittet. Priore deficiente quid faciendum.

NOTÆ IN CAPVT XVII.

†[a] *Quòad hanc facultatem diſpenſandi ſuper omnem Irregularitatem videndæ ſunt Conſtitutiones Sixti V.* Sanctum & ſalutare &c. *Nonis Ianuarij* 1588.,*& Clementis VIII.* Romanum Pontificem decet: 1595.*pridie Kalend. Martij. In Bullario Romæ recuſo* 1617.

†[b] *In Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini* 1685. *Declaratum fuit, & reſpectiuè diffinitum, quòd ſumma pecuniarum, quæ in aliquibus Prouincijs à Religioſis præſtabitur Conuentibus, vel quomodocumque obueniet; ſiue pro obtinendis Cellis, aut manſione in aliquo Conuentu, aut pro Cenſu, vt vocant, vitalitio, ſiue alia ex cauſa ſtatim in fundum, vel cenſum fructiferum conuertatur; cuius alienandi facultas nulli vnquàm erit, ſub pœnis inflictis contra Alienantes. Priores verò omnium modo, quo dictum eſt, & ad quemlibet finem acceptorum rationem Patribus Capituli, ſiue coram Deputatis, aut Depoſitarijs Conuentus iuxta varium vſum Prouinciarum reddere omninò teneantur.*

CA-

CAPVT XVIII.

Quomodo ſe debeant habere Fratres quando eis Prior aliquod Officium, ſeu obedientiam iniungit.

1. ORdinamus, vt cùm Prior in Capitulo vel alibi iniunxerit alicui, vt ſit Cantor in Choro, Oſtiarius, Eleemoſynarius, Infirmarius, receptor hoſpitum, Præfectus Operum, vel vt alio fungatur officio, ex his quę Prior in ſuo Conuentu prouidere ſolet, ille talis audito mandato Superioris flectat genua, ſtatim ſe facturum quod iniunctum fuerit, indicans, & dicat: *Benedictus Deus in donis ſuis &c.* Aſſueſcant autem Fratres non intueri quis, vel qualis ſit, cui obediunt, ſed potiùs quis ille ſit, propter quem obediunt, qui eſt Chriſtus Dominus, qui *factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem*: Omnia autem officia domus, quę per electionem non dantur, committere Fratribus, & inter eos ea diuidere Prioris eſt domus. Obediendum Priori. Philip. 2. 8.

2. Quamuis autem vnuſquiſque paratus eſſe debeat ad quoduis officium aſſumendum, quod ei fuerit impoſitum, animaduertendum tamen erit, ne illis, quę robuſtiores, ac fortiores homines requirunt, Diſcretio Prioris in diſtributione officiorum.

 de-

debiliores conſtituantur: habeatur etiam ratio ętatis & dignitatis Fratrum. Sciendum autem eſt, quòd officia plura, dummodò non ſint incompatibilia, vni committi poſſunt, maximè in minoribus Conuentibus, vt ſaltem aliqui Fratres ab officijs vacantes, liberiùs ſpiritualibus attendant.

Officialis qualiter ſe gerere debeat.

3. Recepto quocumque officio, debet Officialis conſiderare, quæ licentiæ generales ſint ſibi neceſſariæ ad officium exequendum, pro quibus difficilè nimis foret recurrere ad Prælatum aſſiduè, & de illis cum Prælato conferre: item cùm aliqui excedunt circa aliqua de pertinentibus ad officium ſuum, debet ſuper his proclamare, vel Priori ſuggerere, vt faciat admonitionem in Capitulo; cùm autem non ſufficit ſolus peragere ea, quæ ſunt officij ſui, poteſt à Prçlato adiutorem poſtulare, & cum adiutoribus ſibi datis ita ſocialiter, & amabiliter ſe debet habere, vt facilè inueniantur, qui in eius adiutorium velint aſſignari: item cùm contingit eum ab officio præpediri, debet officium ſuum, vel alijs committere, vel ad Superiorem recurrere, ne ex eius abſentia, ſeu impedimento defectus oriatur.

Officialis rationem reddere tenetur.

4. Cùm autem recipit officium debet ſcire, quæ, & quot recipit, & quando officium dimittit, ſi creuerint, vel defuerint, rationem reddere, quam etiam reddere tene-

ne-

netur ſuis temporibus Suppriori Conuentus & Depoſitarijs: non debet aliquid dare domi foriſuè de pertinentibus ad officium ſuum ſine generali, vel ſpeciali licentia;non debet cum alijs Officialibus litigare, ſed ſi in aliquo ad inuicem non conſentiunt, ad Superiorem recurrat: item ſi habet aliquem ſæcularem in adiutorium, ſic honeſtè & pacificè cum eo, & coram eo agat vniuerſa, vt non ſcandalizetur: caueat autem, ne illum iniurijs laceſſat, ſed charitatiuè & ordinatè eum corrigat & inſtruat: item quando duobus idem officium committitur, per Prẹlatum ſic prouideatur quid ad quem pertineat, vt in confidentia alterius nihil negligatur, vel omittatur; cùm autem imponitur officium de nouo alicui, qui non benè ſcit ea, quẹ ſunt in illo officio facienda, debet à Prẹlato petere, vt per aliquem exercitatum in huiuſmodi officio eum faciat in omnibus inſtrui diligenter.

5. Statuimus autem, vt tam Fratres quibus Deus dedit donum ſcientiæ, quàm etiã hi, qui ſciunt manibus operari, Fratribus alijs, ſiue Conuentibus ſeruire gratis de talento eis tradito ſecundùm Superiorum ſuorum mandata teneantur; ita quòd quando oportuerit communi Fratrum vtilitati de mandato Superiorum inſeruire, nulli liceat abſque ſpeciali licentia Superioris alicui fo- Omnes ſeruiant gratis.

tris

ris vel intus; nec etiam ſibi ipſi aliquid operari, nec obedientiam pro propria vtilitate, vel voluntate dimittere;

6. Si autem aliquod ex huiuſmodi officijs, ſeu quodcunq; aliud mandatum (dummodò illud non ſit iuſſioni diuinæ contrarium) alicui Subditorum ſuorũ Prior iniunxerit; ille talis fretus obedientia ſine diſceptatione id ſuſcipiat, etiam ſi graue multum & ſuis viribus importabile videatur, quoniam virtus obedientiæ vires adauget; ſed poſteà imbecillitatem & pręcepti difficultatem Priori ſuo cum omni humilitate, & ſine fictione inſinuet, & ſi quod optat obtinere meruerit ab eodem, gratias agat Deo, & humilior fiat: ſi verò non meruerit obtinere quod optat, ſciat animæ ſuæ ſic expedire, & quantum in eo fuerit faciat ſicut velle nouerit imperantem: non enim volumus Fratres noſtros Superiorum ſuorum mandata cauſari, nec eorum præceptis (etiamſi valdè difficilia ipſi imperent) contraire:

Seruiant libenter, & promptè.

7. Si verò poſtquàm in Superioris ſui obedientijs ſecundùm ſibi datam à Deo gratiam cœperit humiliter ſe exercere, probabiliter viderit ſe abſque interioris, vel exterioris hominis periculo, vel nimia difficultate non poſſe muneri ſibi iniuncto ſatisfacere, petat humiliter abſolui vel releua-

Diſcretio commendatur Superiori.

ri,

ri, & Superior eius(niſi fruſtratorias videatur cauſas & excuſationes prætendere) diligenti conſideratione præmiſſa, vel eum ab officio ſeu obedientia abſoluat, vel de ſocio ſeu ſocijs ei prouideat, prout magis viderit expedire: ad quod ſi quacumque ex cauſa Prior ipſe difficilis videatur, Patres conſilij qui in ſua prece fruſtrari non debent, apud eum, vt id faciat, procurabunt.

CAPVT XIX.

De Officio, & authoritate Supprioris.

1. QVilibet Conuentus noſtri Ordinis, in quo ad minus decem Fratres de familia fuerint, habeat Suppriorem idoneum ad Conuentum gubernandum, qui poſtquàm fuerit de nouo inſtitutus, vel iterum confirmatus, ſtatim à Priore inquirat, quam authoritatem velit habere, & non vltra ſe extendat: quę dicta ſunt de Officio Prioris inſpiciat, & ea quæ ſibi conueniunt, notet & obſernet; Priorem adiuuet omni cum fidelitate, & inter ipſum & Conuentum pacem ſemper procuret: querulorum & turbantium alios, vel inobedientium non ſe receptorem exhibeat; pro Fratribus in licitis & honeſtis libenter apud Priorem intercedat.

Vbi ſunt decem Fratres eligatur Suppr.

2. Ad

2. Ad eius Officium pertinet omnibus Horis tam diurnis quàm nocturnis in Choro intereſſe, communi menſæ nunquam deeſſe, & omnibus alijs obedientijs primus omnium adeſſe, vt ſi Prior aliquibus negotijs occupatus præſens non fuerit, eius vices gerat; tunc enim volumus & præcipimus, vt ſicut Priori obediatur ei: cùm propter Proceſſionem, vel funus, vel alios caſus emergentes, fuerit conuocandus Conuentus, debet de conuocando ipſo, & deducendo ac reducendo diligentem curam habere, & quòd non moretur inutiliter expectando procurare: prouidere etiam vt debito modo, & hora Campanę pulſentur ab ijs quibus incumbit, & ſigna alia fiant conuocandi Conuentum.

Supprioris Officium.

3. Ad eius etiam Officium pertinet obire loca Conuentus, & ſollicitè curare, vt ſilentium locis & horis debitis obſeruetur: culpas ordinarias, leues, & manifeſtas, maximè in Iuuenibus in abſentia Prioris reprehendere, & corrigere, de grauioribus verò Priorem certiorem facere; non poterit autē exiſtente Priore in Conuentu aliam pœnitentiam imponere Sacerdotibus, quàm quòd Pſalmum, vel ſuam culpam coram Priore in Refectorio dicant; non Sacerdotibus verò poterit iniungere, vt ibidem in terra comedant; Profeſſorum qui extra Nouitiatum de-

Curet ſeruari ſilentium.

degunt, ſemper curam habebit, cui eamdem ſuper eos authoritatem damus, quam habet Magiſter Nouitiorum ſuper ſuos Nouitios; qui eos ſemper cuſtodiat, nec permittat diſcurrere per Conuentum, nec cum Sacerdotibus ſedere vel conuerſari, ſed cogat vt in Cellis ſuis maneant & ſtudeāt,& in ſpiritualibus exercitijs ſe occupent, vel in alijs operibus manualibus ſe exerceant,quatenus numquàm ſint otioſi, & quòd tempore recreationis non ſe Sacerdotibus coniungant, ſed ſeparatim ſtent.

4. Ad eius etiam Officium pertinet facere Inuentaria omnium vtenſilium quorumcumque Officialium Conuentus, vtpotè Infirmarij, Celerarij, Refectorarij, & ſimilium; & priuſquàm aliquis Officium relinquat, omnia per inuentarium conſignet coram Suppriore, & ab eo per ipſum Inuentarium ei, qui in officio ſucceſſerit, conſignentur: prætereà bis in anno cum Depoſitarijs omnes Officinas viſitet, & omnia in Inuentarijs contenta videat, & de his quæ inuenerit Priorem informet, ne aliquid per incuriam perdatur, vel conſumatur. Quando Fratres conuentualiter congregati fuerint, Supprior in Choro ſiniſtro poſt Bacalaureos primum locum habebit, ſi verò Prior in Conuentu non fuerit, in loco eius erit.

Curet conſici Inuentaria.

5. Cùm

5. Cùm Prior foras egreditur die ipſa reuerſurus, ac ſi in Monaſterio Prior eſſet, eadem ſit authoritas Supprioris: vnde foras mittere Fratres non poterit, niſi magna neceſſitas occurrerit, poterit tamen concedere Fratribus licentiam, vt cum extraneis ordinatè loqui valeant. Quòd ſi ad loca remotiora profectus fuerit Prior non reuerſurus eadem die, debet Supprior in omnibus gerere vicem eius, niſi ipſe Prior illi ſpecialia aliqua interdicat; contra quę vel aliquid eorum, etiamſi totius Conuentus conſenſus, & ſupplicatio accedat, non pręſumat aliquid facere.

Eius munus quale.

6. Cùm igitur Supprior in abſentia Prioris illius habeat authoritatem, omnia quę in noſtris Conſtitutionibus, ordinationibus, diffinitionibuſque, vel à quibuſcumque noſtri Ordinis Superioribus præcepta, vel prohibita ſunt, vel fuerint Prioribus, ſibi etiam pręcepta vel prohibita eſſe intelligat ſub iiſdem conceſſionum, præceptorum, mandatorum, & prohibitionum formis.

Quid cauere debeat.

7. Debet etiam Supprior in abſentia Prioris Conuentum in bono ſtatu conſueto conſeruare, & nihil immutare, nec nouitates introducere, nec aliquid magnum attentare, niſi fortè magna neceſſitas vel euidens vtilitas hoc expoſcat, & de conſenſu Patrum conſilij: non item emat, nec vendat,

Nil immutet in abſētia Prioris

dat, nec alias prouiſiones extraordinarias faciat, nec de veſtimentis prouideat: præterea notabilia quæ emerſerint in abſentia Prioris, eidem referre debet, licèt fuerint correcta, dummodò non ſint ſecreta. Tempore Capituli Supprior à Conuentu nō recedat, quòuſque Prior aduenjat, vel vicem eius gerens.

CAPVT XX.

De Officio Sacriſtæ Conuentus.

1. PRO Sacriſta Conuentus talis Frater aſſumatur, qui ſit fidelis, grauis, & ſollicitus, & ad res Eccleſiæ, & Altarium ſtudioſè tractandas inclinatus, quique omnium Sacerdotum poſſit Confeſſiones audire, & ad conſilia Conuentus non ſit ineptus. Hic ante omnia ſollicitam cum tremore & reuerentia curam habeat Sanctiſſimi Corporis Chriſti Sacramenti, quod ab ipſo bis in menſe reuerenter renouetur, & clauſum ſub cuſtodia mundiſſimè, & quàm dignè fieri poſſit, reponatur; itaut nulli ſit liberum locum Sanctiſſimi Sacramenti aperire, excepto ſolo Sacriſta, cui Sacra commiſſa ſunt: qui clauem argenteam, vel ſaltem deauratam cuſtodię ſub alia claui clauſam ſemper teneat, ſemperque plures Hoſtias Sacratas

Qualitates Sacriſtę.

De cura Sanctiſſimi Sacramenti.

cratas reponat, ne ſi infirmum communicare contingat, Eccleſia ſine Sacramento remaneat. Diligenter etiam attendat Sacriſta, vt ante Chriſti Corporis ſalutiferum Sacramentum die noctuque lumen ſemper ardeat, nec aliquando extinguatur: & ideò prouidere faciat, vel ipſe prouideat de oleo ſine aliquo defectu. Habeat etiam in aliquo vaſe argenteo, vel aliàs decenti Oleũ Sanctum pro Infirmis noſtris, quod ſuis temporibus renouari faciat. Adhibeat curam, quòd ſeruetur diffinitio facta in Capitulo generali Arimini celebrato Anno Domini 1555. quę ſic habet: *Reliquiæ Sanctorum cum honore, & debita reuerentia in loco conuenienti aſſeruentur: non enim decet, vt quæ diuinæ gratiæ olim fuerunt receptacula, & veriſſima Chriſti membra, & pura Spiritus Sancti domicilia, ita in loco ſeruentur, vt nulla hominum pietate coli poſſint; ſed pręcipuè cuſtodiantur & obſeruentur, vt per eas Fideles commoti diſcant virtutem & Fidem Sanctorum imitari, & interceſſionis officium ab eis, quorum illę ſunt Reliquiæ, ſlagitare.*

Oleum Sanctum renouandum.

Reliquiæ Sanctorum decenter cuſtodiendæ.

2. Ad huius Officium pertinet eorum, quę ad cultum diuinum attinent in Eccleſia ſollicitam curam gerere, ſollicitum ſe reddere in pulſandis Campanis ad Horas vel Miſſam, niſi Prior alicui hoc munus iniunxerit; oblationes verò Fidelium panis & vi-

Diligens eſſe debet circa res Eccleſię.

ni, & huiuſmodi rerum, quæ ad Eccleſiam quandoque deferuntur, ad manus eius veniant, eaſque in integrum Celerario conſignet, Fratribus diſpenſandas; eleemoſynas verò Officiorum & Miſſarum in libro Sacriſtiæ ſcribat, quas ſecurè cuſtodiat, & pro vtilitate Sacriſtiæ, & aliquando etiam Cōuentus expendere poſſit ſecundùm Prioris voluntatem, dummodò de introitu & exitu, ſicut Procurator, ſuis temporibus rationem reddat: Miſſę autem celebrentur iuxta deuotionem Offerentium de tali Sancto, vel de tali Feſtiuitate, & quotidiè Sacriſta faciat computum Miſſarum dictarum, vt à numero dicendarum deleantur.

Eleemoſynas ſcribat in libro.

Faciat cōputum Miſſarum.

3. Quicumque autem eleemoſynam aliquam pro Miſſa, vel Miſſis dicendis, vel aliquo alio Officio celebrando receperit ab aliquo, præcipimus in virtute Sanctæ Obedientię, vt infra vigintiquatuor horarum ſpatium poſtquàm ad Monaſterium peruenerit, teneatur eam Priori, vel Sacriſtæ integraliter reſignare: qui contrafecerit tranſacto termino viginti quatuor horarum, quinque diebus in terra ſedens in pane & aqua ieiunet, & ijſdem diebus recipiat diſciplinam, & eleemoſynam reſignare penitus compellatur. Nullus cuiuſcumque gradus, vel conditionis exiſtat, vocatus ad ce-

Præceptū.

lebrandum ire recuſet, niſi fortè legitima cauſa impeditus: in Sacriſtia toto tempore celebrationis Miſſarum ſilentium ſeruari faciat; Eccleſiam & Sacriſtiam mundas conſeruet; ab Imaginibus & Altaribus frequenter puluerem excutiat; habeat curam de tectis reparandis, ne vnquàm pluat in Eccleſia, vel Sacriſtia, & quòd ſint aliqua armaria apta ad rerum cuſtodiam, & quòd Sacriſtia ſit fortis in oſtijs, feneſtris, & clauibus, iuxta quam cum vno ſocio, vel duobus habitare & dormire poterit, ſi locus ad hoc aptus fuerit, & Priori videbitur expedire.

Silentium in Sacriſtia tempore Miſſarum.

4. Debet etiam prouidere, quòd in Sacriſtia in loco competenti ſemper inueniatur aqua ad lotionem manuum volentium celebrare, vel miniſtrare, & mappulæ mundę ad exterſionem manuum, vna pro Sacerdotibus, & alia pro non Sacerdotibus.

Neceſſaria ad Sacriſtiam prouideat.

5. Prouideat etiam de particulari piſcina in Sacriſtia, vel Eccleſia, in quam lotiones rerum ſacrarum mittantur, quæ munda & honeſta cuſtodiatur, in quam nulla alia ablutio mittatur: item prouideat, quòd Hoſtię pulchræ in pyxide decenti, & vinum purum & ſanum, & aqua recens & munda in ampullis benè purgatis & nitidis, calices, veſtimenta, miſſalia, flabella tempore muſcarum, & omnia alia neceſſaria pro Miſſis cele-

De piſcina pro lotionibus rerũ ſacrarum.

celebrandis ſemper habeantur in promptu; & in certis & competentibus locis inueniantur, & reponantur.

6. Debet etiam habere curam, vt vaſa omnia, vtenſilia, & albæ, atque cottæ, tobalię Altarium, corporalia, & manutergia, & alia quęcumque linea ſic frequenter lauentur in vſus Altarium, & Miniſtrorum, vt ſemper inueniantur munda & nitida, & pręcipuè ea, quæ ſunt circa Altaria, quę non ſufficit, vt ſint mediocriter munda: Corporalia & panni pro abſterſione calicum lauanda ſunt ſeparatim ab alijs,& purgamentum illud in piſcinam ſacram eſt mittendum: cùm autem conſumpta fuerint vetuſtate, comburantur, & cineres in eamdem piſcinam mittantur: debet cauere paramentis & ornamentis à putrefactione & corroſione, interdum ad ſolem & aerem exponendo, vt à tinea pręſeruentur, atque etiam curam habere, vt ad minus ſemel in anno omnia diſſuta reſarciantur, & læſa in aliquo, ſiue vaſa ſint, ſiue paramenta reparentur: non tamen vetera & minùs vtilia vendere, vel diſtrahere debet inconſulto Priore & Patribus conſilij,& ſi fieri poteſt, fiat hoc etiam de ſcitu illius, cuius ſumptibus & expenſis illa fuerunt facta: & ſi vendantur, eorum pretium in aliquid vtile pro ipſa Sacriſtia commutetur. Curet de vtenſilibus reparandis.

7. Ad eumdem pertinet ſcire Ordinarium noſtri Ordinis, vt quandoque Fratres dirigat & inſtruat: debet autem curam adhibere quòd liber Ordinarij ſit in Sacriſtia in aliquo loco patenti & determinato, vt Fratres quomodo faciendum ſit, in eo videre poſſint, quando de aliqua ceremonia dubitauerint. Similiter habeat in Sacriſtia ſtatuta Synodalia, in quibus frequenter feruntur ſententiæ Excommunicationis, & in quibus aliqua prohibentur, quę à Confeſſoribus oportet non ignorari; affigat etiam in Sacriſtia caſus omnes in Bulla Cœnę Domini contentos, ac etiam Epiſcopales, quos ſibi Ordinarij locorum referuauerint. † Ibidem etiam in tabula aliqua clarè & diſtinctè ſcribi faciat obligationes omnes perpetuas Miſſarum, Officiorum, & Anniuerſariorum, quas Fratres illius Conuentus adimplere tenentur.

Ordinarium, & caſus reſeruatos ponat in Sacriſtia.

Tabula Miſſarum.

8. Bona autem quæ ad Sacriſtiam pertinent abſque Prouincialis & Diffinitorum licentia, in ſcriptis habita, nullatenus diſtrahantur, vendantur, aut pignori dentur, nec etiam commodentur abſque licentia Prioris & Patrum conſilij, quam licentiam non concedant, niſi rationabili cauſa ſubſiſtente.

Bona Sacriſtię non alienet.

9. Bonorum Sacriſtiæ duo Inuentaria fiant, quorum vnum ſit in Depoſito Conuen-

De Sacriſtię Inuentarijs.

uentus, vt per illud Prouincialis & Viſitatores Sacriſtiam poſſint viſitare, aliud iuxta ſe teneat Sacriſta, cui ſemper adiungat quidquid de nouo factum fuerit; caueat autem ne alquid perdatur, ſed potiùs laboret, vt in dies ſemper alquid augeatur. Poſtremò quia in magnis Conuentibus difficilè eſt omnia ſupradicta ab vno exequutioni mandari, Sacriſtæ detur Socius, & inter ſe ſic diuidant munia ſupradicta, vt per eos ſciente vtroque quid ad ſe pertineat, fiant ordinatiùs vniuerſa.

NOTÆ IN CAPVT XX.

† *Affigenda quoque Decreta & Declaratio Sac. Congregationis Regularium Clementis VIII. authoritate edita 9. Ianuarij 1601. & 26. Nouembris 1602, atque Pauli V. ſpeciali mandato innouata, & confirmata 7. Ianuarij 1617. In quibus præter Caſus, & Cenſuras Bullæ Cœnæ Domini, & quæ Ordinarij ſibi reſeruant, adduntur.*

Violationis immunitatis Eccleſiæ in terminis Conſtit. Greg. XIV.

Violationis Clauſuræ Monialium ad malum finem.

Prouocationis, & pugnantium in duello in terminis Concilij, & Conſtit: Gregòrij XIII.

Iniicientium manus violentas in Clericos, iuxta

Cap. Si quis ſuadente, *ac Iuris diſpoſitiones.*

Simoniæ realis ſcienter contractæ.

Confidentiæ beneficialis.

A quibus omnibus, niſi tantùm in mortis articulo, Regulares non poſſunt per vllum priuilegium validè abſoluere; & ſi abſoluant ipſo facto abſque vlla declaratione Excommunicationis, priuationis Officiorum, dignitatum, inhabilitatis ad ea impoſterùm obtinenda pœnas incurrunt, & à nullo diſpenſari, habilitari, vel abſolui poſſunt, niſi à Sede Apoſtolica, præterquàm in mortis articulo.

CAPVT XXI.

De Officio Procuratoris Conuentus, & de rebus domus non alienandis.

1. QVilibet Conuentus noſtri Ordinis, in quo præter Priorem fuerint adminùs duo Fratres de familia, habeat Procuratorem, qui ſit quòad fieri poſſit, maturus, ſobrius, parcus, non turbulentus, non tardus, non prodigus, vel extirpator ſubſtantiæ Conuentus, nec etiam auarus: ſuper omnia charitatem habeat ad omnes, & cùm non potuerit opere, ad minùs verbo Fratribus ſatisfaciat, quia ſcri-

Qualitates Procuratoris.

ptum eſt: *Sermo bonus ſuper datum optimum*: Prou. 15. 23.
ſit pręcipuè bonę vitę & famæ, ne dum bonis temporalibus prouidetur, quidquam deperea de bono nomine & honore Monaſterij, qui longè, & incomparabiliter pretioſior eſt quibuſcumque commodis temporalibus.

2. Procuratoris officium eſt, ſollicitè & diligenter inquirere quid Conuentui in Refectorio, quid menſæ hoſpitum, quid neceſſitati expediat infirmorum, & charitatiuè prouidere, ne quantùm in eo fuerit, & facultas domus permiſerit, Fratres incommodum, ſiue infirmi, ſiue ſani fuerint, patiantur: ſed hoc de voluntate Prioris tacita vel expreſſa faciat, ſine qua aliquid expendere etiam in commune bonum ei non liceat: hic tempore ſilentij cum Infirmario, Foreſtarario, Coco, Cellerario, & famulis domus de his quę neceſſaria fuerint, loqui poterit, diſcretè tamen, ne conceſſa ſibi poteſtate videatur abuti. Eiuſdem Officium.

3. Eius etiam officium eſt prouidere quomodo poſſeſſiones Conuentus meliorentur, & augmententur, & omnia quæ quocumque modo Conuentui obueniunt, exigere, ac Priori & Depoſitarijs conſignare in Depoſito: facere etiam omnes expenſas, niſi fortè circa Sacriſtiam, vel ędificationes Priori aliter viſum fuerit: item ipſius inte- Curet de melioratione poſſeſſionum.

reſt quæ emenda ſunt, tempore ſuo emere, ſimiliter vẽdere quæ fuerint vendenda, quod magna cum cautela faciendum eſt, ne ſcandalum oriatur: ſæpè viſitet prædia & poſſeſſiones Conuentus, & ſuper illorum conſeruatione & incremento ſtudeat & vigilet, nec permittat eas per incuriam labi vel deficere, & Patribus Conſilij ſignificet quot, & qualia ſint bona, quę poſſidet Monaſterium.

Debet deuotioni vacare.

4. Quamuis autem exemplo Marthę, cuius ſuſcepit officium, circa multa ſollicitari & turbari habeat, ſilentium tamen & quietem Cellę non penitus abijcere debet vel abhorrere, ſed potiùs quantũ domus negotia patiuntur, ad Cellam quaſi ad tutiſſimum & quietiſſimũ portus ſinum recurrat, vt legendo, orando, meditando, turbulentos animi ſui motus ex rerum exteriorum cura, vel diſpoſitione ſurgentes ſedare poſſit.

Librum accepti & dati habeat.

5. Habeat quoque librum, in quo recepta, & expenſa diligenter ſcribat quotidiè, ne per obliuionem aliquid omittatur, in quo etiam ſtatum domus, quòad ea quę debentur eidem, diligenter ſcribat. Debita magna quacumque ex cauſa ſine ſpeciali Prioris licentia contrahere non poterit: litem etiam nullam mouebit, nec motam reſcindet abſque Prioris & Patrum conſilij ſcitu & conſenſu.

6. Stri-

6. Strictè prohibemus, ne Procurator, vel Frater alius negotia extraneorum coram quocumque Iudice, ſeu quouis alio Officiali tractet abſque licentia Prioris Prouincialis expreſſa, ſub pœna priuationis vocis actiuę per biennium, nec non grauioris culpæ per hebdomadam, ac item expulſionis à manſione illius Conuentus, vbi deliquerit, ad quem intra decennium redire non poſſit: nolumus tamen, quòd Prior Prouincialis licentiam alicui concedat tractandi aliquod negotium, etiam pro Parentibus, vel ad inſtantiam cuiuſcumq; notabilis Perſonę, quod Religioſum non deceat. Secularium negotia nõ tractet. Pœna contrauenientis.

7. Nullus Frater noſtri Ordinis accipiet exequutiones teſtamentorum quarumcumque perſonarum ſine licentia expreſſa Prioris conuentualis: nec aliquis cuiuſcumque gradus vel dignitatis ſit ſine licentia Prioris Prouincialis & Diffinitorum alicuius litigioſæ cauſæ in foro exteriori decidendę commiſſionem, vel iudicaturam acceptet. Non ſit exequutor Teſtamentorum.

8. Innouamus antiquam diffinitionem factam in Capitulo generali Pariſijs celebrato Anno Domini 1329. quæ ſic habet: *Cupientes Ordinis indemnitati ſalubriter occurrere, & præſumptuoſam audaciam tranſgredientium remedio, prout poſſumus, efficaciùs refrenare, præſenti diffinitione ſantimus & ordina-* Contra Alienantes Conuẽtus.

dinamus, vt quicumque Frater noſtræ Religionis cuiuſcumque conditionis exiſtat, libros pro Libraria deputatos, vel res Sacriſtiæ, ac etiam redditus Conuentus pro ſuſtentatione Fratrum diuinitùs prouiſos, aut bonorum Fratrum ſtudio procuratos, diſtrahere, vel alienare, aut ſibi appropriare præſumpſerit, talis Excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto, quam ex nunc prout ex tunc, trina canonica monitione præmiſſa, proferimus in contrarium facientes, ac etiam in omnes alios, qui ad hoc faciendum præſtiterint aſſenſum, licentiam, vel fauorem.

Excommunicatio.

9. Procurator, præ omnibus alijs Fratribus, curam habeat Famulorum Conuentus, in primis vt non recipiantur in familia, niſi tales, de quibus ſit ſpes probabilis, quòd honeſtè ſe habere debeant inter Fratres: poſtquàm autem recepti fuerint, eos ſollicitare debet, vt diebus feſtiuis Miſſam integram audiant, vtque in aliquibus maioribus ſolemnitatibus confiteantur, & Sacratiſſimam Communionem recipiant, & de hoc debet eſſe certus: compellendi ſunt etiam intereſſe ſermonibus, qui fiunt in Eccleſia, ſi poſſunt: debet eſſe ſollicitus ad ſciendum, quæ ſit fama de eis domi & foris, & conſiderare facta eorum & vitam, & eos admonere & corrigere: inſtruendi ſunt, quòd in omnibus modeſtè & ordinatè ſe gerant,

Famulorũ curam gerat.

quòd

quòd cum Fratribus omnibus etiam Conuerſis reuerenter loquantur, quòd ſeruitia communia pro ſeruitijs Fratrum particularium non dimittant, quòd veſtes laſciuas vel notabiles in ornatu, vel colore non deferant. Cùm autem non expedierit, vt aliquis eorum cum Fratribus ampliùs moretur, debet apponere curam, vt cum amore & deuotione Ordinis recedat, & non ſcandalizatus.

10. Poterit etiam in principalioribus Conuentibus Procurator ſeçularis conſtitui pro illis negotijs, quæ per Laicum tractari poterunt, ad euitandos nimios diſcurſus Procuratoris religioſi, & ne etiam habitus noſtræ Sac. Religionis in locis indecentibus quandoque compareat. *De Procuratore ſæculari.*

CAPVT XXII.

De Officio Depoſitariorum.

1. IN vnoquoque Conuentu Ordinis noſtri ſtatim in principio biennij infra ſpatium trium dierum ab aduentu Prioris, eligentur in Capitulo Conuentus duo Depoſitarij diſcreti & fideles, & qui (ſi fieri poſſit) ſciant computa facere: eligetur autem primò vnus, & ſtatim publicabitur, & deinde alius ſimiliter eligetur, eo modo quo eli- *Electio duorum Depoſitariorum.* *3 par. cap. 24.*

eligitur Diſcretus, quando ad Capitulum prouinciale itur.

Eorumdem Officium. 2. Ad horum officium pertinet, vt quilibet eorum habeat clauem vnam arcę Depoſiti, nec eam alicui vnquàm committat, nec in Cella relinquat, ſed ſecum ſemper deferat, & ſollicitè cuſtodiat: tertiam clauem habebit Prior, nec eam alicui dabit præterquàm Suppriori, quando foras iuerit eadem die non reuerſurus, quæ claues diſſimiles erunt: debent habere curam, quòd locus Depoſiti ſit ita ſecurus in omnem euentum, vt nec à domeſticis, nec ab extraneis poſſit aliquid damni recipere, & vt pro maiori ſecuritate in Dormitorio accommodetur: vtque in Monaſterio ſit Archiuium cum armarijs ſeu capſis, in quibus Scripturæ, priuilegia, contractus, & omnia iura ad Conuentum pertinentia aſſeruentur ita cautè, quòd nullo modo damnificari poſſint, cuius claues in Depoſito ſub tribus clauibus ſeruentur, nec inde aliqua ſcriptura auferatur niſi de licentia Prioris expreſſa, & præſentibus duobus Depoſitarijs, & primò ſcribentibus in quaterno, qui ibidem eſſe debet, cui, & ad quid, & quo tempore fuerit conſignata, poſteà immediatè requiratur Prior, vt tempus aſſignet, infra quod ille talis teneatur prædictam ſcripturam reddere Depoſitarijs.

Archiuiũ Conuentus.

3. Qui

3. Qui verò contra hanc formam & ordinem ſcripturam aliquam ex Depoſito, vel Archiuio alicuius Cõuentus extrahere preſumpſerit, vel exrrahi fecerit, vel extractam infra terminum ſibi à Priore aſſignatum dictam Scripturam Depoſitarijs non reſtituerit, quia tam vtilem & neceſſariam Conſtitutionem infringere auſus fuit, ex nunc prout ex tunc, trina canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis, (licèt inuiti) eum Excommunicationis vinculo innodamus: à qua abſque prędictę Scripturæ reſtitutione abſolui minimè poſſit, qua tamen reſtituta à Priore loci abſoluatur: eadem verò pœna plectantur Prior, & Procurator, qui Scripturas nouas, vel antiquas in Conuentus vtilitaté confectas, & ex Archiuio extractas, vltra vigintiquatuor horarum ſpatium penes ſe retinuerint, quas proinde teneantur tradere Depoſitarijs in Archiuio reſeruandas: Prior autem à nullo niſi à Prouinciali abſolui poſſit. *Pœna extrahentiũ ſcripturam ex Depoſito.* *Excommunicatio.*

4. Eorum etiam officium eſt ſollicitare, vt fiat Inuentarium bonorum immobilium, & quorumcumque iurium ad Conuentum pertinentium, quod vulgò, *Campio*, dicitur: & ſi poſſibile fuerit, fiat in forma probante, deque eo exemplum authenticum fiat duplicatum, vt alterum in propria domo remaneat, alterum verò in Archiuio Prouin- *De Inuentario bonorum.* *Archiuium Prouincię.*

uinciæ; quod in Conuentu Curiæ, vel inſigniori, ſeu principaliori domo Prouinciȩ eſſe debet, reponatur: huius Archiuij Prouinciȩ curam habebit aliquis Frater fidelis & grauis, cui Prior Prouincialis iniunxerit.

5. Debent eſſe prȩſentes quando aliquid in Conuentu venditur, & pretium recipere, & in Depoſitum deferre, & quãcumq; aliam pecuniam ab exactoribus exactam fideliter cum Priore ſub dictis tribus clauibus diuerſis cuſtodire.

Quando aliquid venditur, adſint Depoſitarij.

6. Duos habebunt libros in quorum vno ſcribent introitum, in alio exitum, ſiue acceptum & datum: qui libri, niſi quando in eis ſcribere, vel per eos in eodem Depoſito, & non aliàs computa facere neceſſe fuerit, ſemper ſub tribus clauibus cuſtodiantur, nec alicui particulari vnquàm tradantur, ſub pœna depoſitionis ab Officio.

Habeant libros introitus, & exitus.

7. Priori, & iſtis duobus Depoſitarijs reddent rationem dati & accepti adminùs ſingulis menſibus, Sacriſta & Procurator coram Deputatis; Prior verò & Depoſitarij coram dictis Deputatis, ac Sacriſta & Procuratore reddent rationem Priori Prouinciali, & Viſitatoribus tempore Viſitationis; quando verò Sacriſta & Procurator rationes ſuas reddunt, quidquid reſidui pecuniæ fuerit, in Depoſito relinquatur, ſub pœna inhabilitatis ad quodcumque Officium per ſexennium.

De Computo mẽſtruo.

8. Cùm

8. Cùm autem Prior ad Capitulum prouinciale ire vult, auditis rationibus omnium Officialium Conuentus, & ſcriptis, ſeu notatis notandis in vtroque libro, ſcilicet accepti & dati, manu propria fidem faciat in vtroque, vſque in illam diem nihil acceptum, vel datum fuiſſe, quod in libris non ſit notatum. De computo à Priore reddendo.

9. Depoſita aliqua cuiuſcumque extraneæ perſonæ nullus recipere, vel ſeruare præſumat, niſi de conſenſu Prioris & Patrum conſilij: & ſi aliqua hoc modo recipienda fuerint, inquiratur primò de perſona deponente, & videatur exactiſſimè quid deponat, ne fraus aliqua committatur: & poſtquàm hoc modo recepta fuerint, cum inuentario ſeruentur in Depoſito Conuentus, nec ea Prior ipſe, nec Conuentus ſub prętextu, vel occaſione aliqua obligare alicui, vel ex eis aliquid expendere præſumat, nec Depoſitarij teneantur ſuper hoc obedire Priori, nec ei vllo modo aſſenſum præbeant: ſi verò depoſita fuerint magni valoris, niſi de licentia Prioris Prouincialis nullatenus recipiantur. Vetatur Depoſitum exterorũ.

CA-

CAPVT XXIII.

De Officio Deputatorum.

Qualitates Deputatorum.

1. DEputati Conuentus debent eſſe (quòad fieri poſſit) viri authoritatis competentis, experti, amatores boni, in ſenſu ſuo non nimis abundantes, & qui ſpiritum Dei habere credantur.

Eorumdẽ Officium.

2. Ad horum Officium pertinet cum Priore, Suppriore, Sacriſta, & Procuratore, atque cum Graduatis à Prouincia admiſſis, & quocumque alio Patre, qui in Capitulo prouinciali vocem habuerit, ſeu eiuſdem Conuentus Prior aliquando extiterit, dummodò propter ſuam malam adminiſtrationem non fuerit priuatus, niſi poſteà eiuſdem Conuentus adminiſtratione laudabiliter functus fuerit, & cum alijs Fratribus vocem habentibus diſponere, ordinare, & determinare de bonis Conuentus acquiſitis & acquirendis, mobilibus & immobilibus, quidquid omnes Fratres ſimul diſponere, & determinare de iure poſſent, & valerent, volentes quòd ſufficiat, vt iſti prædicti Patres in conficiendis Scripturis tantummodò ſcribant.

Nihil alienare poſſunt.

3. Non poterunt tamen bona immobilia, in quibus vel ad quę ius habuerit Conuen-

uentus, vendere, commutare, impignorare, infeudare, vel in emphyteoſim, ſiue affictum vltra nouem annos dare, aut alicuius alienationis titulo obligare, abſque Prioris Prouincialis licentia † in ſcriptis habita, quam ipſe dare non debet, niſi ob euidentem Conuentus vtilitatem, vel ob aliquam ineuitabilem & vrgentiſſimam neceſſitatem: non poterunt etiam alicui concedere Cappellam in Conuentu abſque licentia Prioris Prouincialis & Diffinitorum in ſcriptis habita: nec etiam poterunt ipſi ſoli Nouitios recipere, nec receptos ad Profeſſionem admittere, nec in promouendos ad Sacros Ordines conſentire, nec Depoſitarios, aut Diſcretum qui ad Capitulum prouinciale vadat, vel Vicarium, ſi tunc Conuentus Suppriorem non habuerit, eligere: quæ omnia & ſingula, recipere ſcilicet Nouitios, & quæ ſequuntur, non ad eos ſolùm, ſed ad omnes Fratres Vocales Conuentus pertinere volumus, ac decernimus.

Prior inconſultis Deputatis magna nō aggrediatur.

4. Sine Patrum prædictorum conſilio Prior conuentualis rem aliquam magni momenti aggredi non audebit, ſcriptum eſt enim: *Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis*; nec poterit eis incōſultis pinguem aliquam eleemoſynam facere: quare in principio ſui biennij ab eis inquirat, quantum ſibi licebit eleemoſynę pro Eccl. 32. 24

qualibet vice elargiri, & limites ſibi conſtitutos non tranſgredietur.

Modus ſeruandus in conſilijs.

5. Volumus autem quòd iſti prædicti Patres in ſuis concilijs per ballotulas de panno conſutas, ſuffragia ferant in illis negotijs, quę decidi poſſunt per: *Ita*, *& non*; vel: *Volo*, *& nolo*; priùs tamen viua voce rationibus, commoditatibus, vel incommoditatibus hinc inde diſcuſſis, itaut omnes in claram notitiā negotij propoſiti veniant, nemo autem vel ſuam, vel alterius contentioſè præſumat defendere ſententiam, ne bonum(quod abſit)conſilium in diſcordiam & contentionem vertatur.

Super rebus grauioribus bis fiat congregatio.

6. Super rebus autem magni momenti duobus diebus adminùs congregentur Patres prædicti, & ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè in prima Congregatione concluſum fuerit, ſecunda expectetur, & ſi in illa decretum fuerit idem quod in prima, exequutioni mandetur; ſin minùs tertia omninò fiat, & non vltra procedatur: Prior autem qui hunc ordinem ſeruandum noncurauerit, ab officio per Prouincialem ſuſpendatur.

Locus conſilij ſit ſecretus.

7. Quando huiuſmodi Congregatio fieri debet, fiat in aliquo loco ſecreto ad id deputato, ſi fieri poſſit, & qui maior fuerit, dicat: *Adiutorium noſtrum &c.* in principio: poſteà ſedeant ordinatè, & ipſe Pręſidens

ſidens proponat quę fuerint proponenda & decidenda: iunior omnium, vel cui Præſidens iniunxerit, ſcribat fideliter in libro ad hoc deputato quidquid concluſum fuerit, & ſinguli antequàm Congregatio ſoluatur ſubſcribant: in quo etiam libro fideliter regiſtrabuntur quæcumque litteræ nomine Conuentus alicui noſtri Ordinis Prælato miſſæ fuerint, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Graſſæ celebrato Anno Domini 1335. in fine verò dicat Prior, vel qui præeſt: *Adiutorium noſtrum &c.*

Determinatis ſubſcribi debent.

8. Declaramūs autem, quòd Prior Prouincialis in prædictis Concilijs ſiue Congregationibus, ſi voluerit, poterit præeſſe, & vocem habere, cùm ſit Prior omnium Conuentuum; non tamen Fratres tenebuntur eum ad huiuſmodi Concilia vocare, etiam ſi ſit in Conuentu.

Prouincialis vocem habet in conſilijs.

9. Si omnes PP. Conſilij in Conuentu adſint, vel ad eum illa die fuerint reuerſuri, Prior non poterit aliquid determinare niſi omnibus vocatis & congregatis, exceptis grauiter infirmantibus: ſi verò aliquis eorū eadem die reuerti non debet, (non tamen multùm debeat immorari) ſi negotium dilationem patiatur, omninò expectetur: quod ſi differri minimè conueniat, vel ille diutiùs immorari debeat, poterit Capitulum Patrum Conſilij congregari, niſi tamen,

In abſentia aliquorum res graues non tractētur.

media pars eorum quacumque ex cauſa abeſſet, tunc namque dictum Capitulum congregari nolumus: quarè aduertat Prior, ne Patres Conſilij foras mittat, quando aliquid de eorumdem conſilio decidi oportuerit.

NOTÆ IN CAPVT XXIII.

† *Quòad bonorum Conuentus venditionem, commutationem &c. ſeruandæ ſunt conditiones poſitę in Conſtit.* 1. *Greg. XIII.* Dum ad vberes: 5. *Semptembris* 1572. *in Bullario Ordinis, videlicet: prima quòd fiat pro vtilitate vel commoditate Conuentuum; Secunda quòd conſenſus duarum partium ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium Conuentus interueniat; Tertia quòd loco conſenſus Sedis Apoſtolicæ, Generalis pro tempore, diligenter examinata vtilitate Conuentus, approbationē & ratificationem impartiatur; Vbi talis ordo non fuerit ſeruatus, venditio, commutatio &c. nec non contractus aliter facti, nulli & inualidi exiſtant; & donec Generalis non ratificauerit, poſſeſſio remaneat penes ipſos Fratres ſeu Moniales.*

Nunc verò ſeruanda quoque eſt forma Decreti Sac. Congregationis Concilij, de rebus Regularium non alienandis &c. (præterquàm in caſibus à Iure permiſſis) abſque ipſius Congre-

gre-

gregationis Concilij licentia in ſcriptis obtenta, ſub pœnis in illa contentis. Sacra Congretio &c. 7. *Septembris* 1624. *Quę quidem licentia non ſolùm gratis conceditur, ſed nobis propter citatum Breue Gregorij XIII. pro eiuſdem licentiæ exequutione Decretum per quoſcumque exequutores gratis vbique concedendum eſt; prout eadem Sac. Congregatio inſuper ſtatuit, & declarauit.*

CAPVT XXIV.

De electione & Officio Diſcreti, & quomodo eligatur Vicarius domus, cùm ad prouinciale Capitulum itur.

1. IN Conuentibus, qui Suppriorem habent, vel habere poſſunt, pro * Diſcreto, qui cum Priore ad Capitulum prouinciale ire debeat, eligetur ab omnibus Vocalibus Frater aliquis, qui ſit Sacerdos, & de eiuſdem Conuentus Familia adminus ab anno vel circa, & qui habeat adminus vigintiquinque ætatis, & decem Religionis annos; eligetur autem hoc modo, videlicet.

* Vbi inualuit vſus non eligendi Diſcretum, ſeruetur conſuetudo.

Ætas Diſcreti.

2. Octo diebus antequàm Prior à Conuentu recedat ad Capitulum prouinciale iturus, vocatis omnibus Fratribus de Conuentu, inuocetur Spiritus Sancti gratia genibus flexis cum Hymno *Veni Creator* &c.

Modus electionis eiuſdem.

 & Ora-

Digitized by Google

& Orationibus Sancti Spiritus, B. Virginis Marię, ac S.P.N. Auguſtini: deinde, egreſſis vocem non habentibus, eligantur viua voce duo Scrutatores, & vbi omnes Electores votum ſuum in ſcriptis dederint, & in buſſula poſuerint, accedant Scrutatores cum Seniore Patrum Conſilij, (excepto Priore) qui ſuffragia calculabunt, & facto ſcrutinio, primus Scrutatorum de conſenſu omnium eum qui plures voces habuerit coram omnibus publicet, & Diſcretum eligat, ſic dicendo: *Ego N. nomine meo, & nomine omnium ad quos pertinet præſens Diſcreti electio, eligo Patrem N. de N. in Diſcretum huius Conuentus N.*

Publicatio Electionis.

3. Eodem quoque modo eligetur Vicarius, ſi Conuentus Suppriorem non habuerit, ſi verò in Conuentu aliquo non fuerint tres adminus Electores, Prior Prouincialis de Vicario prouidebit: tunc Prior Diſcretū ad ſe vocatum cōfirmabit ſic, dicendo, *Et ego N. Prior huius Conuentus N. confirmo te in Diſcretum eiuſdem Conuentus, dans tibi omnem authoritatem & poteſtatem, quam cæteri Diſcreti eiuſdem Conuentus habere conſueuerunt: In nomine Patris &c.* Eodem etiam modo confirmabitur Vicarius, ſi fuerit electus: poſteà Prior dicat alta voce: *Siquis veſtrum ſit, qui ſpiritu Dei ductus intelligat aliquid eſſe proponendum Patribus Diffinitorij Capi-*

Electio Vicarij.

Confirmatio Diſcreti.

Admonitio Prioris.

Capituli prouincialis huius noſtræ Prouinciæ proximè celebrandi pro maiori reformatione, ſiue vtilitate ſpirituali, vel temporali totius Prouinciæ, vel huius Conuentus, illud in ſcriptis per ſe, vel per alium in hoc primo triduo mihi conſignabit.

4. Monemus autem omnes & ſingulos, vt Dei & Religionis honore ante oculos propoſito, monitis huiuſmodi obedire procurent. Quæcumque verò dicta, vel in ſcriptis Priori data fuerint, conferet ipſe cum Patribus Conſilij, an ſint proponenda Conuentui, nec ne? & poſt tres dies tranſactos Capitulum congregabit, & Vocalibus proponet, ſi quæ proponenda fuerint, ſuper quibus vniuſcuiuſque ſententiam & conſenſum exquirat, & ea in quibus maior pars conſenſerit, notari faciat: deinde litteræ ad Diffinitorium Capituli prouincialis per Diſcretum mittendæ, ſic formentur. Quę ſint petenda.

5. *Adm. RR. Patres. Nos Prior, & Fratres huius Conuentus N. Ord. Erem. S. Auguſtini Prouinciæ N. notum facimus Paternitatibus Veſtris, quatenus Pater Frater N. iuxta Ordinis Statuta per eos ad quos pertinebat electio Diſcreti, electus fuit in Diſcretum eiuſdem Conuentus tali die, talis menſis huius anni N., cui quidem authoritatem & poteſtatem damus, quam cæteri Diſcreti eiuſdem Conuentus habere conſueuerunt in Capitulis prouincia-* Formula litterarum Diſcreti.

libus huius Prouinciæ:proponere verò, vel procurare nomine iſtius Conuentus coram PP. VV. nihil poterit, pręter ea quæ ſequuntur, videlicet pro reformatione, vel vtilitate vniuerſæ Prouinciæ, ſi PP. VV. viſum fuerit, quòd &c. Quod verò attinet ad Conuentum iſtum in particulari, tamquàm legitimus & ſufficiens Procurator noſtrum omnium nomine ea quæ ſequuntur efficaciter, & de facto procurabit, cui gratam audientiam præſtare, & poſtulata concedere pro ſua benignitate dignentur, ea autem ſunt, videlicet &c. Siquid autem præter hæc, quæ dicta ſunt, nomine iſtius Conuentus poſtulauerit, ne eius poſtulationi quouis modo ſatisfiat humiliter ſupplicamus PP. VV., quibus nos & iſtum locum intimè in Domino commendamus. Si autem nihil velint petere, alijs omiſſis dicatur: *Siquid autem nomine iſtius Conuentus &c.* Poſteà Prior & Vocales ſinguli ſubſcribant, & litteræ claudantur, ac Sigillo Conuentus muniantur: Supraſcriptio verò ſic habeat. *Admodum RR. in Chriſto PP. Præſidenti, & Diffinitoribus Capituli prouincialis Prouinciæ N. Ordinis FF. Eremit. S. Auguſtini in Conuentu N. proximè celebrandi.* Quæ litteræ Diſcreto tradantur, pręter quas alias portabit, quæ fidem faciant, quòd ritè ſit electus in Diſcretum illius Conuentus, in quibus ſufficit quòd Supprior & Deputati ſubſcribant, quas litteras

Iu-

Iudicibus cauſarum præſentabit, vt ſuperiùs dictum eſt. 3. par. c. 9. §. 3. n. 1.

6. Antequàm à Conuentu recedat, litteras ſtatus Conuentus, continentes ſcilicet ſummam introituum, & expenſarum, ſiue accepti, & dati totius biennij, atque omnium debitorum, & creditorum, frumenti etiam, vini, & olei, & omnium prouiſionum in Conuentu remanentium, continentes quoque multiplicationem, vel diminutionem redditu um, vtilitatum, ſiue meliorationum, ædificiorum etiam, atque paramentorum per Depoſitarios, & duos primos PP. Deputatos confici faciat, quæ coram omnibus in Capitulo legantur, ac poſtea omnes Patres conſilij ibidem ſubſcribant, quas litteras † Patribus Diffinitorij præſentabit, vt de familia prouidenda meliùs poſſint iudicare, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1292. in quo Capitulo electus fuit in Generalem B. Doctor Ægidius Romanus. Diſcretus ſtatū Conuentus ferre debet.

NOTÆ IN CAPVT XXIV.

† *In Prouincijs vbi non eſt in vſu eligere Diſcretos, qui in Capitulis prouincialibus vocem habeant, Priores portare debent litteras ſtatus ſuorum Conuentuum, ac petitio-*

tionum Fratrum, ſi quæ fuerint factæ, pro maiori bono ſpirituali vel temporali Prouinciæ, vel Conuentus, & illas præſentare Patribus Diffinitorij; necnon omnia alia facere in Capitulo prouinciali, quæ per Diſcretos fieri deberent, ſi adeſſent.

CAPVT XXV.

De ordine Præcedentiarum.

Ordo precedentiarũ extra Capitulum prouinciale.

1. PRecedentias verò Patrum extra Capitulum prouinciale hoc ordine viſum eſt conſtituere, videlicet. In quolibet Conuentu primò ſedeat Prior Prouincialis in ſua Prouincia cum effectu exiſtens †[a] deinde Exaſſiſtens ſi adſit, poſteà Prior localis, mox Diffinitores, ſuccedant Viſitatores, ſequantur Magiſtri Sac. Theologiæ †[b] per Prouinciam acceptati, ac mox qui Prouincialatus munere aliquando in eadem Prouincia functi fuerunt, poſteà Priores aliorum Conuentuum ſi adfuerint, deinde Preſentati, †[c] ſiue Licentiati ad Magiſterium, poſteà Bacalaurei ſimiliter acceptati, deinde Supprior Conuentus, mox Socius Prioris Prouincialis à Diffinitorio aſſignatus, extunc alij Graduati à Prouincia admiſſi, demum Fratres alij, & omnes inter ſe obſeruent

uent ordinem debitum, & in illis partibus conſuetum.

2. Declaramus autem, quòd extra tempus Capituli inter Priores Conuentuum, ſi non ſint in propria reſidentia, non debeat ſeruari ordo Conuentuum, ſed præeminentia perſonarum. Item quòd Suppriores Conuentuum in Conuentibus alienis locum teneant ſuæ Profeſſionis.

NOTÆ IN CAPVT XXV.

†[a] *In Comitijs generalibus Recineti habitis 1602. decretum fuit, & vſu receptum pro Italia, quòd Priores Prouinciales præcedant omnibus etiam Prioribus localibus Conuentuum generalium, excepto Choro, & menſa communi, vbi præcedat Prior localis, ad quem Fratrum cura, & rerum moderatio attinet.*

†[b] *In Capitulis generalibus Romæ celebratis Anno 1679., & 1685. declaratum fuit, quòd Magiſtri Sac. Theologiæ etiamſi hoſpites & alienigenæ vbicumque degant, eadem fruantur præcedentia, quæ ſecundùm gradus antiquitatem ipſis competit; dummodò de eorumdem promotione, & receptione legitimè conſtet. Quæ declaratio fuit extenſa etiam ad cęteros Graduatos reſpectiuè.*

†[c] *In*

†c *In Capitulo generali Romæ celebrato 1685, abrogatæ, & annullatæ fuerunt omnes Præſentaturæ ex Gratia in quibuſcumque Prouincijs Ordinis, ſiue cum Voto, ſiue ſine Voto. & prohibitum fuit, ne impoſterùm à Reuerendiſſimis PP. Generalibus concedantur.*

Digitized by Google

QVARTA PARS

DE CVRA, AC REGIMINE MONIALIVM, ET MANTELLATARVM NOSTRI SAC. ORDINIS.

CAPVT I.

De recipiendis ad habitum Monialium, ſiue Mantellatarum.

1. VT ingreſſus ad Religionem non omnibus indifferenter, ſed vt decet probatis dumtaxat, ac illis de quibus bona ſpes probabiliter haberi poteſt, pateat; omnibus & ſingulis Prioribus localibus, & Prioriſſis, & eorum ſubditis, in virtute Sanctę Obedientię præcipimus, ne aliquam perſonam ad habitum Monialium, vel Mantellatarum admittant abſque Prouincialis illius Prouinciæ expreſſa licentia: & quandocumque habitus Monialium, aut Mantellatarum alicui perſonę cum huiuſmodi licentia dabitur, id in Eccleſia ante Altare coram Fratribus, vel Monialibus reſpectiuè publi-

Præceptū.

Nulla recipiatur ſine licentia Prouincialis.

publicè & ſolemniter fieri mandamus. Hoc idem quando imponitur corrigia obſeruari cupimus, niſi aliqua rationabilis cauſa aliter faciendum ſuaderet.

2. Nolumus autem, vt Puella aliqua ante duodecimum ętatis annum completum habitu Religionis induatur, nec ea de cauſa in Capitulo acceptetur, nec etiam ſolemnem Profeſſionem emittat ante decimum ſextum ętatis annum expletum. Quòd ſi Puella, quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, non antè eum ſuſcipiat: nec posteà ipſa, vel alia Profeſſionem emittat quàm explorauerit Epiſcopus, vel eius Vicarius, aut aliquis, eorum ſumptibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter; an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat? cuius etiam Profeſſionis tempus, ne Epiſcopus ignoret, teneatur Prioriſſa eum ante menſem certiorem facere, ſub pœna ei impoſita à Sacroſancta Tridentina Synodo ſeſſ. 25. cap. 17.

Ætas Puellarum.

3. Mantellatæ autem mulieres ad habitum non recipiantur, niſi fuerint bonę famę, & probatæ virtutis, atque quadraginta annorum ętatem adminus habuerint, nec ante trigeſimum quintum Prouincialis, vel etiam Reuerendiſſimus P. Generalis ſuper hoc diſpenſandi habeant authoritatem † Corrigię verò noſtræ non concedantur niſi perſonis

Ætas Mantellatarum

notis

notis, & honeſtis, & eiuſmodi qualitatis, ne Ordo propter eas veniat in contemptum.

4. De Profeſſione verò Mantellatarum vtriuſque ſexus perſonarum confici publica Inſtrumenta per manum Notarij volumus; ipſarum etiam Mantellatarum vtriuſque ſexus perſonarum ſpecialem curam (niſi Reuerendiſſimus P. Generalis aliter diſponendum duxerit) Priori loci propinquioris committimus, cum poteſtate ſubſtituendi eis vnum de Confeſſoribus ſuæ familię pro tẽpore deputatis, cum authoritate quam iuxta Apoſtolica Indulta, & noſtri Sac. Ordinis inſtituta habere noſcitur ſuper Fratres ſuos. *Mantellatę Priori viciniori ſubſunt.*

5. Corrigiatis verò noſtri Ordinis perſonis nullus Frater alia Sacramenta Eccleſię, ſine Sacerdotis earum parochialis licentia miniſtrare præſumat, præter ea quæ quibuſcumque ſæcularibus à noſtris Fratribus miniſtrari conſueuere, eò quòd Sanctiſſimus Dominus N. Leo Papa X. Indulgentijs dumtaxat, & non alio exemptionis priuilegio huiuſmodi corrigiatas perſonas gaudere per ſuas Apoſtolicas litteras declarauerit. *De corrigiatis.*

NOTÆ IN CAPVT I.

† *Super ſtatu Mulierum Tertij Ordinis in priuatis domibus degentium, illarumque ad habitum admiſſione, videndum eſt Decretum Sac.*

Sac. Congregationis Cardinalium Conc. Trident. interpretum. Sacra Congregatio &c. 10. *Decembr. 1616.*

CAPVT II.

De electione Priorisse, & aliarum Officialium.

1. AD tollendum, vt decet, omnem perpetuitatis ſuſpicionem, quæ forſan poſſet in ſexu fragili faciliùs ſuboriri, ſtatuimus & ordinamus, ne officia Priorißarum plus durent, quàm officia Priorum in ipſa Prouincia durare conſueuerunt. Quare omninò inuiolabiliter obſeruari mandamus, vt tam in electione quàm in confirmatione Priorißarum, ſiue Abbatißarum, tam Monialium, quàm etiam Mantellatarum in Congregatione manentium, hæc forma ſeruetur, videlicet.

Tempus durationis Priorisſę.

2. Prior Prouincialis in ſua viſitatione, vel alius cui ipſe vices ſuas in hac parte cõmiſerit, mentemque ſuam declarauerit, volens prouidere de noua Priorißa, ſiue Abbatißa, proponat tres Moniales eiuſdem Monaſterij graues, religioſas, ac Ordinis zelatrices, quarum quælibet iuxta Sacroſanctę Tridentinæ Synodi Decreta non ſit minor quadraginta annis, & quæ octo annis poſt expreſſam Profeßionem laudabiliter vixerit; Quòd

Forma electionis.

Seſſ. 25. cap. 7.

Quod ſi his qualitatibus non reperiantur in eodẽ Monaſterio, ex alio eiuſdẽ Prouinciæ poterit eas nominare; Si tamen hoc Prouinciali, vel ei qui eius nomine & vice electioni præeſt, incommodum videatur, ex ijs quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum excefferint, & quinque ſaltem annis poſt Profeſſionem rectè vixerint, de conſenſu Reuerendiſſimi P. Generalis, & non aliter nominentur; ex quibus vnam eligere canonicè per ſchedulas teneantur Moniales dicti Monaſterij vocem actiuam habentes, ſeruata forma Tridentini Concilij, ac noſtrarum Conſtitutionum.

3. Facta verò electione modo ſupradicto, ille qui præeſt electioni congregatis Monialibus alta voce dicat: *In nomine Domini noſtri Ieſu Christi benedicti. Amen. Anno eiuſdem &c. die &c. talis menſis. Ego N. pronuncio, & declaro Venerabilẽ in Christo Sororem N. electam fuiſſe in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam huius Monaſterij Sancti, vel Sanctæ N.*, & ſtatim tradet ei Sigillum Conuentus, & eam confirmabit, prout ſolent Priores Conuentuum confirmari; ſimiliter in Collegio Mantellatarum ſuo modo fiat; ſic etiã eligetur Supprioriſſa; de alijs verò Officialibus, & Diſcretis Conuentus, prout ſecundùm Deum ſuæ Diſcretioni videbitur, de conſilio tamen Prioriſſæ & Confeſſoris,

Publicatio electionis.

3. par. cap. 11. n. 3.

Prior Prouincialis prouidebit, quoties opus fuerit. Suffragia numerare debent Prior Prouincialis, vel qui pręeſt electioni, & Confeſſor Monialium, atque Socius eiuſdem Prioris Prouincialis.

CAPVT III.

De clauſura Monialium Ordinis noſtri.

1. VT Clauſura in omnibus noſtri Ordinis Monialium Monaſterijs omni veneratione, vt decet, ſeruetur, omnibus & ſingulis Prioriſſis eorumdem Monaſteriorum nobis commiſſorum in virtute Spiritus Sancti, & ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ, quam trina canonica monitione præmiſſa ex nunc, prout ex tunc in his ſcriptis (licèt inuiti) ferimus, præcipimus, & mandamus, vt neminem cuiuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, intra ſepta Monaſterij intromittant, vel ingredi permittant ſine licentia Reuerendiſſimi P. Generalis, vel Venerabilis Prioris Prouincialis in ſcriptis obtenta, & ſolùm in caſibus neceſſarijs & vrgentibus concedenda: quòd ſi contrafecerint, Officio priuentur: Si quæ verò de Monialibus ſubditis ad id conſilium, auxilium, vel fauorem quouis modo præſtiterint, ſint ipſo facto voce

Præceptũ, cũ Excom.

ce

ce actiua & paſſiua per biennium priuatæ,& quinque vicibus alternatis diebus in medio Refectorij coram toto Conuentu in pane & aqua ieiunent ſine aliqua diſpenſatione.

2. Prohibemus inſuper, quin potiùs iure cautum eſſe declaramus, ne aliqua Monialis, vel Mantellata Monaſteriorum prædictorum tacitè, vel expreſsè profeſſa cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, ac pręeminentiæ exiſtat, etiamſi Regia proſapia ſit orta, Monaſterij clauſuram exire præſumat, quacumque occaſione, etiam infirmitatis pretextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ: quę tamen infirmitas iuxta Conſtitutionem fel. record. Pij V. Pont. Max. pręter Reuerendiſſimum P. Generalem, vel Venerabilem Priorem Prouincialem, etiam per Illuſtriſſimum Epiſcopum, ſeu alium loci Ordinarium cognita, & expreſsè in ſcriptis approbata ſit; ſed nec in prædictis caſibus extra ſua Monaſteria, niſi ad tempus ſtare eis liceat; aliter autem, quàm vt præfertur, egredientes, ſeu Pręlati, vel Prælatę noſtri Ordinis licentiam egrediendi, quomodocumque concedentes, Excommunicationis maioris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque aliqua declaratione ſe ſubiacere ſciant, à quo pręterquàm à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) ab-

Prohibitio egreſſus à Conuentu.

Excommunicatio.

ſolui non poterunt. Inſuper tam egreſſas, quàm Superiores eis licentiam concedentes, dignitatibus, officijs, & adminiſtrationibus per eos, & per eas tunc obtentis priuat, & illos, ac illas ad obtenta, & impoſterùm obtinenda inhabiles declarat ſupradicta Papalis Conſtitutio.

Præceptũ, & Excommun.

Contra ingredientes Monaſteria

3. Vniuerſos autem ac ſingulos noſtri Ordinis Fratres tam ſubditos quàm Superiores, præſentes, ac futuros, primò, ſecundò, & tertiò requirimus ac monemus, eiſdemque in virtute ſanctæ Obedientię, & ſub Excommunicationis pœna, quam trina canonica monitione pręmiſſa in his ſcriptis (licèt inuiti) ferimus, & quam eo ipſo contrafacientes incurrant, à qua nonniſi à Reuerendiſſimo Patre, ſi in Italia fuerint, ſi verò extra Italiam, à ſuo Priore Prouinciali abſolui poſſint, addita pœnitentia ieiunij trium dierũ in pane & aqua in medio Refectorij infra quindecim dies explenda, diſtrictè pręcipimus, & mãdamus, ne aliquis Frater noſtri Ordinis Monaſteria Monialiũ, vel collegiales domos Mantellatarũ collegialiter viuentiũ noſtri Ordinis vllo modo ingrediatur, exceptis tamen Confeſſoribus ipſarum, qui ſimul cum ſocio à Priore deputato, dicta Monaſteria reſpectiuè pro Sacramentis miniſtrandis grauiter infirmantibus; & pro ſepeliendis etiam cadaueribus, ac funerali-

alibus iuxta loci conſuetudinem cele-
ndis, & non aliter ingredi poſſint.

4. Cùm etiam à Priore Prouinciali, vel
itatoribus Monaſteria Monialium, vel
legia Mantellatarum noſtri Ordinis de
re viſitantur, ad feneſtellam Confeſſorij
nes Moniales, vel Mantellatas ſigillatim,
pus eſt, ipſi audiant; deinde ad feneſtram
gnam duabus ferreis cratibus, vel vna
tùm, ferreas tamen, denſaſque & benè
minatas virgulas habente munitam, tela
nen amota, culpas ipſarum capitulariter
ngregatarum, vbi audiri, & videri poſ-
t, de more audiant: & eis ſalutarem pœ-
entiam iniungant; diſciplinam tamen
n imponant ipſi, ſed imponendam poſteà
iorißę committant.

De modo viſitandi Moniales.

5. Hunc eumdem modum ſeruari volu-
us in electionibus faciendis, & in alijs
ibuſcumque ipſis Monialibus proponen-
; quoniam longè honeſtiùs, ac modeſtiùs
iuſmodi fieri poſſunt, abſque eo quòd
ior Prouincialis, Viſitatores, aut Prior
alis, ſiue Monialium Confeſſor clauſu-
n ipſarum tunc ingrediantur. Per hocta-
en non intendimus prohibere, quin Prior
ouincialis, ſeu Viſitatores antequàm fa-
ant Capitulum de culpis cum ſocijs hone-
s & grauibus noſtri Ordinis profeſſis, ſe-
el Monaſterium ingrediantur ad id viſi-

Prouincialis ſemel Monaſterium ingredi poteſt.

tandum & cognoſcendum.

Modus ſeruandus in ingreſſu Monaſterij

6. Quicumque verò quauis ex cauſis, prædictis, vel quibuſuis alijs Monaſteria, vel collegiales domos præfatas ingreſſi fuerint volumus, vt cum omnibus Monialibus, ac Mantellatis huiuſmodi ipſi ſilentium ſeruent, Abbatiſſa, vel Prioriſſa loci, & eius Supprioriſſa, ac duabus, vel tribus alijs venerandæ grauitatis Sororibus per Abbatiſſam, vel Prioriſſam deputandis, exceptis, quæ ipſos Patres aſſociabunt, cum quibus de occurrentibus cum omni modeſtia & grauitate loqui licebit, cæteris Monialibus ſine Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ licentia ad eos accedere, aut cum eis loqui non præſumentibus, niſi à Prouinciali, vel Viſitatoribus ſpecialiter vocatæ fuerint. Quando verò Confeſſori Monialium Monaſterium ingredi neceſſe fuerit, ipſum ſimili modo aſſociabunt Supprioriſſa & vna ex portarijs, cum duabus ex Diſcretis Conuentus. Diſcretas autem Conuentus vocamus eas Moniales, quæ cum Prioriſſa, & Officialibus negotia Conuentus tractare debent, eo modo quo ſolent in Conuentibus Fratrum Deputati illa tractare.

CA-

CAPVT IV.

Quomodo Moniales in locutorijs ſe debeant habere.

VT autem Monialium ſaluti, & bonę famę cum Dei adiutorio conſulamus, omnes & quaſcumque Prioriſſas, ſeu Abbatiſſas Ordinis noſtri hortamur, & in Domino monemus, ne alicui ex Monialibus ſuis licentiam concedant loquendi cum Fratre aliquo, ſiue noſtræ, ſiue alterius Religionis † nec cum aliquo ſæculari, niſi ei ſit conſanguinitate vel affinitate maximè coniunctus: Monialis verò quæ ſine prædicta licentia aliquem extraneum alloquuta fuerit, infra octo dies ter in terra comedat in medio Refectorij, treſque ei imponantur à Prioriſſa diſciplinæ: eamdem pœnam ſubeat Portaria, quę illam in locutorium introduxerit, vel eò accedere permiſerit, ac propterea Officio priuetur. Licentia ad loquendum neceſſaria.

2. Quando verò alicui Moniali licentia data fuerit accedendi ad locutorium, loqui cum aliquo non poſſit, niſi ipſa Prioriſſa, aut altera venerandæ grauitatis Sorore, per ipſam Prioriſſam ad hoc ſpecialiter deputanda, ſemper præſente, audiente, & intelligente omnia quæ ibi dicentur; ac ſtan- Auditrix ſit præſens.

tibus ſemper & continuè clauſis telis nigris, ſiue feneſtris Collocutorij, itaut mutuò poſſint audiri, ſed non videri: Monialis verò quæ ſine ſpeciali licentia Prioriſſę (quam niſi valdè rationabili cauſa interueniente, dare non debet) feneſtram locutorij, ſiue vt vulgò dicitur, ralum aperuerit, aut telam amouerit, pro qualibet vice infra octo dies in medio Refectorij ſuper nudam terram ſedens, pane & aqua tribus diebus reficiatur abſque vlla diſpenſatione.

3. Volumus etiam ne vlla Monialis poſſit litteram aliquam ſcribere extra Conuentum abſque licentia Prioriſſæ, quam poſtquàm ſcripſerit, eidem Prioriſſę oſtendere teneatur, priuſquàm eam claudat: Siqua verò Monialis miſerit, vel receperit litteras clauſas, vel apertas, quin eas oſtenderit Prioriſſæ, per annum voce priuetur: teneatur verò Prioriſſa omnes litteras ſibi pręſentatas, mittendas, vel recipiendas de facto legere.

Vetatur litteras ſcribere.

NOTÆ IN CAPVT IV.

† *Quòad acceſſum Religioſorum virorum cuiuſcumque Ordinis ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis, videndum eſt Decretum Sac. Congregationis Regularium de mandato Fœl. recordat. Sixti Papæ V. pro*

Italia

Italia emanatum. Illuſtriſſimi, & Reuerendiſsimi *Nonis Maij 1590. ab eadem Sacra Congregatione innouatum, quadam moderatione addita, de expreſſo ordine & mandato b. m. Vrbani Papæ VIII.* Cum aliàs *Kalendis Decembris 1623.*

CAPVT V.

De audiendis Confeſſionibus Monialium.

1. PRęcipimus & mandamus, ne aliquis Frater noſtri Ordinis, ſiue Pręlatus, ſiue ſubditus cuiuſcumque gradus, vel dignitatis exiſtat, alicuius Monialis noſtri Ordinis Confeſſiones audiat, aut Sacramentum aliquod miniſtret, tametſi eligendi ſibi Confeſsorem, Apoſtolica, & alia quauis authoritate facultatem haberet, exceptis Confeſſoribus Monaſteriorum Monialium noſtri Ordinis per Diffinitorium Prouinciæ deputatis, vel deputandis, contrafacientem autem ab audientia Confeſſionum per triennium ſuſpendimus. Nullus verò Confeſſor Monialium in Capitulo prouinciali ad audientiam eiuſdem Monaſterij pro alio biennio confirmetur, nec ad huiuſmodi Officium aſſumantur Iuuenes, ſed ſenes, & graues ac prudentes.

Confeſſor Monialiū.

Prę-

tibus ſemper & continuè clauſis telis nigris, ſiue feneſtris Collocutorij, itaut mutuò poſſint audiri, ſed non videri: Monialis verò quæ ſine ſpeciali licentia Prioriſſę (quam niſi valdè rationabili cauſa interueniente, dare non debet) feneſtram locutorij, ſiue vt vulgò dicitur, ralum aperuerit, aut telam amouerit, pro qualibet vice infra octo dies in medio Refectorij ſuper nudam terram ſedens, pane & aqua tribus diebus reficiatur abſque vlla diſpenſatione.

3. Volumus etiam ne vlla Monialis poſſit litteram aliquam ſcribere extra Conuentum abſque licentia Prioriſſæ, quam poſtquàm ſcripſerit, eidem Prioriſſę oſtendere teneatur, priuſquàm eam claudat: Siqua verò Monialis miſerit, vel receperit litteras clauſas, vel apertas, quin eas oſtenderit Prioriſſæ, per annum voce priuetur: teneatur verò Prioriſſa omnes litteras ſibi pręſentatas, mittendas, vel recipiendas de facto legere.

Vetatur litteras ſcribere.

NOTÆ IN CAPVT IV.

† *Quòad acceſſum Religioſorum virorum cuiuſcumque Ordinis ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis, videndum eſt Decretum* Sac. *Congregationis Regularium, de mandato Fœl. recordat. Sixti Papæ V. pro Italia*

Italia emanatum. Illuſtriſſimi, & Reuerendiſsimi *Nonis Maij* 1590.*ab eadem Sacra Congregatione innouatum, quadam moderatione addita, de expreſſo ordine & mandato b. m. Vrbani Papæ VIII.* Cum aliàs *Kalendis Decembris* 1623.

CAPVT V.

De audiendis Confeſſionibus Monialium.

1. PRęcipimus & mandamus, ne aliquis Frater noſtri Ordinis, ſiue Prelatus, ſiue ſubditus cuiuſcumque gradus, vel dignitatis exiſtat, alicuius Monialis noſtri Ordinis Confeſſiones audiat, aut Sacramentum aliquod miniſtret, tametſi eligendi ſibi Confeſsorem, Apoſtolica, & alia quauis authoritate facultatem haberet, exceptis Confeſſoribus Monaſteriorum Monialium noſtri Ordinis per Diffinitorium Prouinciæ deputatis, vel deputandis, contrafacientem autem ab audientia Confeſſionum per triennium ſuſpendimus. Nullus verò Confeſſor Monialium in Capitulo prouinciali ad audientiam eiuſdem Monaſterij pro alio biennio confirmetur, nec ad huiuſmodi Officium aſſumantur Iuuenes, ſed ſenes, & graues ac prudentes. Confeſſor Monialiũ.

Prę-

Confeſſor alium ſubſtituere non poteſt.

2. Prædictus Monialium Confeſſor non poſſit alicui committere vices ſuas, ſeu aliquem ad audientiam alicuius Monialis ſubdelegare: cùm autem infirmitate, vel alio quocumque legitimo impedimento fuerit præpeditus, tunc Prior propinquioris loci alium, vel alios ex Confeſſoribus deputatis poterit ſubſtituere, quandiù prędictum impedimentum aderit. Pręter ordinarium autem Confeſſorem, alius extraordinarius à Prouinciali, ſeu Priore Conuentus propinquioris noſtri Ordinis bis, aut ter in anno Monialibus offeratur, qui omnium Confeſſiones audire debeat, iuxta Decretum Concilij Tridentini.

Confeſſor extraordinarius.

Seſſ. 25. cap. 10.

3. Monialium Confeſſor, temporibus ad ipſarum Confeſſiones generaliter deputatis dumtaxat exceptis, aliqua neceſſaria cauſa vrgente, apud Monaſterium ipſarum non ſępè moram trahat, ſed facta earum Communione generali diebus in capitulo de Communione Fratrum determinatis, eadem die ad Conuentum Fratrum reuertatur: nec apud Monaſteria ipſa, vel eorum Eccleſias ſæcularium audiat confeſſiones ſine ſui Prioris licentia ſpeciali: contrafaciens verò à Priore ſuo arguatur, & etiam, ſi ei videbitur, puniatur.

Confeſſor apud Monaſterium non diù cō moretur.

1. par. c. 9.

4. Nolumus etiam quòd ipſe Confeſſor Mo-

Monialium abſque ſui Prouincialis licentia vel commiſſione de rebus, cauſis, iuribus, vel actionibus Monaſteriorum ipſarum vllo modo ſe intromittat, ſed ſimpliciter in foro conſcientiæ eiſdem Sacramenta miniſtret cum omni authoritate, quam Reuerendiſſimus P. Generalis priuilegiorum indultis habet ſuper eas, niſi ipſe ſibi aliqua generaliter, vel ſpecialiter reſeruauerit. In foro autem exteriori non abſoluat ipſas ab aliqua Cenſura, quam publicè contraxiſſent, excepta Excommunicatione pro leui iniectione manuum in aliquam Sororum: ab alijs verò Cenſuris publicè contractis à Priore Prouinciali, vel locali abſoluantur in foro exteriori. De Confeſſore pro Monialibus Prior Prouincialis prouideat quoties opus fuerit.

Preter Cõfeſſionem in nullo ſe ingerat.

5. In omnibus alijs Monaſteria Monialium, quę curæ ac regimini Reuerendiſſimi P. noſtri Generalis ſubiecta fuerint, iuxta Sac. Canones & Apoſtolica indulta, ac reformatas noſtri Sac. Ordinis Conſtitutiones & ordinationes, ac laudabiles ritus, & Capitulorum diffinitiones, cum omni integritate & ſanctimonia regi ac gubernari mandamus; mutatis tamen mutandis, quæ eis iuxta differentiam ſexus minime conueniunt.

De regimine Monialium.

NO-

NOTÆ IN HANC. IV. PARTEM.

Quòad electionem Prioriſſæ, Confeſſionis Monialium inſtitutionem, & alia, videnda est Conſtitutio Gregorij XV. cum explicationibus Sac. Congregationis Concilij Tridentini, & ſeruanda vbi eius exequutio non est iuſſa ſuſpendi.

Digitized by Google

QVINTA PARS

DE FORMA CIRCA STVDIA, STVDENTES, GRADVATOS, AC PRÆDICATORES IN ORDINE NOSTRO SERVANDA.

CAPVT I.

De Differentia Studij generalis, ac prouincialis.

1\. CVM hactenus ea quæ ad ſacrorum cultum ac ceremoniarum obſeruãtiam, quævè ad domeſticos, & commendabiles vſus, & mores, vitæ quam profitemur congruentes, pertinent, ſatis prouiſa, atque ad obſeruantiæ normam, Domino adiuuante, pro noſtra fragilitate redacta eſſe credamus, reliquum eſt, vt ea quoque decernamus, quæ circa Studiorum, ac ſtudioſorum formam neceſſaria eſſe exiſtimantur.

2\. Cùm igitur in Ordine noſtro duo ſint Gymnaſiorum genera, quędam quæ generalia & maiora, quædam quæ prouincialia Studia alia generalia & alia prouincialia.

& minora nuncupantur, illa eſſe generalia, & maiora declaramus, ad quæ ex omnibus Prouincijs nonniſi à Reuerendiſſimo P. Generali Studentes mitti poſſunt, & in quibus omnium Artium, & ſacræ etiam Theologię communiter ex more laudabili ordinarię lectiones leguntur, quorum Rectores Magiſtri Regentes appellari debent: prouincialia verò & minora Studia ea dicimus, ad quæ venerabilis Prouincialis vnà cum Diffinitoribus Iuuenes illius tantùm Prouinciæ, prǽmiſſo debito & conſueto examine, promouere, ac mittere poſſunt, accedente tamen conſenſu Reuerendiſſimi P. Generalis in Prouincijs & Congregationibus Italiæ; ad quæ etiam P. Reuerendiſſimus Iuuenes ex qualibet Prouincia mittere valeat, quotieſcumque ſibi videbitur expedire, & in quibus lectiones Dialecticæ tantummodò leguntur, & explanantur, quorumque Præceptores & Rectores Regentis titulo nequaquam appellantur; huiuſmodi Studia tam generalia, quàm prouincialia in illis dumtaxat locis teneantur, quæ Prior Generalis pro temporum & locorum qualitate, & exigentia ordinauerit, inter quę digniora ſemper & principaliora ſint Studium Pariſienſe, Salmanticenſe, & Louanienſe.

3. Prouideat quoque idem Reuerendiſſimus Pater, vt in quolibet Studio generali

ſit

ſit vnus Magiſter Sacræ Theologiæ Regens, qui neque in eodem loco Prior eſſe, nec aliud Officium in Ordine, pro tempore quo Regens fuerit in Studio generali, habere vlla ratione poſſit. Quod etiam dictum eſſe volumus de his qui in aliqua vniuerſitate Theologiam, vel alias facultates ære publico conducti profitentur. Sit etiam ſaltem vnus Baccalaureus, duo Lectores, & vnus Magiſter Studentium, quòd ſi Baccalaureus defuerit, ſint tres Lectores, quorum primus locum teneat Baccalaurei: in Conuentibus etiam illis, in quibus Studia commodè vigere poſſunt, Sacræ Scripturæ lectio habeatur, quæ lectio dignioribus Magiſtris aſſignetur, prout præcipit Sac. Tridentina Synodus,

Regens nõ poteſt ſimul eſſe Prior.

Nec publicus Lector Prior eſſe poteſt.

Seſſ. 5. c. 1.

CAPVT II.

De Officio, & authoritate Magiſtri Regentis.

1. MAgiſtri Regentis officium erit omnes, qui ſunt de corpore ſui Studij, docere in primis *initium Sapientiæ*, hoc eſt, *timorem Domini*: ad diuinum cultum, Horas ſcilicet canonicas, tam in Choro, quàm extra perſoluendas non ſolũm verbo, ſed exemplo inducere: ad bonos mores, ac pacem inter ſe ipſos, & cum alijs Fratribus

Pſal. 110. 10.

Pietas, ac boni mores docendi.

de

de Conuentu ſeruandam, & obedientiam Priori præſtandam eos ſæpè verbo & exemplo hortari: ad ſtudium deinde vnumquemque excitare, ac diligenter curare, vt tam Baccalaureus quàm Lectores, ac Magiſter Studentium ſolliciti ſint ad ſua munera exequenda; vt etiam Studentes ad ſtudium, ac lectiones non ſint pigri, quos frequenter examinare debet, vt de omnium ſollicitudine & profectu plenè inſtructus ſit, tãquàm de illorum fructu redditurus Priori Generali rationem.

Tempus in cohandi lectiones.

2. Ad eius quoque pertinet officium à die poſt Feſtum S. Nicolai de Tolentino, vſque ad Septuageſimam, & reaſſumptis Studijs, à Feria ſecunda poſt Dominicam in Albis, vſque ad Feſtum S. Iacobi maioris Apoſtoli, quotidiè præterquam diebus Dominicis, ac quintis Ferijs, niſi eadem hebdomada aliquod occurrat Feſtum, duas Theologicas lectiones legere, iuxta methodum prȩſcriptam in Decretis Capituli generalis Romæ celebrati Anno Domini 1685. Feria verò ſecunda, quarta, & ſexta loco lectionis veſpertinȩ habēdȩ erunt diſputationes Theologicæ ex his materijs depromendæ, quȩ per quotidianas lectiones explicabuntur; ipſas autem lectiones per vnam horam dictando, & per aliam ſemihoram explicando, protrahendas eſſe decernimus. Quibus lectioni-

bus,

bus, & diſputationibus Studentes omnes in Theologia, Curſores, atque Lectores intereſſe teneantur.

3. Vt autem vniformitas quòad Doctrinam, quemadmodum quòad alia in Ordine noſtro cuſtodiatur, volumus, vt Magiſtri Regentes in lectionibus & determinationibus diſputationum in omnibus ſequi, & tueri debeant ſanam & catholicam Doctrinam Fundatiſſimi Doctoris noſtri B. Ægidij Romani quondam Sac. Ordinis noſtri Generalis: vbi verò eius Scripta non reperiuntur, ex Diui Thomæ Aquinatis Doctrina ſuppleatur: ita tamen, vt in materia de Gratia, Prædeſtinatione, & Diſputationibus ijs annexis, inconcuſſam, tutiſſimamque S.P. Auguſtini Doctrinam omninò ſequi teneantur; cuius glorioſo calamo Hæreſes profligatæ ſunt, & authoritate fulcitur Eccleſia: qui verò à Sancti Patris Doctrina receſſerit, primò corrigatur, ſecundò puniatur, tertiò tandem ab Officio deponatur. Liceat autem exercitij gratia ſuſtinere in publicis diſputationibus opiniones catholicas aliorum Doctorum noſtrorum, v.g. Thomæ de Argentina, Gregorij de Arimino, Iacobi de Viterbio, Gerardi de Senis, Alphonſi Toletani, Michaelis de Maſſa, Auguſtini de Ancona, Michaelis Salon, Ægidij Luſitani, & aliorum multorum, quorum nomina longiſſimum

Quæ Doctrina ſit ſequenda.

eſſet recenſere.

4 Hortamur etiam Venerabiles Regentes, vt ſi eis tempus & vires ſufficiant, non ſolùm diſputationibus theologicis, ſed etiã Logicis, & philoſophicis interſint, ac præſint; curentque vt in qualibet propoſita Quæſtione tria adminus principalia argumenta à Curſoribus, vel Studentibus adducta examinentur, præter ea quæ Lectores in medium adducent; quibus examinatis, rectèque ſolutis determinabunt ipſi Quęſtiones per debitas diſtinctiones, Concluſiones, ac probationes.

Ordo, & tempus Diſputationũ.

5. Magiſtro Regenti cura incumbit diſtribuendi alias lectiones ad vtilitatem, & captum Studentium tam Baccalaureo quàm Lectoribus, ac Magiſtro Studentium, qui cum omnibus Studentibus, & alijs de corpore Studij Magiſtro Regenti honorem & obedientiam abſque vlla tergiuerſatione in omnibus quæ pertinent ad Studij diſpoſitionem, præſtabunt: quòd ſiquis contrafecerit, per Priorem loci primò moneatur, ſecundò puniatur, tertiò ab Stndio expellatur.

Obedientia debita Regenti.

6. Ad tollendam inſuper quorumdam Iuuenum audaciam, & temeritatem, mandamus, vt nullus Studentium, ſub pœna priuationis Studij, audeat inconſulto Magiſtro Regente, vel lectiones audire, vel Concluſiones

Pœna docentium ſine Regentis licentia

ſiones

ſiones aliquas ſuſtentandas proponere: Graduati verò abſque Magiſtri Regentis licentia clanculùm, vel quouis pacto talibus legentes, gradibus, & Officio legendi ſtatim priuati intelligantur, & declarentur à Magiſtro Regente, excuſatione quacumque amota.

CAPVT III.

De Officio Baccalaurei, Lectorum, Magiſtri Studentium, Curſorum, ac Magiſtri Biblici.

1. Baccalaurei munus erit lectionem, quam ſibi Magiſter Regens iniunxerit, diligenter legere, & in Diſputationibus quotidianis, quæ in Conuentu fiunt poſt Veſperas, reſpondentem modeſtè iuuare, & pro ipſo, ſi defecerit, reſpondere. *Officium Baccalaurei.*

2. Lectorum officium erit, iniunctas ſibi à Magiſtro Regente lectiones, ad vtilitatem ſuorum diſcipulorum proſequi, & eos de ipſis lectionibus ſemel adminus in hebdomada examinare, in diſputationibus arguentes iuuare cum omni modeſtia, hoc ordine ſcilicet: Vt ſi primus arguere voluerit, ſecundus ei cedat, & ſic de ſingulis. Liberum verò ſit tam Baccalaureis quàm Lectoribus, ante Magiſtri Regentis determina- *Lectoris Officium.*

 tio-

tionem difficultates non tactas mouere, & veras inquirere ſolutiones. Lectores etiam tenebuntur, quandocumque Venerabili Priori viſum fuerit, publicè Conciones habere. Lectores & Baccalaurei in omnibus negotijs Conuentus, in quo fuerint aſſignati, tractandis, vocem habebunt: Studentes autem antequàm ad Lectoriam promoueantur, Vocales non erunt, nec in aliqua electione vocem habebunt.

3. Magiſtri Studentium officium erit, Nouitijs Studentibus rudimenta Dialectices interpretari, iuxta Doctrinam Magiſtri Pauli Veneti noſtri, vel alterius Doctoris à Magiſtro Regente ſibi determinandi, eoſque quotidie examinare, & ſupradicta rudimenta memoriter recitantes audire: in Diſputationibus quæ fiunt in Conuentu poſt Veſperas, ſi is qui Quæſtionem proponit Theologiæ Curſor non fuerit, pro eo reſpondere; ſi verò Curſor fuerit, non reſpondebit pro eo Magiſter Studentium, ſed primus Baccalaureus: in Diſputationibus autem quę fiunt in Conuentu poſt cœnam, ad ipſum pertinebit pro Studente, qui Concluſionem proponit, ſemper reſpondere.

Magiſtri Sudentium Officium.

4. Inſuper ſui muneris erit curare, vt Studentes Matutinum (quando ſurgere non tenentur) ſimul poſt Completorium in Capitulo deuotè & reuerenter dicant: ſollicitus de-

denique ſit, vt Quæſtiones diſputandæ ordine debito à Curſoribus & Studentibus publicentur, primùmque in loco ad id deputato ſcriptæ affigantur, ac vt in fine prandij pro more Patres inuitentur: demum vt in loco Diſputationis cum argumentis ad partes ritè & congruè proponantur.

5. Si verò in aliquo Studio generali, præter iſtos, fuerint plures Baccalaurei, aut Lectores, iuxta diſpoſitionem Magiſtri Regentis extraordinarias lectiones legent, & in Diſputationibus poterunt ſuas mouere difficultates, ac etiam arguentes iuuare.

6. Curſorum officium erit, in Diſputationibus, quæ fiunt poſt Veſperas, cùm eos reſpondere contigerit, abſque auxilio Magiſtri Studentium ſub Baccalaureo reſpondere, & argumenta ab inferioribus Studentibus proponenda videre priùs, & poſtquàm propoſita fuerint aſſumere & roborare: in Diſputationibus verò quę fiunt poſt cœnam ad eos pertinebit ea facere, quæ Lectores in principalioribus Diſputationibus facere conſueuerunt. Curſoris officium.

7. Magiſtri Biblici officium erit quotidiè ex Sacra Scriptura Lectionem legere ijs omnibus, qui intereſſe ſolent lectioni Magiſtri Regentis, & ab ea non vacare niſi temporibus & diebus ſupranotatis: Dominicis tamen diebus, & alijs Feſtis hora Diſputa- Magiſtri Biblici officium.

tionis conſueta ſuper aliqua Sanctarum Scripturarum difficultate non per modum contentioſæ Diſputationis, ſed per modum familiaris & pij colloquij Circulum teneat, & poſt duas, aut tres difficultates diſcuſſas, catholicam iuxta Sanctos Doctores determinet veritatem. Magiſter Biblicus in Sacrarum litterarum interpretatione nihil aſſerere audeat, quod à Doctrina diſſentiat Sanctorum Eccleſiæ Doctorum, nihil item, quod à Decretis S. R. Eccleſiæ, & Sacrorum Conciliorum ab ea approbatorum deuiare videatur.

CAPVT IV.

De promouendis ad Studia, & Gradus.

Qui admittendi ad Studia.

1. STatuimus & decernimus, ne aliquis ad Studia admittatur, niſi priùs à Patribus ſui Conuentus, vel illius, ſeu illorum, in quo, vel in quibus per aliquot antè annos conuerſatus fuerit, teſtimonium habeat, quòd ſit perſona humilis, & vitæ ac famæ laudabilis, ac nulla infamia notoriè infamatus: qui autem graui aliquo vitio notati fuerint, ad Studia non admittantur, & qui fuerint admiſſi, Studio priuentur: qui verò tales admiſerit, officio priuetur, & voce paſſiua careat per quinquennium ſine vl-

la

la ſpe diſpenſationis.

2. Quia verò multoties occurrit, vt Iuuenes dum in Grammaticalibus inſtruuntur, regulis, ac formulis Grammatices vix dum plenè perceptis, ſe in Gymnaſijs recipi quibus modis poſſunt, arte, ac precibus ſatagant, præproperè ac immaturè Logicalia aggreſſuri; ſtrictè prohibemus, ne ad Artium Studia aliquis promoueatur, nec pro Studente vllo modo habeatur, niſi is primùm fuerit in grammaticalibus diſciplinis ſufficienter inſtructus; cuius ſufficientia vt cognita habeatur, ſtatuimus, vt cùm tempus aduenerit, quò is in Studentium numero eſſe petierit, priùs coram omnibus Patribus, & ſingulis in eo Gymnaſio profitentibus, diligenter examinetur, & ſui periculum in humanioribus litteris faciat, legendo lectionem vnam ex approbatis Authoribus Linguę latinæ, pridiè ſibi à Regente aſſignandam; & quibuſcumque propoſitis ſibi in eadem diſciplina interrogationibus reſpondendo: quem & legentem & reſpondentem, mox per ſecreta ſuffragia Patres ſinguli litterarum profeſſores dijudicabunt, an Superiori ſit commendandus, tamquàm qui ad altiora Studia dignus ſit promoueri.

Imperitus Grammaticę non admittendus.

Qualiter examinandus.

Dignus tàntùm promouendus.

3. Oneramus autem in hoc ſingulorum conſcientias, vt rectè quod iuſtum fuerit iudicent, & Religionis Paſtori ſignificent,

nec indignum aliquem commendent: talium namque inſcitia, velint, nolint, aliquando eorum cum dedecore prodatur neceſſe eſt, dum etſi longo tempore eruditi aliquo pacto euaderent, quæ tamen per ſe digna, grauia, ac pulchra ſunt, ea ipſa inordinata, incondita, & aſpera ab ore talium, Grammaticalia minùs callentium, fluant, neceſſe erit: quod perindè eſt, ac ſiquis precioſiſſima edulia, neque probè curata, nec ſale, vel ſuis aptis leporibus condìta, delicatis palatis guſtanda apponeret.

Duobus annis Dialecticę inhærendum.

4. Ne autem ingreſſi in aliquod Gymnaſium, cùm Dialecticę libros per ordinem accuratè perdiſcere deberent, hunc & illum intermittentes, vel potiùs omittentes, ſaltuatim ad vlteriora tranſiliendo, quibuſdam facilioribus ad oſtentationem tantummodò deguſtatis, primis Studiorum ſtipendijs ornari, atque augeri properè & immodicè appetentes, phyſicalia Studia inire procurent, in his quoque abſque dubio eodem modo peracturi, ordinamus, & pręcipimus, vt qui ad aliquod Studium admiſſi fuerint, & in Religionis Gymnaſijs locati, duobus ſaltem annis integris in Dialecticę ſtudijs ſeipſos exerceant, nec phyſicis diſciplinis eo tempore vacare præſumant, ne Scientiam & modum ſciendi perdiſcendo confundant; interim tamen Grammaticalia eis non pro-

hi-

hibemus. Qui ante id tempus, & biennio hoc non completo, Iuuenibus aliquem ex Philoſophię libris clanculùm, vel apertè legent, officio legendi, & omnibus exemptionibus priuetur, neque huiuſmodi lectiones ad curſum velociùs peragendum, Studentibus patrocinentur.

5. Qui integro biennio Dialecticis intenderit, & in eis non parum profeciſſe à Magiſtro Regente eum examinante iudicatus fuerit, ad philoſophica Studia admittatur; in quibus etiam altero biennio verſetur, nec tunc temporis quouis prætextu ad Scholaſticam Theologiam aſſumatur, ſed in Philoſophicis, ac Dialectices Diſciplinis ſeipſum exerceat; Lectoribus ac diſcipulis contrafacientibus ea, quæ iam propoſita eſt, pœna mulctandis: qui verò parum profeciſſe comperti fuerint, à Studentium numero nullo ſuſcepto pręmio amoueantur. Biennio Philoſophię.

6. Qui Philoſophię ſtudio integro pariter biennio operam dederint, coram Patribus, & ſingulis in Gymnaſio illo profitentibus diligenter examinentur à Magiſtro Regente, an ita in his Facultatibus profecerint, vt commodè Theologię operam dare poſſint, qui ſi idonei reperti fuerint, & in philoſophicis congruè inſtructi, tunc & non priùs, neque aliter inter Studentes formatos habeantur, & Sac. Theologiæ ſtudijs ini- Studentes formati.

initientur, & ad ea ipſa admittantur, in quibus integro ſaltem anno ſeipſos exerceant, antequàm aliquo Studiorum ſtipendio decorentur, eo autem tempore Metaphyſicæ incumbant, & prioribus omnibus Diſciplinis quantam pro temporis opportunitate poterunt, operam impendant. Hos autem à Ven. Priore benigniùs tractari, & à communibus quibuſdam ſeruitijs, quibus iuniores Studentes ſubduntur, eximi mandamus: nec enim menſis inſeruire congruum eſt eos, qui hoc curſu peracto ad altiora Stüdia ſe accingunt.

Curſores. 7. Quinquennio in his Studijs (vt præfertur) completo, qui Curſoratus gradu ornari voluerint, priùs coram Patribus omnibus ſui periculum faciant, Concluſiones ex Philoſophia & Theologia defenſantes publicè, & lectionem ex aliquo Ariſtotelis libro eiſdem à Ven. P. Regente pridiè aſſignandam legentes; quòd ſi per ſecreta ſuffragia ab omnibus Magiſtris, & quibuſcumque Graduatis ſumenda, digni inuenti fuerint, qui primo hoc honore decorentur, tunc omnium conſenſu Priori Generali pro hoc ſuorum laborum ſtipendio commendentur à Magiſtro Regente, qui ſuam P. Reuerendiſſimam depoſito omni amore, odio, ac in ſolam veritatem reſpiciendo, de profectu, ſufficientia, ac moribus prædictorum fide-

fideliter informet. Qui ſic promoti ad Curſoratum nihilominus Magiſtro Studentium in omnibus, quæ ad ſuum officium pertinent, obtemperare teneantur.

8. Curſores (quos non propriè, ceu Graduatos nouit Religio) in eo ſtatu triennio perſeuerent, Theologiæ, Sacræque Scripturæ operam egregiè nauando, arguendo, diſputando, quatuor Sententiarum libros percurrendo, & ea omnia perficiendo, quæ Sac. Theologię Profeſſorem decent, quibuſque idonei reddi poſſint, vt aliorum Lectores aliquando, & Magiſtri dici, & eſſe meritò valeant.

9. Poſt hanc primam promotionem cùm Reuerendiſſimo P. Generali congruum tempus videbitur, quod non minùs regulariter eſſe debet quàm triennio poſt adeptum Curſoratum, ſe præſente (ſi fieri poſſit) ſin autem Examinatoribus ab ipſo inſtitutis mandet à Curſoribus ſuos Actus pro Lectoria fieri hoc pacto. Per Magiſtrum Regentem & Examinatores prędictos binæ cuilibet Curſori aſſignabuntur lectiones, vna in Philoſophia naturali, vel Metaphyſica, altera in libris Sententiarum, triduo tranſacto poſt aſſignatas lectiones legent in Capitulo coram Magiſtro Regente, Examinatoribus, & toto Studio, primo die primam, & ſecundo alteram, quibus etiam diebus ad Con- *Lectores.*

cu-

cluſiones reſpondebunt ex lectionibus deductas, quæ non pauciores ſint quàm quinque, arguentibus primùm Examinatoribus ordinatè, deinde alijs, prout Magiſter Regens ordinauerit: quòd ſi per ſecreta ſuffragia à Magiſtro Regente, Examinatoribus, & alijs Graduatis ſumenda, digni inuenti fuerint, qui Lectoriæ gradu decorari debeant, per Magiſtrum Regentem & Examinatores litteræ ad Reuerendiſſimum Priorem Generalem de profectu, ſufficientia, ac moribus mittantur, & ſi Priori Generali videatur, Lectoriæ gradum eis conferre poterit.

Tempus Examinandi Studentes.

10. Eadem forma ad Lectoriam Magiſtri Studentium promoueantur; nec ab his Actibus liberi ſint, niſi tantùm illi qui in Capitulis generalibus Concluſiones publicè defenderint, atque ibidem ad Lectoriam promoti fuerint. Tempus autem ordinarium examinandi tam Studentes pro Curſoratu, quàm Curſores pro Lectoratu ſit à quintadecima die Auguſti vſque ad octauam Septembris; & non aliud.

Baccalaurei.

11. Qui in Lectoria diligenter, & cum profectu diſcipulorum munus ſuum obeundo exercitati fuerint adminus per bienniũ, cùm Priori Generali videbitur, dummodò non ſit anteà, ad Baccalaureatum promoueantur: Baccalaurei etiam non ante com-

ple-

pletum adminus in eo Gradu biennium legendo, prædicando, & quęcumque illis demandata fuerint exercitia virtutum ſumma cum laude peragendo, ad Magiſterium promoueri à Reuerendiſſimo P. Generali poſtulent, nec quouis quæſito colore obtinere contendant: qui quidem Gradus nulli eſt concedendus, niſi ei qui vel Regentis munere fungi, vel publicè Sac. Scripturæ lectionem legere dignus, atque idoneus, & integritate Vitæ, & morum grauitate ornatus fuerit. †[a]

12. Volumus etiam & mandamus, vt nullus ad Magiſterium licentiatus magiſtralibus Exemptionibus, immò nec nomine ipſo Magiſtri potiatur, niſi priùs Actus perfecerit, & Inſignia Doctoratus ſuſceperit; interim tantùm licentiati, vel Præſentati appellentur, & Baccalaureorum exemptionibus gaudeant, ipſos tamen precedant: deinde ab eodem Priore Generali, ſi poteſtatē à Sanctiſſimo Domino Noſtro habuerit, Magiſtri in Sac. Thologia creentur, †[b] vel ipſum Gradum in approbata aliqua Doctorum Theologorum facultate. quæ in litteris Licentiæ nominetur, ſuſcipiant: aliter autem quacumque ratione creatos Theologię Magiſtros Ordo noſter non cognoſcat, nec pro Magiſtris habeat: quin & eos, qui hac ratione Magiſtri creati fuerint, ſi extra Ordinem

Licentiati.

Magiſtri.

dinem ſine Prioris Generalis licentia quomodocumque manſerint, omnibus ſuis gradibus pręſenti Conſtitutione priuamus, quos eis reſtituere nec ipſe Prior Generalis poſſit, niſi de conſenſu Diffinitorum Capituli generalis nemine diſcrepante.

NOTÆ IN CAPVT IV.

†[a] *Quòad numerum Collegiorum, qualitates Regentium, Baccalaureorum, & Lectorum Philoſophiæ, necnon eorum qui ad Lauream Magiſterij aſſumendi erunt, ipſorumque omnium examen, & alia ad Studia Italiæ pertinentia, videnda ac obſeruanda ſunt Decreta emanata in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685.*

†[b] *In Prouincijs vbi numerus Magiſtrorum per Sedem Apoſtolicam determinatus eſt, Diffinitorium Prouinciȩ Priori Generali proponat perſonas omnes idoneas, cunctiſque requiſitis inſtructas, iuxta vniuſcuiuſque Prouinciæ diffinitiones & ſtatuta, pro Laurea Magiſtrali conſequenda; non tamen antequàm curſum Lecturæ compleuerint; & tunc Reuerendiſſimo P. Generali ex ſibi propoſitis deſignare, nominare, & eligere liberum erit, quem, vel quos ſibi benè in Domino videbitur expedire, iſque ſolùm in numero Magiſtrorum cenſebitur, qui Reuerendiſſimi P. Gene-*

Generalis authoritate declaratus modo & forma prædictis, eidem numero aſſertus fuerit; ita declaratum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1685.

In quo pariter Capitulo abrogatæ, & annullatæ fuerunt omnes Litteræ patentales à Reuerendiſſimis Patribus olim conceſſæ pro Magiſterijs de Numero ad primum locum vacaturum, (dummodò iam ſuum ſortitæ non fuerint effectum) itaut nullus virtute illarum admitti ad Lauream magiſtralem poſſit, quin à Reuerendiſſimo P. Generali pro tempore exiſtente nouas patentales litteras ſuæ promotionis obtinuerit. Similiter vetitum fuit, ne deinceps ſimiles litteræ pro primo loco Magiſterij vacaturo concedantur, niſi authentico teſtimonio Reuerendiſſimo Patri de loci vacatione conſtiterit.

CAPVT V.

De forma creandi Magiſtrum in Sacra Theologia.

1. PRomotor habeat annulum, & birretum nigrum paratum, & ſedens expectet promouendum, qui flexis genibus ad pedes promotoris interrogetur ab eo: *Quid petis?* & reſpondeat humiliter: *Peto promoueri ad gradum Doctoratus & Magiſterij Sacræ Theolo-*

Theologiæ. Promotor: *Promittis tenere, ſeruare, docere, & defendere doctrinam ſanam & catholicam, iuxta determinationem Sanctæ Matris Eccleſiæ?* Reſpondeat: *Promitto, & ſpondeo in hac forma*.

Profeſſio Fidei iuxta Formam Bullæ Sanctiſſimi Domini Domini Pij Papæ IV.

EGo N. firma fide credo, & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem Factorem Cęli & terrę, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cælis, & incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas: & aſcendit in Cælum, ſedet ad dexteram Patris: & iterùm venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem,

qui

qui ex Patre, Filioque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes & Conſtitutiones firmiſſimè admitto & amplector.

Item Sacram Scripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta nouæ Legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis, neceſſaria: ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Eucbariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque Gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato Originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo diffinita, & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis & defunctis, atque in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter Corpus & ſanguinem, vnà cum Anima & Diuinitate D.N. Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, Animaſque ibi detentas Fidelium ſuffragijs iuuari.

Similiter & Sanctos vnà cum Chriſto regnantes, venerandos atque inuocandos eſſe, eoſque Orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas.

Firmiter aſſero, Imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo.

San-

Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem & Magiſtram agnoſco.

Romano Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo ac iuro.

Cætera item omnia à Sac. Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, diffinita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, integram & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atque ab illis quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari quantùm in me erit curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, atque iuro: ſic me Deus adiuuet, & per Sancta Dei Euangelia.

Deinde Promotor imponat annulum digito eius, dicens.

QVoniam Sapientiam vocaſti amicam, & amator factus formæ illius quæſiſti eam

 tibi

tibi ſponſam aſſumere ; ecce Deus dat tibi eam ſponſam, vt tecum ſemper ſit, & cor tuum poſſideat. In ſignum ergo ſponſationis accipe annulum in manu tua ; & ego authoritate Apoſtolica qua fungor, inſtituo, creo, & facio te Doctorem, & Magiſtrum in Sacra Theologia, doque tibi poteſtatem & facultatem publicè legendi, docendi, interpretandi, exponendi, & declarandi Sacram Theologiam: In nomine Patris, & Filij &c. Et hæc dicendo tradat ei Bibliam Sacram, quam ipſe accipiens aperiat, & iterùm modeſtè claudat: deinde ſurgat Promotor, & faciat nouum Doctorem ſedere in ſua ſella, dicens: *Et ego te promotum ad gradum Magiſterij Sac. Theologię annumero conſortio Doctorum, & Magiſtrorum dictæ facultatis: ita collocet te, & ſedere faciat Dominus cum principibus, vt ſolium gloriæ teneas: qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.* Deinde imponat birretum capiti eius, dicens. *Accipe birretum nigrum inſigne Magiſterij: ſic ornet te Deus corona gloriæ.* Deinde eleuet eum, & dans ei oſculum, dicat: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: creſcere te faciat Deus in millibus, & benedicat tibi in ſæcula ſæculorum. Amen.* Deinde det pacem omnibus alijs Magiſtris Sac. Theologię: poſteà dentur ei litteræ patentes teſtimoniales prędicti gradus Magiſterij.

Vnuſ-

Vnuſquiſque etiam ſecum habeat, & deferat fidem ſibi factam à Magiſtro Regente, & Priore Conuentus, quo tempore ad Studium fuerit admiſſus, vel ad Philoſophiam, quo tempore factus fuerit Studens, formatus Curſor, Lector, ſeu Baccalaureus, vel Licentiatus, ne ordo pręcedentiarum confundatur, & ſcandala poſſint exoriri. Patentales Graduum ſecum habeant Magiſtri.

CAPVT VI.

De ordine præcedentiarum in Gymnaſijs ſeruando.

1. VT omnis confuſionis & diſcordiæ materia in noſtris Studijs generalibus deuitetur, ſtatuimus, vt Magiſtri pręcedant Licentiatos, ſiue Præſentatos; Licentiati ſiue Præſentati Baccalaureos; Baccalaurei Lectores; Lectores Magiſtrum Studij; Magiſter Studij Curſores; Curſores Studentes formatos, qui Theologiæ incumbunt; ij verò pręcedant Studentes in Philoſophia, vltimò loco ſint qui Logicę vacauerint.

2. Inter Magiſtros verò ij priorem locum habeant, qui priùs ad minus per tres menſes Inſignia magiſtralia ſuſceperint, non autem qui priùs litteras, aut facultatem à Patre Reuerendiſſimo habuerint, cùm aliquando contingat, aliquos priùs litteras ſuſcepiſſe, tempus tamen eorum promotio- Inter Magiſtros, & Graduatos Ordo.

nis, non abſque rationabili cauſa, longiùs præfigi. Ex alijs Graduatis illi ſemper priorem obtineant locum, qui priùs fuerint per duos menſes adminus Gradibus ipſis decorati.

Ordo inter Studentes.

3. Inter Studentes verò, qui eamdem Scientiam profitentur, talis ordo ſeruetur, videlicet: vt illi pręcedant, qui per integrum annum priùs eidem Scientię operam dederint. Si autem ad eamdem Scientiam infra annum admiſſi fuerint, qui in eo Gymnaſio priùs fuerint priorem obtineant locum; quòd ſi infra dictum tempus ſimul venerint, locum priorem habeat, qui priùs fuerit Sacerdos ordinatus: quòd ſi ſimul fuerint ordinati, ille priorem locum habeat, qui priùs Profeſſionem emiſit: & ſi ſimul Profeſſionem emiſerint, ille alium pręcedat, qui priùs habitum ſuſcepit: quòd ſi eadem die habitum ſuſceperint, tunc ille pręcedat, qui maior ætate fuerit: & ſi ætate ſe non exceſſerint, ille præferendus erit, qui in litteris Reuerendiſſimi Patris priùs nominatus fuerit.

Sacerdotes Præcedūt non Sacerdotes.

4. Aduertendum tamen eſt, quòd ſemper Sacerdotes pręcedere debent non Sacerdotes, quamcumque Scientiam profiteantur, vel quocumque ſint Gradu decorati. Qui verò propter aliquam culpam notabilem de Studio ad Studium mutatur, ſi Gradua-

tus

tus ſit, vltimum locum habeat inter omnes, qui in eodem ſunt Gradu: ſi autem fuerit Studens, vltimus ſit omnium Studentium, & habeatur, ac ſi tunc de nouo ad Studium receptus fuiſſet, donec ad priſtinum ſtatum per Reuerendiſſimum Patrem reſtituatur.

5. Quæ omnia ſupradicta locum habeant in Gymnaſijs, & locis vbi Studentes pro Exercitijs & actionibus Studiorum conuenire ſolent. In reliquis verò vtpotè in Choro, in Refectorio, in Capitulo, in Proceſſionibus, & ſimilibus Fratres noſtri locum teneant ſecundùm antiquitatem, & ordinem ſuæ Profeſſionis, & ſecundum qualitatem Graduum vſque ad Gradum Lectoratus, & ad officium quod vocant Magiſtri Studentium incluſiuè.

Ordo ſeruandus extra Gymnaſium.

CAPVT VII.

Quando Graduati, ac Studentes Officio intereſſe teneantur, & de ſubſidio Studentium, ac de Fratribus amouendis à Studio.

1. PRiores locorum, in quibus vigent Studia generalia, non cogant Magiſtros Regentes, niſi quotidie ad Orationem ſerotinam: diebus verò feſtis ad Miſſam conuentualem & Veſperas: diebus autem ſolemnioribus quibus parantur Cantores,

Ad quid teneantur Regentes.

 etiam

etiam ad Matutinum. Magiſtri verò Biblici quotidiè legentes vltra hoc, ad Miſſam conuentualem quotidiè cogantur: Baccalaurèi, Lectores, ac Magiſtri Studentium interſint quotidiè Miſſæ conuentuali, ac Horis quæ cum ea dicuntur: diebus verò feſtis etiam Veſperis: illis autem Solemnitatibus, in quibus parari debent Cantores, Matutino quoque, ac Completorio: Studentes & Curſores cogantur quotidiè ad Miſſam conuentualem & Horas, vt dictum eſt, & ad Veſperas: diebus verò feſtis & ſolemnioribus ad Matutinum & Completorium.

Magiſtri Biblici.

Baccalaurei, Lectores &c.

2. Debet autem Prior negligentes ad hæc punire, & illos, qui tempore Officij, cui non tenentur adeſſe, Studio non intendunt, ſed vagantur, exemptionibus debitis priuare, & omnes frequenter ad Dei cultum & timorem hortari, & non permittere, vt aliquis de corpore Studij quicumque ille ſit, pluſquàm per menſem tempore vacationum à Studio abſit, niſi fortè tempore Quadrageſimæ ad prædicandum miſſus fuerit, vel aliqua rationabilis cauſa interuenerit: poterit tamen Pater Reuerendiſſimus aliquos habiliores ac diligentiores, quique de ſe maiorem prębuerint expectationem, particularibus exemptionibus afficere, vt doctiores euadere poſſint ad honorem Dei & Religionis vtilitatem.

Negligentes à Priore puniantur.

3. Vt

3. Vt autem iuxta paupertatem Ordinis Studentes in Studio ſe ſuſtentare poſſint, neque librorum, aut aliarum rerum penuria Studia relinquere cogantur, præſenti Constitutione decernimus inuiolabiliter obſeruari, vt Studentibus omnibus, donec ad Curſoratum promoti fuerint, Priores Conuentuum in quibus Profeſſionem emiſerunt, vel quorum ſunt Filij, mittant ante Feſtum omnium Sanctorum ſcutos aureos tres, quos expendere teneatur Prior in beneficium Studentis, libros ſcilicet, ſeu aliquid aliud quo magis indiguerit emendo. Prior qui pręfata ſubſidia tempore debito Studentibus non ſoluerit, ad ſoluendum penitus compellatur, & ſi pertinax fuerit, puniatur,

De Subſidio Studētium.

4. Siqui in aliquo Gymnaſio minus congruè commorari viſi fuerint Priori ſeu Regenti, & inde eos commoueri petierint, non priùs amoueantur quàm ſpeciatim Prior Generalis de eorum omnibus erratis, ac ratione certior fiat, & ſuę amotionis iuſtam cauſam nouerit, vt meliùs vbi collocandus ille ſit dijudicare, & alijs etiam pœnis iuxta errata eum afficere, vel potiùs tamquàm ignauum pecus à reliquis arcere poſſit: præcipimus tamen ne Iuuenibus Studentibus ſine rationabili cauſa iniuria & itineris incommoda afferantur.

Studentes amouendi per Generalem.

5. Pro-

5. Prouideat autem Prior Generalis, vt in locis, in quibus Studia tam generalia quàm prouincialia fuerint, Prior loci ſicut honorem & ſtatum Ordinis diligere debet, ſic Studium ſollicitè & ardenter foueat, & Studentibus pius & fauorabilis ſemper aſſiſtat: ad quod ſuos omnes Conuentuales ſemper inducat & hortetur, nec Studium eorum obedientia aliqua, niſi omninò inuitus, & ineuitabili quaſi neceſſitate compulſus impediat.

Prior ſtudentibus ſit fauorabilis.

6. Per hanc autem de Studiorum, Studentium, ac ſtudioſorum forma Conſtitutionem nihil derogare intendimus Priuilegijs Studij Pariſienſis, nec etiam Statutis aliorum Gymnaſiorum, ſeu Collegiorum, authoritate Reuerendiſſimi Prioris Generalis aliàs confirmatis, quæ in his particularibus Gymnaſijs obſeruari mandamus, his omnibus non obſtantibus; neque etiam de forma promotionis celeberrimę facultatis Pariſienſis aliquid immutare prætendimus, modò Magiſtri in ea promoti Ordini obediant, & Magiſtrum Regentem, iuxta antiquam conſuetudinem ad Capitulum generale mittant, & in omnibus Priori Generali obedientiam pręſtent: aliorum autem Studiorum promotiones tam citra quàm vltra montes, niſi de licentia Prioris Generalis ſint factę, nullę ſint in quacumque fiant Vniuer-

Admittitur alius ſtudendi modus.

Promotio ſine licentia Generalis nulla eſt.

uerſitate, & ſi qua per Priores Generales, vel Capitula quoque generalia priuilegia contra hoc conceſſa fuerint, præſenti Conſtitutione abrogamus.

CAPVT VIII.

De lectione Caſuum conſcientiæ.

1. Conſcientię Caſus vel à Ven. Regente, vel ab aliquo alio ex Patribus ad id muneris idoneo, & deputato, ter adminus in hebdomada exponantur, ſicut ſæpius à Maioribus noſtris ſancitum eſt: quam lectionem nedùm in omnibus Gymnaſijs, ſed etiam in omnibus Monaſterijs, vbi decem Fratres adminus commorantur, haberi volumus, & mandamus.

Lectio Caſuum vbi sũt 10. Fratres.

2. Huius practicę Theologiæ (quam conſcientię caſus appellamus) lectioni Sacerdotes ſinguli intereſſe debent. Licèt autem nec Lectores Sac. Theologiæ, nec ſuperiorum Graduum Patres ad eam cogamus, eos tamen vt (cùm commodè poterunt) interſint, monemus, hortamur, & rogamus; ex alijs verò Sacerdotibus, quicumque illi fuerint, qui intereſſe renuerint, à Priore puniantur, & ad Confeſſiones non admittantur, & ſi iam fuerint admiſſi, ſuſpendantur; & ſi durauerit pertinacia, priuentur, & à

Qui intereſſe debēt Lectioni.

Con-

Conuentu remoueantur.

3. Lector verò Caſuum in qualibet lectione proponat tria puncta diſcutienda pro ſequenti lectione, publicèque affigantur, & tres ſaltem Patres ſuas in ea materia difficultates obijciant, quibus omnibus Lector ſatisfacere tenebitur, & in fine dictorum reſolutiones apponat. Porrò in ſecernendis materijs, & illarum Authoribus, ſeruetur Prouinciarum, atque Nationum conſuetudo, vt ij ſeligantur quorum frequenter eſt vſus in illis Partibus, dummodò inoffenſo pede percurri poſſint. Caueant tamen omnes à laxioribus Sententijs, ac Propoſitionibus à Sancta Romana Eccleſia proſcriptis, quæ prorsùs deuitandæ erunt.

Modus legendi.

4 Prior verò, qui hęc ſingula in Conuentu ſuo non curauerit obſeruari, pœnam priuationis Officij, & inhabilitatis ad idem per ſexennium incurrat: Prouincialis autem in ſuis viſitationibus ſedulò ſuper his inſpiciat, puniatque inobedientes, cùm negotium hoc valdè animarum ſalutem concernat.

Pœna Prioris contrauenientis.

CA-

CAPVT IX.

De Officio Prædicatorum.

1. AD prædicandum diuinum verbum, nemo accedat, niſi (iuxta Apoſtoli doctrinam) miſſus per obedientiam fuerit. Rom. 10. 15. Mitti autem ſiue admitti, nec à Prioribus localibus, neque Prouincialibus nullus poſſit ad prædicandum niſi promotus à Priore Generali ad gradum Lectoriæ priùs fuerit. Officium Prædicatorum. Alij verò Fratres quantumcumque docti, ſi ad gradum Lectoriæ promoti non fuerint, niſi priùs examinati, & approbati fuerint à Priore Generali, vel Prouinciali & Diffinitoribus Prouinciæ, ſuper hoc ab ipſo Reuerendiſſimo Generali poteſtatem habentibus, publicè prædicare nullatenus valeant.

2. Siquis autem contra præſentem Cõſtitutionem aliquem Fratrem ad prędicandum mittere, vel admittere præſumpſerit, Pœna prædicantis ſine prædicta licentia. omni gradu & dignitate Ordinis, voce inſuper actiua & paſſiua vſque ad diſpenſationem duorum Capitulorum generalium priuatus exiſtat; ſiquis verò non præfata ratione promotus publicè prædicauerit, pœnæ grauioris culpæ per menſem adiudicetur, & ad prædicandi munus nunquã ampliùs promoueri poſſit, abſque ſpeciali diſpenſatione Reuerendiſſimi Patris.

3. Fra-

Digitized by Google

3. Fratres verò cuiuſcumque gradus & conditionis exiſtant, ad prædicandum non mittantur abſque licentia in ſcriptis illorum Superiorum, qui huiuſmodi licentias concedendi facultatem habuerint, cum quibus, ſi in Eccleſijs noſtris prędicaturi ſint, priùs Epiſcopis, aut locorum Ordinarijs ſe præſentent, & ab eis benedictionem accipiant; ſi verò in Eccleſijs, quæ noſtri Ordinis non ſunt, eos prædicare contigerit, in primis ne dum benedictionem, verum etiam licentiam ibidem prędicandi obtinere teneantur, nec id munus exercere præſumant, niſi priùs ea omnia præſtiterint, quę per Sac. Tridentinum Concilium decernuntur. Forma autem Licentiæ hęc erit.

Licentia prædicandi ab Ordinarijs petenda.

4. *Cùm te doctrinæ ſanæ, probatæ, & catholicæ, vitæ quoque probitatis, & integritatis amatorem hactenus cognouerimus, in eam ſpem adducti ſumus, vt ſis non modò in eo quod cœpiſti perſeueraturus, ſed etiam ardentiori animo id idem & acturus, eam ob rem tenore præſentium, authoritate Reuerendiſſimi Prioris Generalis nobis in hac parte commiſſa, poteſtatem tibi damus in noſtris Eccleſijs cum benedictione, & alienis etiam de conſenſu Illuſtriſſimorum Epiſcoporum, in quorum Diœceſi fuerint Eccleſiæ, prædicandi: In nomine Patris &c. Hortamur verò te quantùm poſſumus in Domino & monemus, vt Deum præ oculis habeas,*

Formula licentiæ Ordinis.

beas, ad ſolam ipſius gloriam & Populi ſalutem ſpectes, ſcandala item, errores, & omnem hæreſim, immò vel leuem ſuſpicionem prædicando euites. Quod per te facilè fiet, ſi puram Euangelij doctrinam ad Sanctorum Patrum, ac Conciliorum, præcipuè Tridentini Decreta conijciens oculos, expoſueris: neque in ſublimitate ſermonis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis prędicaueris, vt ſit ſermo tuus, & prędicatio tua non in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Datum &c. 1. Corinth. 2. 4.

5. Eſt autem ſummoperè cauendum, ne aliqui indocti & minùs periti permittantur aſcendere Pulpita, & publicas habere Conciones, cùm præſumptio talium, ſeu temeritas cedat non ſolùm in detrimentum Populorum, ſed etiam in deriſum Ordinis. Quapropter erit muneris & officij Prioris Prouincialis prouidere, vt nemo publicè prædicare præſumat, niſi priùs examinatus fuerit priuatim aliquoties, & deinde approbatus. Conuenit autem omnes exerceri in Concionibus domeſticis, vt animentur, & aſſueſcant aliqua ratione quòad vocem, & modum ad munus exercendum, & vt ſpecimen etiam talenti, quod eis Dominus in hoc genere communicauit, præbeant. Examen Concionatorum.

6. Prædicator habet Officium ſpeculi quantùm ad exemplum, & lucernę quantùm ad prædicationis verbum, vnde neceſ- Inſtructio pro Concionatoribus.

ſe

ſe eſt, vt concordet ipſius vita cum doctrina, ne quod ex vna parte ædificat, ex alia perdat & deſtruat. Prętendat itaque Prędicator in habitu humilitatem, in moribus honeſtatem, in verbis diſcretionem, in zelo animarum charitatem, in agendis maturitatem. Cùm Prædicator proponit verbum Dei, attendat quid dicat, & illa ſemper ſtudeat prędicare, per quæ magis videatur poſſe fructificare, & omnes vias perſequatur, quibus Fideles ipſos verbum Dei prædicando, ad viuendum non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm Spiritum inducat: attendat etiam quibus dicat, vt ſecundùm hoc ſermonem ſuum formet, quibuſdam enim competunt ſubtilia, quibuſdam plana & ſimplicia, quibuſdam aſpera, quibuſdam lenia, aliud competit Religioſis, aliud ſæcularibus, aliud obſtinatis, aliud humilibus & deuotis.

7. Item non ſolùm curet prędicare multis, ſed etiam paucis, nec tantùm in Ciuitatibus, ſed etiam in Caſtris & in Villis: non prędicet ſine præmeditatione, niſi ſciat aliàs quid dicere debeat: in prędicando caueat inordinatum motum corporis, exceſſiuum clamorem, dicendi velocitatem vel tarditatem, nimiam prolixitatem, ſuperfluam ſubtilitatem, omnia denique quæ reddere poſſunt auditores minùs dociles, beneuolos & attentos. Item dubia pro veris non prædicet,

dicet, nec fabulas vanas aut ſcurrilia, quæ poſſunt ſermonem facere contemptibilem. Item videat diligentiſſimè ne de verbo Dei ſibi faciat vim vindictæ, & in ſermone directè, vel indirectè de proprijs iniurijs minimè recordetur: quando domi concionatur, reprehenſionem alicuius Fratris, vel ipſius Religionis non attingat, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Venetijs celebrato Anno Domini 1332. ſub his verbis.

8. *Cùm Ordinem noſtrum in odore bonæ famæ totis viribus conſeruare teneamur, eò quòd nomen bonum ſit meliùs quàm diuitiæ multæ,* Prou. 22. 1. *diffinimus, & pręcipiendo mandamus vniuerſis, & ſingulis Prædicatoribus noſtri Ordinis,* Prædicator abſtineat à maledicentia. *quatenus contra Ordinem in communi, vel aliquam eius perſonam in particulari, nullatenus prædicare pręſumant; & ſiquis ſuperbiæ Spiritu inflatus contra præſens mandatum aliquid attentare præſumpſerit, in terra coram toto Conuentu ſedens, panem & aquam manducet, donec in prædicatione temerariè dicta, vel prolata plenariè reuocet. Mandantes ſingulis Prioribus ſub pœna inobedientiæ generalis, vt prædicta faciant obſeruari.* Hęc ibi.

9. Addimus nihilominus, quòd ſi ex prædicatione huiuſmodi ſcandalum oriretur, per menſem pœnę grauioris culpæ per ſuum Superiorem ſubiacere cogatur, & tanto plus quantò ſcandalum maius fuerit: nec Pœna maledici.

etiam alios Religioſos, vel Religionum ſtatum, ſeu Clericos reddat laicis deſpectos & odioſos, ſed in ſuis prędicationibus (vt decet) omnium Religioſorum, & Eccleſiaſticorum ſtatum omni cum modeſtia & veneratione laudet, & commendet.

10. Cùm autem Prælatos Eccleſię teneamur tamquàm Patres præ ceteris reuereri, illos abſentes à Prædicatoribus, dum in Suggeſtu concionantur, reprehendi noluimus, in particulari prȩſertim, nec eorum vitia argui; neque enim hinc fructum aliquem naſci videmus, quin potiùs plebem aduersùs illos concitari, debitamque reuerentiam eis adimi, quod magnam peſtem, & incredibile damnum in Eccleſiam hactenus inuexit: ſi verò ijdem adſint, præſente Populo, commemoratio eorum, quæ ad illorum pertinent Officium, magna cum moderatione fiat, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Viennę celebrato Anno Domini 1362. ſub hac forma.

Prędicator Eccleſię Prȩlatos reuereri tenetur.

11. *Diffiniendo præcipimus omnibus & ſingulis Fratribus noſtri Ordinis, quatenus Prælatis Eccleſiæ Sacroſanctæ reuerentes ſint, & cum humilitate & obſequio deuoti, & nullatenus contra eos, nec contra ſtatum eorum in ſermonibus, ſeu quocumque alio actu aliquid immiſcendo, vel obloquendo dicere audeant, immò eoſdem tamquàm Reuerendos Patres pro poſſe*

alli-

alliciant, & faciant per omnia fauorabiles & benignos. Contrarium facientes Officio prædicationis priuamus, & pœnæ vnius menſis grauiorum culparum ſubmittimus, & hanc pœnam extendi volumus contra prædicantes ſcandalum, vel infamiam, aut damnum, vilipenſionem Ordinis, vel alicuius Conuentus.

Pœna prædicantium contra Prælatos Eccleſię.

CAPVT X.

Quomodo puniendus eſſet is, qui à veritate orthodoxæ Fidei (quod Deus auertat) quouis modo diſſentiret.

1. CVm nos præ cæteris hæreſim omnem à Catholica Eccleſia damnatam horrere, atque odiſſe maximè deceat, vtpotè eo ſpirituali Parente prognatos, qui Hæreticos omnes verbo & calamo, ac quacumque alia ratione potuit, tàm ardenter inſectatus eſt, vt Hæreticorum malleus meritò ab Eccleſia appellatus ſit: cùmque Reuerendiſſimi Ordinis noſtri Generales ex Apoſtolico Indulto habeant, vt aduersùs quemcumque ſibi ſubditum etiam in crimine hæreſis procedere, reoſque iuxta delicti grauitatem debitis pœnis afficere poſſint, dummodò non priùs ad Sanctum Inquiſitionis Officiũ delati ſint †: ad huiuſmodi pernicioſiſſimam peſtem quàm longiſſimè arcendam (quam

Modus puniendi hęreticos.

etiam à quocumque Religioſorum cœtu Deus Opt. Max. prohibere dignetur) ſtatuimus, vt Reuerendiſſimus P. Generalis, qui pro tempore fuerit, in huiuſmodi erroribus inquirendis ac puniendis, hac ratione procedere teneatur, videlicet.

Duo Aſſeſſores vocādi.

2. Primùm vt in huiuſmodi cauſis, ac caſibus duos ſibi Socios veluti Aſſeſſores & Conſultores aſciſcat Sac. Theologiæ, vel Iuris Pontificij profeſſores ſiue doctores, de quorum conſilio & iudicio rem pertractet, ac terminet, quos etiam in ſua Sententia, vel abſolutoria, vel condemnatoria nominatim exprimat, & ſubſcribere faciat: teneatur tamen ante abſolutionem Sancto Officio notificare, & conſeruare omnes Proceſſus, & poſt abſolutionem mittere Inſtrumenta publica Sententiarum & abiurationum ad prędictum S. Officium; puniat confeſſos, vel conuictos animaduerſione condigna, iuxta Sacrorum Canonum, œcumenicorumque Conciliorum diſpoſitionem: poſſitque de eorumdem Aſſeſſorum conſilio pœnam perpetui, vel longi carceris in dies mitigare ac commutare, quatenus Pœnitentis reſipiſcentia, humilitas, atque patientia requirere videbuntur.

De Pœna Obſtinati.

3. Siquis verò ad tantam dementiam venerit, vt hæreſim ſuam pertinaciter, obſtinatèque defendere non vereatur, Religio-

nis

nis habitu omninò priuetur, & Dominorum Inquiſitorum poteſtati tradatur, ac Iudicio ſubijciatur; quippè qui rectè norunt quid iuſtè, vel miſericorditer illi vlteriùs expedire videatur. Siquis autem formaliter Hæreticus inuentus fuerit, hæreſeſque publicè, aut etiam priuatè tamquàm preceptor docuerit, & ad ſe reuerſus omnem hæreſim abiurauerit, & miſericordiam poſtulauerit, vltra pœnas Sacrorum Canonum volumus, vt quorumcumque Sacramentorum adminiſtratione perpetuò careat: publicè, aut priuatè legendi, ſeu concionandi munere nullo vnquam tempore potiri poſſit: omnibus gradibus, honoribus, ac dignitatibus priuatus, abſque vlla ſpe reſtitutionis intelligatur, & de facto habeatur; ſitque omnium ſui ordinis nouiſſimus; nec Reuerendiſſimus P. Generalis per ſe, nec etiam in Capitulo generali vnà cum PP. Diffinitoribus cum eo in aliquo diſpenſare valeat.

4. Quòd ſiquis in hæreſim formaliter prolapſus, præceptor tamen hereſum, vel hæreſis, nec publicè, nec priuatè fuerit, hic preter pœnas Sac. Canonum, Sanctorum Sacramentorum miniſterio, omnique officio, gradu, ac dignitate ſit priuatus: ad officium aliquod cum cura animarum, & ad Confeſſiones audiendas nunquam ampliùs admittatur, nec reſtituatur: ad Miſſam ce- *De pœna formaliter heretici.*

 le-

lebrandam non poſſit licentiari niſi in Capitulo generali: gradibus verò & officio Prædicatoris non reſtituatur niſi in tertio Capitulo generali ab eo tempore, in quo Sanctæ Catholicę Romanę Eccleſiæ fuerit reconciliatus, dummodò per teſtes graues, ac fide dignos Diffinitorio conſtet, ipſum eſſe verè Catholicum, humilem, ac modeſtum: ad quę omnia ſi fuerit admittendus, per ſecreta ſuffragia admittatur; cùm autem huiuſmodi gradui reſtituitur, ſit vltimus inter omnes eiuſdem gradus.

Pœna ſuſpecti de hęreſi.

5. Siquis verò non conuincitur formaliter Hæreticus, ſed de vehementi ſuſpicione abiurare coactus fuerit, idem de eo ſit iudicium, hoc dumtaxat excepto, quòd in ſecundo Capitulo generali poſſit ſupradicto modo cum eo diſpenſari: ſiquis demum leuiter fuerit ſuſpectus, iudicio Reuerendiſſimi Patris relinquatur. Hęc omnia ſupradicta reſpectiuè obſeruari volumus cum his, qui per Sanctum Inquiſitionis Officium de quacumque hæreſi condemnati fuerint. Quarè præcipimus in meritum ſalutaris Obedientiæ Reu. Patri Procuratori Ordinis, & omnibus alijs Fratribus cuiuſcumque gradus, vel dignitatis, ſeu qualitatis fuerint, ne audeant pro huiuſmodi diſpenſationem aliquam à Summo Pontifice, vel à Dominis Inquiſitoribus quouis modo procurare.

Pręceptũ.

NO-

NOTÆ IN CAPVT X.

† *Loquitur Textus iuxta formam Bullæ Pij IV.* Paſtoris æterni vices : 1. *Aprilis* 1562. *Modò verò aliter diſponitur per Conſtitutionem Pauli Papæ V. perpetuò valituram ; qua huiuſmodi facultas penitus reuocatur, ipſiſque Generalibus, Superioribus, & Prælatis diſtinctiùs inhibetur, vt de cæterò quouis quęſito colore, vel prætextu præuentionis, vel conſuetudinis, & præſcriptionis immemorabilis, ſeu etiam cognoſcendi an delationes huiuſmodi calumnioſæ ſint, nec nè, in eiſdem cauſis tam motis, quàm mouendis quoquo modo ſe intromittere, ſeu miſcere, denunciationes recipere, teſtes examinare, Proceſſus conficere, cauſas ipſas cognoſcere, diffinire, vel terminare minimè audeant, ſeu præſumant. Qui non paruerint, priuationis quarumcumque dignitatum, ſeu Pręlaturarum, vel Officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis actiuæ & paſſiuæ perpetuæque inhabilitatis ad eaſdem, necnon contra fautores Hęreticorum, & impeditores Officij ſtatutas, & inflictas pœnas, aliaſque Cenſuras eccleſiaſticas, etiam Excommunicationis maioris latæ Sententiæ, à qua nonniſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium va-*

leant obtinere, eo ipſo incurrunt. Romanus Pontifex: *Romæ apud S. Marcum Kalendis Septembris 1606. In Bullario Romæ recuſo anno 1617.*

CAPVT XI.

De Libraria, & cuſtodia librorum.

Libri nullo pacto alienandi.

1. Statuimus & ordinamus, quòd nullus Prior localis, etiam toto Conuentu conſentiente, ſed nec Prior Prouincialis, accedente conſenſu Capituli prouincialis, librum, vel libros cuiuſcumque communis Librariæ noſtrorum Conuentuum det, vendat, aut quouis quęſito colore alienet, aut etiam impignoret, vel huiuſmodi licentiam concedat, vel aſſenſum præbeat ſub pœna priuationis officij, gradus, & honoris: quarè innouamus diffinitionem factam in Capitulo generali Montiſpeſuli celebrato Anno Domini 1324. quæ ſic habet.

Pręceptũ cum Excõmunicatione.

2. *Cùm pro Ordinis promotione, ſtatu, & honore noſtra Religio libris aptis ad Studium non habeat theſaurum chariorem, diffinimus & ordinamus, vt omnes libros pertinentes ad Librariam communem cuiuslibet Conuentus ſine diſtractione qualibet conſeruentur: inhibentes in virtute ſanctæ Obedientiæ Prioribus, Procuratoribus, ac etiam Officialibus cuiuslibet Con-*

Conuentus, ne aliquem librorum prędictorum alienare, vel ſubpignorare pręſumant. Quicumque contrarium ſecerit, illum, vel illos, trina monitione præmiſſa in his ſcriptis Excommunicationis vinculo innodamus, & vlteriùs contra prędicta temerè facientes per Prouincialem arceantur ad plenam reſtitutionem librorum deſtructorum. Hæc ibi. Permittimus tamen, vt libri Conuentus poſſint accommodari Religioſis, & perſonis honeſtis, habita tamen cautione, ne poſſint amitti, vel cedula relicta, & de licentia Prioris, & Patrum Conſilij conſenſu.

3. Si tamen aliqui ſint libri, qui Fratrum vſui fuerint inutiles, aut quidam ex eis eſſent duplicati, tales de expreſſa licentia Prioris Generalis, vel Capituli prouincialis vendi poterunt; ita tamen vt pretium venditorum plenè, & abſque diminutione in alios libros conuertatur; vel cum alijs libris vtilioribus & neceſſarioribus poterunt commutari. Nullus etiam Frater vendat librum ſibi datum à quocumque, vel qualitercumque extra Ordinem, nec aliquo modo alienet abſque ſui Superioris licentia, quam ipſe non concedat niſi cauſa neceſſaria & rationabili interueniente, ſub pœna grauioris culpę, aliter alienanti infligenda; incautè verò concedens licentiam à ſuo Superiore debitè puniatur.

Libri duplicati quomodo vendi poſſunt.

4. De-

4. Debet etiam ordinari Librarius, ſiue Cuſtos Librariæ, cuius Officium erit habere curam, quantùm in ſe fuerit, vt habeatur locus ſecurus, & benè aptus, vel Armarium ligneum pro Libraria, in quo collocare debet libros Conuentus ſeparatim ſecundùm varietatem facultatum, & illi qui fuerint eiuſdem facultatis, ordinatè, & non confuſè: ſcribatque in vnoquoque volumine cuiuſmodi liber ſit, & quid in eo contineatur, & in principio cuiuslibet libri infra ſpatium vigintiquatuor horarum, quo Bibliothecæ fuerit incorporatus, ponatur hic titulus: *Iſte liber eſt talis Conuentus Ordinis Erem. S. P. Auguſtini*, & ſi fuerit dignum, quòd dator libri in memoria habeatur, addatur: *quem dedit talis*: vel, *qui fuit talis Fratris iam defuncti*.

Cuſtos Librarię.

5. Procurare debet huiuſmodi Cuſtos, vt adſint Tabulæ, vna quidem vniuerſalis totius ſcilicèt Librarię, & alię particulares, quæ applicandæ erunt ſingularibus banchis, vel interſtitijs, vt faciliùs ſciatur, vbi poſſit inueniri quod quæritur. Ipſius etiam intereſt tenere Librariam mundam & coaptatam, & ſæpè à libris puluerem excutere: dare etiam operam, vt libri communes augeantur, & qui non habentur in omni genere facultatum, habeantur, & hoc meliori modo quo poterit, & vt illi, qui iam habentur

De Librariæ Catalogo.

tur, reparentur, cooperiantur, & benè ligentur: atque etiam cauere impoſterùm ab ijs, quę inuenerit libris nocuiſſe: Fratres verò qui libros deturpauerint, vel in illis aliquid propria authoritate ſcripſerint, vel deleuerint, vel in aliquo alio malè tractauerint, debet admonere, & ſi neceſſe fuerit ſuo tēpore & loco proclamare: ſollicitus prætereà ſit de clauſura Librariæ, vel Armarij, clauem apud ſe teneat & aperiat, & claudat quandocumque opus fuerit.

6. Nullus verò aliquam perſonam extraneam introducat in Librariam abſque Ven. Prioris licentia, & Cūſtodis ſcitu, ſub pœna vnius diſciplinę pro qualibet vice: cùm autem introducendus fuerit aliquis extraneus, ſit ibi præſens Cuſtos, nec aliquem extraneum introductum ibi ſolum manere permittat, ſub eadem pœna: frequenter libros viſitet, & videat ne aliqui deperdantur, quòd ſi aliquem inuenerit deeſſe, debet diligenter ſollicitare, vt reinueniatur. Extranei non intromittendi ſine licentia.

7. Quando aliquis Frater voluerit extrahere aliquem librum ex Libraria, ſcribet manu propria in libro ad hoc deputato, hoc modo: *Ego N. tali die extraxi ex Libraria talem librum, vel tales libros*: quòd ſi aliquis abſtulerit libros, & prædictam notam manu ſua non reliquerit ſcriptam, Cuſtos teneatur denunciare Priori, qui illi pro prima vice Fratres extrahere poſſunt ad vſum.

in-

indiſpenſabiliter imponat pœnam comedēdi in terra, quod ſi ſæpiùs fecerit, extrahendi facultate priuetur: cùm autem libros reddiderit, coram ipſo delere Cuſtos memoriale ſupradictum debet, ne confuſio aliqua oriatur.

Libri bis in anno colligendi.

8. Item bis in anno debet omnes libros colligere, & ad Librariam reportare ad videndum ſi aliquo indigeant, & ſemel in anno, ſcilicet poſt Paſcha immediatè rationem reddet de omnibus libris Suppriori & Depoſitarijs per Inuentarium Librariæ, cuius tranſumptum in Depoſito eſſe debet: hoc idem faciet quandocumque officio ceſſerit.

SEXTA

Digitized by Google

SEXTA PARS

DE CVLPIS, AC POENIS EIS DEBITIS.

CAPVT I.

Quando debet fieri Capitulum de culpis, & de modo in eo ſeruando.

1 SINGVLIS ſextis Ferijs Capitulum de culpis abſque vlla diſpẽſatione in vnoquoq; Conuentu noſtri Sac. Ordinis, ſiue multos, ſiue paucos habeat Fratres, omninò fieri pręcipimus & mandamus, niſi fortè ipſa die aliqua magna occurrat Solemnitas; tunc enim fiet in Vigilia ipſius Solemnitatis: fiet autem hoc modo & ordine. Capitulum de culpis.

2. Immediatè poſt Miſſam conuentualem, vel hora qua Priori videbitur, ad ſignum campanulæ ter pulſatæ Fratres omnes conuentuales, atque etiam hoſpites, exceptis Prioribus aliorum Conuentuum ad Capi- Forma, & tempus Capituli.

pitulum conueniant, & inclinantes ad Altare, vel Crucem, ſeu Imaginem, vadant ad loca ſua, & abſque genuflexione ordinatè ſedeant, ſecundùm conſuetum ordinem præcedendi, idque vbicumque Fratres conuenerint, ſeruari volumus: & ſi Prior, vel vicem eius gerens poſteà venerit, omnes ei reuerenter aſſurgant (quod vbique fieri debet) qui ſedeat in medio tituli, ſeu in ſede ante medium Altaris, itaut Fratres verſis vultibus ad Imaginem, vel Crucem, dicant Deo & Prelato culpas ſuas.

Modus inchoandi Capitulum

3. Prior ſedendo dicat, *Adiutorium &c.* Fratres omnes ſurgentes reſpondeant: *Qui fecit* &c. Prior dicat, *Benedicite*; Conuentus reſpondeat: *Deus*; & inclinet ad benedictionem, quam Prior det, dicens: *Dominus vos bene✠dicat, & ab omni malo defendat, & ad finem perfectum perducat, & fidelium animę per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.* Poſt datam huiuſmodi benedictionem, ſiquis venerit, coram Priore inclinet, & erectus ſtet, quòuſque ad locum ſuum Prior eum ire innuerit: ſi verò non fuerit Sacerdos priùs genuflectat, & poſteà ſtet erectus &c.

Exhortatio Spiritualis.

4. Sedentibus omnibus legat Prior de Regula, vel Conſtitutionibus, ſiue Diffinitionibus, ſeu ordinationibus quantum ſibi videbitur expedire: lecta verò ita clarè expli-

plicet, vt omnes qui adfuerint ea perfectè intelligant; deinde admoneat Fratres, ſi opus fuerit, de aliquibus ad honorem Dei, honeſtatem Ordinis, & Fratrum correctionem pertinentibus.

5. Poſteà dicat: *Agamus de culpis;* quo audito omnes ad terram ſe proſternant, & Prior interroget: *Quid dicitis*?? reſpondeant ſinguli, *meam culpam*: tunc Prior dicat, *ſurgite*; & omnes ſurgant & ſedeant, & dicat Prior, *Egrediantur Nouitij*: priùs tamen ipſos poterit de negligentijs & culpis eorum, ſi viſum ei fuerit, reprehendere & corrigere: licitum erit etiam alijs Fratribus Nouitios proclamare in Capitulo; non tamen moleſtandi erunt in aliquo pro defectibus, ſeu negligentijs, quas in principio ſtatim committunt. Nouitius autem vt ſenſerit ſe notari, vel reprehendi, proſtratus iaceat quamdiù Prior dixerit. Egreſſis Nouitijs ad iuſſum Prioris, egrediantur ſimiliter hoſpites, ſi adfuerint, quos tamen Prior, ſi ſibi videbitur & caſus emerſerit, priuſquàm egrediantur arguere & corrigere poterit, qui vt ſe notarì ſenſerint, genuflectant, quòuſque Prior dixerit.

Corrigendi Nouitij

Corrigendi & Hoſpites.

6. Egreſſis hoſpitibus, dicat Prior: *Qui ſe reos cognouerint, veniam petant*. Continuò qui ſe reos exiſtimauerint, ante Priorem genuflexi, ſubmiſſo capite humiliter ſe ac-

Rei veniã petant de defectibus publicis.

cuſent de defectibus manifeſtis(nullus enim de occultis in Capitulo ſe tenetur accuſare) commiſſis contra Regulam, Conſtitutiones, vel ordinationes, ſeu diffinitiones noſtri Sac. Ordinis, & accuſantes ſe terram manu tangant, & pectus percutiant: vel ſi ſe accuſare neglexerint, à Priore vocentur, ſeu ab alijs charitatiuè proclamentur: mitiùs verò ſemper agatur cum ijs, qui ſe ſpontè accuſauerint; nam culpa leuior efficitur, quæ confeſſione voluntaria aperitur. Obſeruandum tamen eſt, ne duo ſimul procedant ad petendum veniam, niſi ambo proclamati, vel vocati fuerint, ſed vno genuflectente, & ſeipſum accuſante, cæteri ſedeant donec finierit.

Nullus loquatur ſine venia. 7. Nullus autem in Capitulo loquatur ſine licentia Prioris petita per verba *Benedicite Pater*; niſi vel culpam ſuam dicendo, vel Priori ad interrogata reſpondendo.

Nullus loquatur ſedendo. 8. Nullus item ſedendo loquatur, cuiuſcumque ſit authoritatis, ſed ſemper ſurgant, quando loqui, vel ad loquendum licentiam petere voluerint, nec Prior aliquem ſedere iubeat ad loquendum, niſi ſit Magiſter in Sacra Theologia. Siquis autem ſine licentia loquatur, vel etiam licentia petita & obtenta modum exceſſerit, niſi ad iuſſum Prioris ſtatim omninò ſiluerit, à Capitulo expellatur, à quo exire ſilenter ſine

mora

mora teneatur, quod ſi noluerit, diſciplina ei ſtatim imponatur: omnes namque ibi reuerenter ſe habere tenentur, cùm iudicium Capituli imago quædam ſit Iudicij Diuini futuri.

9. In proclamationibus autem culparum hunc modum ſeruari volumus, vt petita licentia loquendi à Prælato, dicat proclamans ſtans non exaggerando verba, ne eius accuſatio ſit accuſabilis: ***Frater N. debet dicere ſuam culpam***; & tunc illo, qui proclamatus fuerit, ſurgente, & ſi non fuerit Sacerdos genufle&tente, ſi non recordetur ſubiungat proclamãs: ***Recordetur F. N., quòd tali die, tali loco, tale quid dixit, vel fecit, ſeu facere omiſit***. Tunc proclamatus genibus flexis humiliter dicat ſuam culpam, vel petita ſupradicto modo licentia modeſtè ſe excuſet: non enim volumus, vt aliquis culpam ſuam, vel alterius in Capitulo pertinaciter, vel furibundè præſumat defendere ſub pœna grauis culpę. **Modus proclamandi.**

10. Si autem proclamatus negauerit, vel ſe excuſauerit, proclamans non inſtet, niſi iuſſus, vel interrogatus à Priore: in proclamante enim apparere debet charitas & modeſtia: vterque verò ſermonem ſuum dirigat ad Priorem, nec mutuò loquantur, ne forte (quod abſit) in Capitulo contentiones oriantur, & culpę culpis addantur, & locus **Modeſtè proclamãdum.**

correctionis fiat locus corruptionis. Proclamans vno contextu omnia proponat.

11. Item in eodem Capitulo nullus ampliùs, quàm de tribus culpis proclamet, benè poterit tamen vnus de eadem culpa ſimul plures proclamare: plures autem quàm tres eumdem Fratrem in eodem Capitulo non proclament. Caueat autem vnuſquiſque, ne ſe proclamantem in eodem Capitulo proclamet, nec foris ſuper hoc cum eo contendat, ſed ſe totum ad emendationem diſponat.

Contentio caueatur.

12. Nullus in Capitulo de defectibus, qui ibi manifeſtantur, audeat ridere, ſed potiùs compatiantur, & pro eis orent. Prior pro culpis; de quibus Fratres confeſſi, vel conuicti fuerint, ſecundùm Statuta Ordinis pœnitentiam imponat: iuſtitiam autem eius, qui præeſt, debet comitari diſcretio, pietas, & manſuetudo.

Charitas commendatur.

13. Si verò alicuius culpa talis fuerit, vt diſciplina ſit dignus, Prior det illam, vel alius de eius mandato, dummodò non ſit inferioris ordinis; tunc verò præcipuè alio committenda erit impoſitio diſciplinæ, quãdo ſe Prior erga aliquem ſubiratum eſſe cognouerit: *Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur*: &, *Ira non habet miſericordiam*: nullus autem in hoc renuat obedire Priori.

Impoſitio pœnitentię.

Iacob. 1. 20.

Prouerb. 27. 4.

14. Quòd ſiquis ſuperbia ductus cul-

culpam ſuam non cognouerit, vel Ordinis diſciplinam ſubire noluerit, vel quouis alio modo Priori ſuo obedire renuerit, Prior intra propriam Cellam eum includi pręcipiat, & poſteà mittat ad eum ſucceſſiuè aliquos ex ſenioribus, qui pijs ſermonibus & blandis exhortationibus ad ſatisfactionem illum inducant: ſi autem ipſe (quod Deus auertat) expectatus per diem & noctē, & exhortatus primò, ſecundò, & tertiò, obſtinati cordis extiterit, ſatisfacere, obedire, vel ſe cognoſcere nolens, Prior in carcerem eum conijci faciat, vbi ſecunda, quarta, & ſexta Feria in pane & aqua ſine diſpenſatione ieiunet, quòuſque reſipiſcat, vt ſic fortaſſis pœna oculos aperiat, quos culpa clauſerat: cùm verò ad ſe reuerſus clamauerit: *Pater peccaui in Cœlum, & coram te*: è carceribus educatur, & pœna culpæ commiſſæ debita ſecundùm Ordinis Statuta puniatur.

Modus coercendi inobedientes.

Luc. 15. 21.

15. Quibus expletis, vel ſi de particularibus culpis nihil occurrat dicendum, Supprior vel antiquior Sacerdos ſi ipſe non adfuerit, in medio Capituli genuflexus, pro omnibus Patribus Conuentus humiliter & diſtinctè, ſic quòd ab omnibus intelligi poſſit, veniam pętat, & dicat hoc modo. *Reuerende Pater dico Deo & vobis meam culpam pro me, & pro omnibus Patribus huius Conuentus, de omnibus & ſingulis defectibus, &*

Supprior veniam petat.

tranſgreſſionibus Regulæ, Conſtitutionum, & omnium præceptorum Ordinis noſtri, huiuſque Conuentus, & pæto veniam à Deo & vobis. Interim verò omnes Sacerdotes ſtent inclinati, capitibus dete&tis: Prior iniungat eis Pſalmum: *Laudate Dominum omnes gentes:* quem ſtatim ſic inclinati dicant.

16. Poſteà ſurgat antiquior ex Profeſſis, & in medio Capituli genuflexus & inclinatus dicat idem pro ſe, & pro omnibus ſocijs ſuis illius Conuentus, & venia petita terram humiliter deoſculetur: interim cæteri Fratres non Sacerdotes in locis ſuis genufle&ãt, quibus iniungat Prior: *Pater noſter, & Aue Maria*: quo di&o ſurgant & ſedeant.

Item antiquior ex Profeſſis.

17 Dicat deinde Prior: *Recitentur beneficia*; & Procurator ac Sacriſta, vel quiuis alius Frater, ſi ad eorum manus aliquæ notabiles eleemoſynę peruenerunt, eas, quales, & quantę, & quarè, & à quibus datæ ſint, ibidem in Capitulo coram omnibus declarent, & dicant, vt perſonæ huiuſmodi, à quibus, vel pro quibus datæ ſunt, deuotè Fratribus commendentur: quibus recitatis, vel licèt non recitentur, adiungat Prior legendo in Conſtitutionibus hæc præciſa verba.

Memoria Benefa&orum.

18. *Multa ſunt beneficia, Patres, & Fratres in Chriſto dile&iſſimi, quæ quotidiè nobis à Domino Deo per Fideles ſuos miſericorditer con-*

Legenda à Priore.

conferuntur, quibus viuimus, ſuſtentamur, & recreamur: vnde ne Domino Deo, & Benefactoribus noſtris inueniamur ingrati, commendo Sacrificijs & Orationibus veſtris Summum Pontificem N., Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Protectorem, Reuerendiſſimum P. Priorem Generalem, & Reu. Procuratorem ac Aſſiſtentes, & omnes Prouinciales, Priores & Prioriſſas, Fratres, ac Moniales totius Ordinis noſtri: commendo etiam vobis Sereniſſimum Regem noſtrum N., Dominum quoque huius dominij, ſub quo viuimus, ac omnes Benefactores, amicos, Confratres, ac familiares iſtius Prouinciæ N. & præcipuè huius Conuentus. Omnes item habitatores iſtius Ciuitatis, vel *diſtricti, maximè illum,* vel *illos, qui in præſenti Capitulo recitatus fuit,* vel *recitati fuerunt. Multæ etiam ſunt perſonæ, quæ in tribulationibus & anguſtijs poſitæ ſæpè rogant commendari Orationibus veſtris, habentes deuotionem & fiduciam in eis, illas igitur omnes, & ſingulas ſecundùm earum fidem vobis commendo. Præterea commendo Sacrificijs & Orationibus veſtris animas omnium Fidelium defunctorum: in particulari verò animas Parentum noſtrorum, Fratrum, & Sororum, ac amicorum Ordinis noſtri, & Benefactorum, qui nobis annuales, vel quotidianas eleemoſynas reliquerunt, vel pro quibus à ſuis nobis collatæ ſunt, & conferuntur. Inſuper commendo animam Fratris N.* vel *talis perſo-*

ne, quæ his diebus ex hac vita migrauit. Et ſiquæ eſſent obligationes, vel eleemoſynę datæ pro aliquibus animabus, pro quibus non eſſet plenariè ſatisfactum ob aliquam negligentiam, vel obliuionem: Ego accepto eas ad participationem Miſſarum, & omnium bonorum noſtrorum donec fuerit pro eis ſatisfactum coram Domino Deo. Pro quibus omnibus, & alijs meritò nominandis tam viuis quàm defunctis, dicamus: Prior ſurgens dicat Orationem, *Retribuere* &c. Deinde Cantor incipiat: *Ad te leuaui* &c. *Kyrie eleiſon* &c. Prior: *Et ne nos* &c. *Saluos fac. Domine exaudi. Dominus vobiſcum. Oremus: Prætende &c. De profundis &c.* vt in cap. I. Primæ Partis continetur.

Qui vocem habeant in Capitulo Conuentus

19. Tunc ſiquid debet Vocalibus proponi, dicat Prior; *Egrediantur omnes vocem non habentes*: qui ſtatim, nemine excepto, egredi teneantur: in Capitulo autem Conuentus nullus vocem habebit, qui non ſit Sacerdos, & qui à die Profeſſionis ſuę in noſtra Religione tertium annũ non compleuerit. In fine dicat Prior: *Sit nomen Domini* &c. & tunc Fratres bini & bini in medio ad Imaginem, vel Crucem inclinantes, ordinatè egrediantur. Siquis autem ob aliquam ineuitabilem occupationem Capitulo non interfuerit, in Refectorio coram Priore, & non longè ab eo dicat genuflexus: *Reuerende Pater* &c. & à Prio-

à Priore pœnitentia ei imponatur.

CAPVT II.

De pœnis in genere; ac ſententia Excommunicationis.

1. CVm pręcipua infligentium pœnas intentio debeat eſſe peccantium correctio, Prælati Ordinis noſtri diligenter procurent, vt ij quos puniunt, pœnis meliores ac cautiores reddãtur: quod fiet certè cũ eos tamquàm filios corripuerint, oſtendentes eis amorem etiam in verbis, & quęrentes ab eis rationem facti, quaſi eam deſiderantes, vt occaſionem non puniendi inueniant: quapropter eos ſæpè moneant, hortenturque ad patientiam, & mœrentes conſolentur: corripiant denique eos, *tamquàm ſpirituales in ſpiritu lenitatis, conſiderantes ſeipſos, ne & ipſi tententur.*

Modus corrigendi.

Galat. 6. 1.

2. Illi verò quibus pœnitentię Ordinis fuerint iniunctæ humiliter eas acceptent, & patienter adimpleant,& à culpis ſe emendare procurent cum vero profectus deſiderio. Quandocumque autem aliquis Sacerdos à Superiore ſuo extra Capitulum reprehenditur etiam ſine culpa, terram manu tangat,& pectus percutiat, & humiliter vel ſuam confiteatur culpam, vel religiosè ſe excuſet; Si

Modus accepiendi correctionem.

verò non fuerit Sacerdos genuflectat, & ſimiliter faciat, nec ſurgat niſi iuſſus à Superiore.

Ante ſententiam detur locus defenſioni

3. Cuicunque Fratri, cui pœnitentia debet imponi, dicatur priùs, quarè ei talis pœnitentia imponatur, & ante Sententiam detur ei locus debitę defenſionis: contra facientes grauiter puniantur, & Sententia taliter data, & pœnitentia contra hanc formam impoſita, nulla ſit ipſo facto.

Pœnæ & culpæ proportio.

4. Si autem aliquando contingat aliquod graue delictum ab aliquo perpetrari, cuius pœna in Conſtitutionibus non ſit taxata, Prior iuxta delicti grauitatem, conſulto, ſi propè aderit, Prouinciali, ſin minùs Patribus Deputatis ſui Conuentus, eam poterit taxare, atque imponere. Prior verò Prouincialis in ſimili caſu idem faciat de conſilio Prioris localis. Oportet tamen huiuſmodi pœnas in Conſtitutionibus non taxatas per alias taxatas, parum plus, vel minus, regulare.

Pœna impedientis correctionem.

5. Item ſtatuimus, vt nullus impedire audeat correctionem alicuius, vel inquiſitionem, ſub eadem pœna quam reus ſubire deberet. A pœnitentijs iniunctis ab aliquo Superiori nullus ei inferior poteſt abſoluere, nec in eis diſpenſare abſque eiuſdem ſpeciali licentia.

6. A Sententijs Excommunicationis latis

tis in Conſtitutionibus, vel diffinitionibus, ſiue Statutis Superiorum, vel à Iure prouenientibus Prior localis abſoluere, & abſolui poſſit, niſi ſit in ipſis Conſtitutionibus, vel Statutis abſolutio ſpecialiter alteri Superiori reſeruata. A Sententia verò Excommunicationis contra aliquem in particulari, vel in aliquo ſpeciali caſu, & pro illa ſola vice promulgata non poſſit abſoluere, niſi ferens Sententiam, vel alius de eius mandato, ſeu commiſſione.

A quibus Cenſuris Prior abſoluere poteſt.

7. Quicumque verò contrafecerit, præter hoc quòd abſolutio penitus irrita, & nullius erit valoris, officio, gradu, & omni dignitate, quam tunc habuerit priuetur vſque ad diſpenſationem illius ad quem talis abſolutio pertinebat, vel Capituli prouincialis.

Pœna malè abſoluentis.

8. Omnis autem excommunicatus Excommunicatione maiori non ingrediatur Eccleſiam, Capitulum, vel alia loca communia, ſed nec ad electiones, vel conſilia quælibet admittatur; quininò quamdiù ſic ſteterit, ab omnibus euitetur.

A quibus abſtinere debet Excommunicatus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT III.

De pœna deſtruentium, falſificantium, vel alterantium litteras, vel Sigilla Officialium noſtrorum, necnon & priuilegia Ordinis noſtri, & de pœna aperientium, ſiue occultantium eorumdem litteras.

1. NVllus Frater litteras falſas Reuerendiſſimi Prioris Generalis, Reu. Procuratoris Ordinis, vel alicuius alterius Superioris Ordinis noſtri, vel eorumdem falſa Sigilla per ſe, vel per alium audeat conficere, vel tenere, vel eis vti, nec eorum veras litteras audeat falſificare, hoc eſt, demere, vel adddere aliquid in eis, quod ſenſum & tenorem litterarum immutet, nec clauſas audeat malitioſè aperire.

2. Siquis verò contrafecerit, illum ex nunc prout ex tunc, trina canonica monitione premiſſa, in his ſcriptis (licèt inuiti) Excommunicationis vinculo innodamus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Paduæ celebrato Anno Domini 1281. & præterea pœnæ grauiſſimæ culpæ per menſem ſine diſpenſatione ſubiacebit, ac ineligibilis per triennium ad omne officium Ordinis permanebit.

Excommunicatio cōtra falſificantes.

3. Ei-

3. Eidem pœnæ ſubiaceat qui publica Inſtrumenta in fauorem totius Ordinis, aut alicuius Prouinciæ, ſeu domus deſtruere, alienare, falſificare, ſeu occultare fuerit auſus.

4. Qui verò Indulgentias, vel Priuilegia Sedis Apoſtolicæ in fauorem Ordinis falſificare auſus fuerit, vltra pœnas impoſitas, in pœnas contentas in Bulla Cœnæ Domini ſe nouerit incurriſſe.

5. Item qui litteras Reuerendiſſimi Prioris Generalis, Reu. Procuratoris Ordinis, vel alicuius alterius Prelati noſtri Ordinis tam eas quę ipſi ad alios miſerint, quàm eas, quæ ad ipſos ab alijs mittentur, deſtruere vel occultare præſumpſerit, pœnę grauioris culpæ per menſem ſubiacere ſine diſpenſatione cogatur. Pœna occultantium litteras Superiorum

CAPVT IV.

De pœna iniungenda ei, qui animo irato aliquem percuſſerit.

1. ORdinamus, quòd ſi aliquis Frater animo irato alicui percuſſionem comminatus fuerit, pœnam grauioris culpæ per hebdomadam ſuſtinere cogatur; & ſi percuſſerit aliquem Fratrem manu, ſubiaceat ſupradictæ pœnæ per quindecim dies; ſi verò Pœna comminantis percuſſionem. Percutientis.

rò percuſſerit eum ligno, vel lapide, ſeu aliquo alio abſque vllius partis corporis graui læſione, per menſem eidem pœnæ ſubiaceat; Si verò aliquem extraneum percuſſerit, pœnę ſubiaceat ſupradictæ per duos menſes; & tantum in prędictis pœnis augeatur, quantum Priori de conſilio Patrum viſum fuerit expedire, iuxta qualitatem perſonæ percutientis, & perſonæ percuſſæ, & percuſſionis, ac ſcandali magnitudinem; At verò ſi ex percuſſione grauis aliqua læſio inferatur, percutiens pœnam culpę grauiſſimę per duos mẽſes ſuſtineat, ac per triennium vtraque voce careat.

Mutilantis membra.

2. Si autem ex percuſſione mutilatio membri, vel vulnus enorme, ſeu mortale inferatur, & mors minimè ſubſequatur, eamdem pœnam per ſex menſes abſque vlla diſpenſatione ſuſtineat, & per quinquennium voce careat: aggrauentur etiam iſtæ pœnæ penſatis circumſtantijs, prout ſupra dictum eſt.

6. p. cap. 2. n 4.

Pœna homicidæ.

3. Si verò vſque ad homicidium (quod Deus auertat) aliquis dilaberetur, talem volumus, & omninò decernimus perpetuò carceri mancipari, & quòd ſingulis ſeptimanis ſecunda, quarta, & ſexta Feria panis & aqua ſolùm ſine aliqua diſpenſatione ei miniſtretur.

4. Quòd ſiquis ad tantam ſæuitiam venerit,

nerit, vt poſt tertiam vicem diuerſis temporibus Fratrem aliquem, vel aliquos grauiter percuſſerit, etiam abſque membri læſione, vel ſanguinis effuſione, peracta pœnitentia ſecundùm differentiam percuſſionum in capitulo iſto poſita, hæc ſuperaddatur, vt ad omne Officium Ordinis ineligibilis permaneat, quòuſque ſit cum eo per generale Capitulum diſpenſatum, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1284. *Pœna recidentis.*

5. Item quicumque Frater in ſuum Priorem vel Prelatum manus iniecerit violentas, præter pœnam taxatam, voce vtraque perpetuò abſque vlla ſpe diſpenſationis careat, quam etiam Conſtitutionem ad complices & fautores percuſſionis & iniectionis violentarum manuum volumus extendi. *Pœna manus injicētium in Prelatum.*

6, Item precipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſalutaris Obedientie, vt nemo cuiuſcumque gradus vel dignitatis exiſtat, ſub quouis pretextu aut occaſione deferre audeat vel præſumat, aut apud ſe in cubiculo tenere, ſeu ſeruare cuiuſcumque generis arma, etiam ad particulare commodum aut venationem ſtrepitoſam ſpectantia: excipimus tamen cultellos, ſeu gladios ad communes vſus, dummodò palmi vnius menſuram non excedant, prout declaratum fuit in Capitulo generali Rome celebrato Anno *Præceptū de Armis non portādis.*

Do-

Domini 1625. Permittimus tamen in Conuentibus, qui ſunt in ſiluis, latronum, ſeu inimicorum incurſionibus expoſiti, ad defenſionem, vbi opus fuerit, arma retineri poſſe, ſub claui tamen, quę ſit penes Ven. Priorem, & non aliter, prout declaratum fuit in Capitulo generali ibidem celebrato Anno Domini 1685.

7. Siquis autem Frater inuentus fuerit portare, vel quouis modo habere arma, propter quæ meritò ſit ſuſpectus, ipſo facto pœnæ grauiſſimæ culpę per menſem ſit adiudicatus.

CAPVT V.

De pœna incidentium in aliquem lapſum Carnis.

Pœna fornicarij.

1. QVi Voti à ſe emiſſi, & profeſſionis ſuę oblitus fornicationis crimine ſe maculauerit, de huiuſmodi culpa ſufficienter conuictus, vel etiam proprio ore confeſſus, pœnę culpæ grauiſſimæ per menſem ſubiaceat, ac voce per triennium priuetur, ac poſt dictũ menſem à Conuentu & loco illo omninò mutetur, & ad locum illum vlteriùs non mittatur, niſi per longa poſteà tempora ita religioſè conuerſatus fuerit, vt Diffinitores Capituli prouincialis rationabile ducant cum eo diſpenſare.

2. Quod

2. Quod ſiquis laxatis habenis carnali concupiſcentiæ obſequutus, in grauiora etiam carnis ſcelera (quod Deus auertat) & in abominabiles turpitudines (quę inter nos nec nominari quidem decet) prolapſus fuerit, hunc iuxta grauioris ac fœdioris criminis genus, & iuxta aggrauantes circumſtantias, grauioribus etiam pœnis plecti volumus, ita ſcilicet, vt iuxta menſuram delicti ſit & plagarum modus, ad perpetuam vſque incarcerationem, & ſuſpenſionem à miniſterio Altaris, necnon ad priuationem omnium graduum, & vocis actiuę & paſſiuæ in perpetuum, ſi in profundum fœditatis ac turpitudinis ſe immerſerit.

CAPVT VI.

De pœna reuelantium ſecreta Ordinis, vel Confeſſionis.

1. SI Frater aliquis Ordinis noſtri cuiuſcumque Capituli, ſeu etiam domus eiuſdem Ordinis, alicui extraneo ſcienter, & ex deliberatione ſecretum reuelauerit, pœnam grauioris culpæ per quindecim dies pro qualibet vice ſuſtinere ſine aliqua diſpenſatione efficaciter compellatur, & voce careat per annum. Secretum verò Capituli, ſeu Domus, intelligimus cauſas infamatorias, — Quid ſit ſecretum Ordinis.

torias,

torias, vnde Ordo noſter, Prouincia, ſeu Cõuentus, aut Frater aliquis particularis notabiliter infamari poſſit.

Extraneis perſonis nil reuelãdum.

2. Nihil igitur de Religione noſtra, ſeu domo, vel quouis Fratre extraneis perſonis reuelari, aut manifeſtari, ſiue dici debet, niſi id quod ad Dei gloriam & honorem, ad Religionis ac Fratrum decorem, & audientium ædificationem pertinet: ſecretum etiam dicimus quidquid Prior Reuerendiſſimus Generalis, vel alij Superiores præceperint ſecretum haberi; extraneos autem dicimus, quotquot non ſunt noſtræ profeſſionis, vel ſub debita obedientia Reuerendiſſimi Patris Generalis non degunt, exceptis Illuſtriſſimis Prȩlatis, qui fuerunt ex noſtris.

Pœna reuelantis Confeſſionem.

3. Sacerdos verò qui tanta fuerit fraude diabolica obcœcatus, quòd ex alicuius Confeſſione ſibi facta in foro pœnitentiali præſumpſerit aliquid directè vel indirectè quouis modo reuelare, ſi de huiuſmodi ſcelere ſit conuictus, ſtatim ſine aliqua diſpenſatione pœnȩ grauiſſimȩ culpæ per quatuor menſes ſubiaceat: item authoritate audiendi confeſſiones eo ipſo perpetuò ſine vlla ſpe diſpenſationis ſit priuatus, & in perpetuum pariter voce careat.

Digitized by Google

CAPVT VII.

De pœna falsò accuſantis, & falſi teſtis.

1. LIcèt via malignantium, & iniquitas peruerſorum nulla poſſit lege, ſeu mandato prçcludi, tamen ad hoc, quantùm in nobis eſt, tenemur ſollicitè vigilare. Quarè ſtatuimus & ordinamus, & omnes ac ſingulos Fratres noſtri Ordinis primò, ſecundò, & tertiò monemus, & eiſdem ſtrictè præcipimus per Obedientiam ſalutarem, & ſub Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, vt nullus ex eis Fratrem aliquē, vel Prçlatum falsò coram aliquo Superiore, vel Officiali noſtri Ordinis, ſeu alio quouis Iudice, Prælato, ſeu Officiali, aut Principe accuſet, vel contra aliquem falſum teſtimonium reddat, vel falſum teſtem det, ſeu inducat, vel dari faciat, vel falsò iuret, ſeu iurare faciat in iudicio. Prçceptum cum excõmunicatione contra falsò accuſantem.

2. Quòd ſiquis tanta peruerſitate & ſuggeſtione diabolica fuerit obcœcatus, quòd contra hoc prçceptum præſumpſerit quouis modo facere, trina canonica monitione præmiſſa ex nunc prout ex tunc in his ſcriptis (licèt inuiti) Excommunicationis vinculo innodamus, & ipſum ipſo facto excommunicatum eſſe decernimus & declaramus:

Digitized by Google

quod intelligi volumus de falſo infamatorio, prout declaratum fuit in Capitulo generali Romæ celebrato Anno Domini 1292.

Pœna falsò infamātis.

3. Addentes inſuper quòd quicumque fuerit de tali malitia & temeritate conuictus, per menſem pœnæ grauiſſimę culpæ ſubiaceat, nec impoſterùm eius teſtimonium vnquàm in Iudicio admittatur, nec in Viſitationibus vocetur, niſi ad audiendum culpas ſuas, & pro infami habeatur, careatque voce in perpetuum, niſi cum eo per tria Capitula prouincialia diſpenſetur: Siquis verò aliquem Fratrem de crimine aliquo coram quouis noſtri Ordinis Prælato, vel Iudice accuſauerit, & in probatione defecerit, pœnam ſubeat tallionis.

CAPVT VIII.

De pœna ſurripientium.

1. SIquis Frater aliquid ab aliquo etiam minimum furatus fuerit, à Priore loci diſciplinis, & alijs pœnis efficaciter puniatur: ſi verò circa quantitatem aut valorem vnius aurei alicui perſonę, vel loco aliquid furtiuè ſuſtulerit, rem reſtituere compellatur, & pœnę grauiſſimæ culpę per menſem omninò ſubiaceat: Si verò maioris valoris fuerit furtum, eadem pœna reſpectiuè augeatur.

2. Siquis

2. Siquis autem Calices, vel aliqua Eccleſiæ ornamenta furari præſumpſerit, pœnam ſubeat culpæ grauiſſimę quòuſque poſt ſex menſes, & non anteà per prouinciale Capitulum cum eo fuerit diſpenſatum; eidem pœnæ ſubiaceat, qui arcam Depoſiti confregerit, vel clam aperuerit, & ille etiam, qui inuentus fuerit habere aliquod inſtrumentum, vel adulterinas claues, quibus poſſit ſeras vel arcas aperire, niſi ſe canonica purgatione purgauerit. Pœna ſacrilegi.

3. Volumus autem quòd qui de furto (niſi fuerit de re modica) conuictus, vel confeſſus fuerit, pro prima vice, præter pœnas impoſitas, per triennium voce careat; ſi verò in ſecundo furto fuerit deprehenſus, voce careat in perpetuum, & pro infami iudicetur & habeatur. De pęna Furantiũ.

CAPVT IX.

De pœna Proprietarij.

1. QVoniam per ſolemnem & expreſſam Profeſſionem Fratres noſtri omnibus & ſingulis quibuſcumque bonis, iuribus, & actionibus ad ipſos tunc, vel impoſterùm quouis modo attinentibus, & quòad proprietatem, & quòad omnem, & totum penitus eorumdem vſu- Voti Paupertatis explicatio.

fructum nihil de eis ſibi quouis modo reſeruantes, efficaciter & cum effectu renunciant, itaut deinceps nec etiam verbo aliquid proprium, ſiue ſuum dicere debeant, ſtrictè pręcipimus omnibus, & quibuſcumque Fratribus Ordinis noſtri profeſſis, vt nullus eorum (*ſicut canis qui reuertitur ad vomitum*) per ſe, vel interpoſitam perſonam habeat priuatum dominium, vſum, vel vſufructum pecuniarum, reddituum, vel quorumcumque bonorum mobilium, aut immobilium, aut ſe mouentium, ſed omnia quantacumque, & qualiacumque, & quomodocumque acquiſita habuerint, vel eis donata fuerint, in mera & libera poteſtate ſui Pręlati teneantur reſignare, nihil penitus ſibi retinentes, ſeu quouis modo reſeruantes, dicentes: *Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt*; immò potiùs deponentes omnem ſollicitudinem in craſtinum, totam penitus ſpem in illum proijciant, qui ſic abundè paſcit volatilia Cęli, quæ neque ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & ſic ornatè veſtit lilia agri, quæ non laborant, neque nent; & obedientes conſilio Domini Saluatoris, primùm quærant Regnum Dei, & iuſtitiam eius, ſeruando eius mandata, & reddendo eidem quod in Profeſſione vouerunt, vt conſequi mereantur liberaliſſimam, ac

Prou. 26. 11.

Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2.

Matth. 6. 31.

certiſ-

certiſſimam promiſſionem eiuſdem Saluatoris dicentis: *Et hæc omnia adijcientur vobis*. Matth. 6. 33.

2. Vnde quidquid Fratribus datur in eleemoſynam pro Miſſis, vel quibuſcumque Orationibus, prædicationibus, lectionibus, aut confeſſionibus, vel pro quacumque arte, vel artificio, induſtria, vel labore in rem communem redigatur, & cui neceſſe fuerit prębeatur; itaut iuxta B. P. N. Auguſtini Regulam: *Nemo ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera noſtra in vnum fiant maiori ſtudio & frequentiori alacritate, quàm ſi nobis ſinguli propria faceremus*; & vnuſquiſque tantò ſe ampliùs proficere noſcat, quantò libentiùs & feruentiùs pro communi quàm pro particulari vtilitate prædicauerit, legerit, vel quodcumque aliud fecerit.

Omnia in communi reponantur

Regul. c. 8.

3. Pia tamen & laudabilis diſcretio ita à Superioribus obſeruetur; vt ipſorum Fratrum, quorum cauſa huiuſmodi bona ad Monaſterium venerint, quòad eorum neceſſitates pro loco & tempore in huiuſmodi bonis eis donatis, vel relictis, ab eis vtcumque acquiſitis, diſpenſandi ſpecialem habeant rationem. Ad hanc autem communitatem integrè ſeruandam in omnibus & per omnia & ipſi Priores locorum teneantur.

Diſcretio Prioris in diſtribuendo.

4. Præcipimus autem in virtute Sancti

Spiritus, ac ſalutaris Obedientiæ, vt ſi pecuniæ alicui Fratri intuitu priuatæ perſonę ab aliquo donatę fuerint; Superiori exhibeantur infra vigintiquatuor horarum ſpatium, à receptione earum, vel à reuerſione Fratris in Conuentum; Prior verò illas in Depoſito pro communi vtilitate reponat †. Prior etiam pecunias ſibi in eleemoſynam datas intuitu ſuæ perſonæ; in Depoſito pro communitate, vt ſupra, habere omninò teneatur.

Præceptum de reſignatione pecuniæ.

5. Qui comeſtibilia, vel alia parui momenti receperit ſine Prioris licentia, pro prima vice comedat in terra in medio Refectorij, pro ſecunda diſciplina ei imponatur; deinceps ad arbitrium Prioris puniatur; & ſemper re accepta priuetur.

Nil ſine licentia recipi poteſt.

6. Qui verò pecuniam, vel rem aliam magni momenti ſine licentia Prioris à quocumque receperit, ſi ipſam pecuniam, vel dictam rem habuerit, abſolui ab aliquo Confeſſore non poſſit, niſi priùs id tale quantum & quale fuerit, Priori oſtenderit; hęc enim recipi ab aliquo prohibemus (abſque Superioris expreſſa licentia) ſub præcepto: ſub quo etiam præcipimus, ne aliquis Frater extraneis perſonis dare, donare, vel vendere, ſeu permutare cum eis poſſit aliquid non parui momenti abſque eadem expreſſa licentia ſui Superioris.

Caſus reſeruatus.

Præcepto vetatur donatio, venditio, & permutatio.

7. Quòd

7. Quòd ſi huiuſmodi pecunia, vel res accepta, ſiue data, fuerit valoris vnciȩ argenti, ſiue eam habeat, ſiue non, ille qui accepit, vel dedit, à nullo pręterquàm à Priore abſolui poſſit, & ſic delinquens pœnæ grauioris culpæ per menſem ſubiaceat. Pœna contrauenientium.

8. Si verò maioris, vel minoris valoris fuerit res celata, minuatur vel augeatur pęna reſpectiuè, & vltra hanc pœnam acceptis omnibus priuetur, & data (ſi fieri poſſit) recuperare compellatur; & contra hanc ſupradictam formam de conſignandis cum effectu omnibus rebus in manibus, & libera poteſtate & voluntate Prioris, nullam licentiam in Ordine noſtro dari volumus.

9. Siquis autem (quod Deus auertat) in tantum progreſſus fuerit malum, vt proprietarius moriatur, ſi hoc fuerit euidens & manifeſtum, beneficio Eccleſiaſticę ſepulturæ omninò priuetur, vt viuentes terreantur. Proprietarius Eccleſiaſtica ſepultura priuatur.

10. Statuimus etiam, quòd nullus Frater Ordinis noſtri, ſiue Prior, ſiue ſubditus ſit, cuiuſcumque etiam gradus, vel dignitatis, quouis modo extra Ordinem, veſtes, libros, ſeu aliquid aliud ſibi ad vſum conceſſum ponere audeat, niſi de expreſſa licentia ſui Prioris, ſi fuerit ſubditus, ſi verò Prior fuerit, de ſcitu & conſenſu Patrum conſilij: & hoc ſemper fiat, relicto in Depoſito lucido inuentario. Quicumq; verò con- Depoſitum non ſit extra Ordinem.

traſecerit, ſine aliqua diſpenſatione rebus ipſis efficaciter priuetur, & de ipſis ſicut de bonis Fratrum decedentium omninò diſponatur, prout diffinitum fuit per Reuerendiſſimum Magiſtrum Alexandrum de S. Elpidio quondam Sac. Ordinis noſtri Priorem Generalem electum in Capitulo generali Viterbij celebrato Anno Domini 1312.

2. par. c. 15 n. 11. & ſeq.

11. Ad euitandam prætereà omnem, vel minimam proprietatis ſuſpicionem pariter decernimus, quòd non tantùm quotieſcumque aliquid momenti extra Clauſtra Monaſterij cum debita, vt ſupra, licentia reſeruabitur, & in periculo mortis (vt in cap. 15. ſecundæ Partis diſpoſitum eſt) ſed etiam ſemel adminus in anno, videlicet poſt Paſcha, ſinguli Fratres teneantur fidele Inuentarium manu propria ſubſcriptum facere de omnibus rebus ſibi ad vſum permiſſis, illudque conſignare Priori Conuentus reponendum in Depoſito, expoſtulantes ab eodem Priore benedictionem, vt prędictis rebus tuta conſcientia vti poſſint; necnon in ipſomet Inuentario proteſtantes omnia bona ad Superioris nutum, & non aliter apud ſe conſeruare: tale autem Inuentarium clauſum eſſe poſſit. Si autem vltra menſem quis tale Inuentarium non præſentauerit, vel fideliter non confecerit, ex nunc prout ex tunc omnibus iiſdem bonis expoliatum eſ-

Semel in anno Inuētarium Fratres faciāt.

ſe,

ſe, ac in pœnam proprietarij incidiſſe declaramus, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1661. & approbatum, & confirmatum in tribus Capitulis generalibus ſubſequentibus, ac tandem innouatum in nupero ibidem etiam celebrato Anno Domini 1685.

12. Vt autem omnis priuatæ proprietatis amputetur occaſio; præcipimus omnibus & ſingulis noſtræ Religionis Prioribus, vt cunctis Fratribus ſuę Familiæ in infirmitate omnia neceſſaria, omni cum charitate & hilaritate ſubminiſtrent: in ſanitate verò curent, vt quamuis ſit in quo probetur Votum Paupertatis, & ſui ipſius abnegatio, non deſit tamen quo ſuſtentetur natura, & ad Diuinum obſequium abſque aliquo incommodo conſeruetur. *Neceſſaria omnibus dari debẽt*

13. Licèt verò ex licentia & priuilegio Sedis Apoſtolicæ noſtra Sac. Religio, non obſtante titulo Mendicitatis, poſſit bona ſtabilia in communi legitimè poſſidere, volumus tamen, ne vita, & ſtatus noſtrorum Fratrum à tam ſancta denominatione, atque titulo omninò deuiare videatur, vt in ſingulis Conuentibus, quòad fieri poſſit, per vnũ adminus Fratrem, vel Conuerſum iſta ſancta mendicitas humiliter exerceatur. *Vſus mendicandi ſeruari debet.*

NO-

ne, ſeu immunitate culpæ commiſſæ contra voluntatem Superioris; preces vel litteras Prælatorum, Principum, Magiſtratuum, aut quorumcumque nobilium; aut potentum Perſonarum extra Ordinem noſtrum † per ſe; vel per alium procurauerit & obtinuerit, ſi propter huiuſmodi preces vel litteras oporteat, vel contingat quemcumque Prelatum noſtri Ordinis (ne ipſe, aut Ordo damnum, aut indignationem talium Perſonarum incurrant) concedere huiuſmodi gratiam tali Fratri, eo ipſo dictus Frater voce actiua & paſſiua per tres annos priuetur, niſi gratiæ ſibi taliter conceſſę ſine indignatione Prælatorum, aut Principum huiuſmodi, ſtatim renunciauerit: loco inſuper per idem tempus priuetur, itaut ſit vltimus ſui ordinis reſpectiuè.

Pœna recurrentiũ ad ſeculares.

2. Si verò aliquis, de quo probabiliter creditur, quòd tales preces vel litteras procurauerit, id ſe feciſſe negauerit, ſi gratię huiuſmodi renunciare noluerit, ad purgationem canonicam compellatur, & ſi conuictus fuerit, pœna taxata puniatur, prout fuit ordinatum in Capitulo generali Arimini celebrato Anno Domini 1318., & in Capitulo generali Montiſpeſuli celebrato Anno Domini 1324., & in Capitulo generali Florentiæ celebrato Anno Domini 1326. & ſi ex his offenſa, vel damnoſa indignatio Ordini,

ni, vel cuicumque Prælato concitata fuerit, pœnam grauioris culpę per menſem ſuſtinere cogatur vltra pœnam prætaxatam.

NOTÆ IN CAPVT X.

† *Vt Religioſi Viri honorum, & dignitatum Gradus in Ordine noſtro ſanctitate vitæ, & alijs religioſis virtutibus promereri ſtudeant, non autem mendicatis ſtudijs tam ſæcularium, quàm Eccleſiaſticarum Perſonarum de gremio dictæ Religionis non exiſtentium, ad eos ſibi aditum patefacere ambitioſè contendant, videndæ, & ſeruandæ ſunt Conſtitutiones Clementis VIII.* Quoniam nemo debet aſſumere: *1. Decembr. 1604. & Pauli V.* Admonemur paſtoralis: *4. Iulij 1607. in Bullario Romæ recuſo 1617. De quibus ſupra in Notis ad Cap. 2. 3. partis.*

CAPVT XI.

De pœna conſpirantium, & eorum qui in Ordine fuerint Capita factionum.

Præceptũ de non cõſpirando.

1. PRecipimus, & in virtute Sanctę Obedientiæ mandamus, vt nulli Fratres iuramento, aut fide præſtita, colligationẽ, vel cõfœderationem faciant, quòd ſibi mutuò non

non deficiant in ſuis defenſionibus, ſubſtentationibus, & huiuſmodi, quę notam conſpirationis oſtendunt: nec de facto contra aliquem Prælatum, vel ſubditum malitioſè conſpirent, ſub pœna Excommunicationis ipſo facto incurrenda, quam trina canonica monitione præmiſſa (licèt inuiti) ferimus, prout lata fuit in Capitulo generali Coloniæ celebrato Anno Domini 1374. Excommunicatio.

2. Siquis verò per conſpirationem, coniurationem, colligationem aduersùs aliquam perſonam aliquod malum machinatus fuerit, pœnam grauiſſimæ culpæ per mẽſem ſuſtineat; & ſi ob talem conſpirationem, vel coniurationem aliquis Prior, vel Conuentus malum ſiue detrimentum, vel ſcandalum notabile patiatur, pœnæ ſupradictæ ſubiaceat per duos menſes; ſi autem aliquis Prouincialis, vel Prouincia, per tres; ſi verò Reuerendiſſimus P. Generalis, vel vniuerſus Ordo, per annum: nec in iſtis pœnitentijs aliquis poſſit diſpenſare. Pœna Conſpirantium

3. Annullamus verò, & irritamus omnia iuramenta, vel promiſſiones ſuper talibus conſpirationibus, ligis, vel confœderationibus hactenus factas, prout annullatæ fuerunt in prædicto Capitulo Coloniæ celebrato. Annullatio iuramenti.

4. Vt autem paci ac vnitati Ordinis conſulatur, præcipimus, & inuiolabiliter obſer- De Factionario.

obſeruari mandamus, vt illi, qui inuenti fuerint eſſe tamquàm Duces, & Capita factionum, diuiſionum, ſeu partialitatum in Conuentu, vel Prouincia aliqua, ſeu in toto Ordine, ſi de hoc conuicti fuerint, vel ſi probabiliter fuerint ſuſpecti, & ſe canonicè purgare nequiuerint, à Conuentu illo, vel Prouincia, vel à toto Ordine omninò cum effectu expellantur,† nec vlteriùs admittantur, nec in hoc aliquis Superior, nec etiam Prior Generalis diſpenſare poſſit: illi verò qui tales defendere, vel eis auxilium, ſeu fauorem prębere non erubuerint, voce actiua & paſſiua priuentur per decennium abſque vlla ſpe diſpenſationis.

NOTÆ IN CAPVT XI.

† *Videndum, & ſeruandum eſt Decretum Sac. Congregationis Concilij Tridentini quòad huiuſmodi reorum expulſionem, quod regiſtrabitur infra in Notis ad Cap. 22.*

CAPVT XII.

De pœna infamantium, & mittentium litteras infamatorias ſine nomine.

1. CAueant ſummoperè Fratres noſtri Ordinis cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtant, ne Prelatis Eccleſiæ vllo modo detrahant; Siquis autem conuictus fuerit, quòd de Summo Pontifice, vel Dominis Cardinalibus, Regibus, ſeu alijs Prelatis, aut Principibus verba diffamatoria dixerit, vel ſcripſerit, pœnæ grauiſſimæ culpę per menſem ſubiaceat: ſi verò quæ dixerit, huiuſmodi ſint, quæ probari non poſſint, alter menſis eiuſdem pœnæ ſuperaddatur, quæ pœna augeatur, vel minuatur penſata qualitate exceſſus: idem ſit iudicium de eo qui de Reuerendiſſimo P. Generali, vel alio Ordinis Prelato verba infamatoria ſimili modo dixerit. Pœna infamantium Prelatos.

2. Quarè precipimus, vt ſi aliquis Frater aduersùs Superiorem ſuum non malitioſè, ſed in veritate habuerit quidquam, quod nullo modo tolerari debeat, non eum traducat, aut eius famam paruifaciat, dè qua maxima cum circumſpectione tractandum eſt; quinimmò inter ſe & ipſum ſolum, cum charitate priùs & humilitate ipſum admoneat Modus monendi Superiorem.

neat, quam admonitionem ſi neglexerit, & contempſerit, aliquem de ſenioribus & diſcretioribus Fratribus, quem ipſe audiat libentiùs, ad eum monendum inducat, & ſi adhuc non ſe correxerit, Superiori Pręlato veritatem inſinuet, & declaret, vt ſic per illum corrigatur, vel in Capitulo generali, aut prouinciali corrigendum procuret, nec alio modo pręſumant de ſuis Superioribus diffamatores obloqui, vel ſcribere, ſub pœna prętaxata, penſata iniuriæ qualitate, & quantitate, & ponderato gradu Prælaturę.

Pœna infamantium non Prælatos.

3. Diffamantes autem aliquem non Prælatum, pœnę grauioris culpæ per menſem, & ſi falsò diffamauerint, per duos menſes ſubiacere cogantur, & plus, vel minus, penſata qualitate perſonæ & infamiæ: ſemper tamen intelligi volumus, quòd infamia ſit notabilis, & perſona non ſit aliàs de eodem crimine infamata, niſi poſteà fuerit canonicè purgata, & omnis diffamator tali diffamato famam publicè reddere compellatur, ſi quod dixit probari non poſſit.

Præceptũ cũ Excõmunicatione contra diffamantes per rithmos &c.

4. Statuimus & ordinamus, & omnes ac ſingulos Fratres noſtri Ordinis primò, ſecundò, & tertiò hortamur & monemus, & eiſdem ſtrictè pręcipimus per Obedientiam ſalutarem, ne quis eorum per rithmos, vel cantilenas, aut quaſuis cedulas, vel litteras ſine nomine & cognomine proprio, vel libel-

libellos famoſos, aut deſcriptiones in quouis loco, etiam in parietibus deſignatas, aliquem diffamare, vel conuitijs afficere audeat quouis modo: contrafacientes verò ex nunc, prout ex tunc trina monitione præmiſſa in his ſcriptis (licèt inuiti) Excommunicationis vinculo innodamus, & per duos menſes pœnæ grauiſſimę culpæ adiudicamus, ac voce per annum priuamus.

CAPVT XIII.

De pœna luſorum, hiſtrionum, & maleficorum.

1. Statuimus & ordinamus, quòd nullus Frater noſtri Ordinis nec cũ alio Fratre, nec cũ aliquo ſæculari ad aleas, vel chartas, vel taxillos ludere audeat: quin & alios ludos indecẽtes & inhoneſtos Fratribus prohibemus, ſiue depoſito pretio, ſiue nõ: cõtrafacientes verò ipſo facto Excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrant, quam, trina canonica monitione præmiſſa, præſenti Conſtitutione ex nunc prout ex tunc (licèt inuiti) in ipſos ferimus, à qua nonniſi à Priore Generali abſolui poſſint, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Romę celebrato Anno Domini 1614. & approbatum ac confirmatum in duobus Capitulis generalibus ibidem celebratis Anno Domini 1620.

Excommunicatio cõtra luſores.

1620., & 1625., in quo pariter declaratum fuit prædictam diffinitionem vim habere Conſtitutionis, & ſub eiſdem pœnis prohibitum, ne quis eam in toto vel in parte interpretari audeat. Addentes inſuper, quòd ſiquis conuictus fuerit ſe luſiſſe ad aleas, vel chartas, vel taxillos, vel ad alios ludos indecẽtes & inhoneſtos cum Fratribus, vel ſęcularibus in Conuentibus, vel in domibus ſęcularium pœnam grauioris culpę pro qualibet vice ſuſtineat, & vtraque voce perpetuò ac ſine diſpenſatione priuetur, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Recineti celebrato Anno Domini 1602.

Pœna luſorum.

2. Item prohibemus ludos laruaticos, & hiſtrionicos, & quamcumque repræſentationem more ſæcularium, ſub eadem pœna prętaxata ijs qui repræſentauerint; & ſub pœna priuationis ab Officio ſine aliqua remiſſione Prælato, qui huiuſmodi licentiam repræſentandi Fratribus conceſſerit, vel repreſentari per Fratres tales Comœdias permiſerit.

Pœna hiſtrionum.

Cap. Maritum. 33. d. & 4. q. 1. Diffinimus

3. Item ſtatuimus, quòd qui artibus prohibitis vtuntur, atque ſtudent, per duos menſes pœnam grauiſſimæ culpæ ſubeant, ac etiam alias diuturniores iuxta qualitatem delictorum, & per quinquennium voce vtraque priuentur: eamdem pœnam ſubeant, qui apud ſe libros, vel libellos, chartas,

Pœna maleficorum.

Digitized by Google

tas, vel ſchedulas de his & ſimilibus habuerint, niſi canonica purgatione ſe purgauerint: libros verò vel ſchedulas huiuſmodi coram omnibus igne comburi mandamus.

CAPVT XIV.

Quomodò Apoſtatæ ad Ordinem recipiantur, & de Pænitentia eorum.

1. Licèt, conſiderata ratione apoſtaſiæ, ille tantùm Apoſtata verè iudicari debeat, qui habitum ſuæ Religionis temerè reliquit, vel etiam cum habitu à Religione receſſit cum animo deliberato non reuertendi, immò retrocedendi à Religione: nihilominus tamen poſtquàm Sacroſanctum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 4. prohibendo ſtatuit, ne quis Regularis à ſuo Conuentu recederet, etiam prętextu ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eis miſſus, aut vocatus fuiſſet, inſuper ſtatuit, vt ſiquis ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuiſſet, ab Ordinarijs locorum tamquàm deſertor ſui Inſtituti puniretur: ſtatuimus & ordinamus, ac in virtute Spiritus Sancti præcipimus & mandamus, ne aliquis Frater noſtri Ordinis profeſſus abſque licentia ſui Superioris petita & obtenta, à prædicto Ordine, ſeu

Quis verè Apoſtata dicatur.

Pręceptũ.

aliqua eiuſdem Ordinis Prouincia, ſeu Conuentu diſcedere prçſumat.

2. Si autem (quod Deus auertat) Fratrem aliquem ſine prædicta licentia à præſcripto Ordine, Prouincia, vel Conuentu diſcedere, & aufugere contingat, illum primò, ſecundò, & tertiò monemus, inducimus, & hortamur, eidemque præcipimus per Obedientiam ſalutarem; vt per totam illam diem, qua prædictum Ordinem, Prouinciam, vel Conuentum reliquit, & quam ei pro termino peremptorio aſſignamus, ad ipſum Ordinem, Prouinciam, vel Conuentum de facto redeat: qui ſi illa die non redierit, ſcientes illum ex hoc contumacem & Apoſtatam, vel ſaltem fugitiuum, trina canonica monitione præmiſſa in his ſcriptis ex nunc, prout ex tunc ipſum (licèt inuiti) Excommunicationis vinculo innodamus.

Excommunicatio cōtra fugitiuos.

3. Sed ne ex hoc indiſcreti Prçlati occaſionem ſumant Subditos ſuos plus æquo contriſtandi, & malè tractandi, quia ad Superiores Prælatos recurrere non valent, volentes huiuſmodi vexationi de ſufficienti remedio prouidere, ordinamus & ſtatuimus, vt ſi aliquis Frater cuiuſcumque ſtatus, vel conditionis ſit, à ſuo Prouinciali eundi ad Reuerendiſſimum Patrem facultatem obtinere nequiuerit, & exiſtimauerit non ſolùm legitimam, ſed & neceſſariam, & vr-

Modus eundi in iſtam vexationem Superiorum.

vrgentem cauſam ſe habere, illam proponat Viſitatoribus Prouinciæ vbicumq; fuerint, ad quos accedendi, ſi neceſſe fuerit, ei nullo modo licentia denegabitur, quibus in meritum ſalutaris Obedientiæ pręcipimus, vt Deum præ oculis habentes diligenter dictam cauſam perpendant, & examinent, & ſi illam iudicauerint neceſſariam & vrgentem, ſub eodem præcepto eis iniungimus, vt prædicto Fratri litteras teſtimoniales apertas conficiant, etiam renitente Prouinciali, quibus Reuerendiſſimo Patri ſignificent illum ad ſuam Reuerendiſſimam Paternitatem cum legitima cauſa, & licentia Religionis accedere; citantes Capitulum preſens iſtarum Conſtitutionum, ac per litteram aliam clauſam, eidem Fratri datam, Reuerendiſſimo Patri totam cauſam exponant, qua ducti talem licentiam, vel fidem conceſſerunt, & in vtriſque litteris vterque ſubſcribat, cum quibus huiuſmodi Frater ad Reuerendiſſimum Patrem accedere liberè poſſit, ac ſi vocatus ab eodem per litteras, vel à Prouinciali ſuo miſſus fuiſſet, nec aliquam Cenſuram, aut pœnam incurrat: Si autem Viſitatores prædicti cauſam non eſſe vrgentem iudicauerint, non ſolùm ei licentia denegetur, verùm etiam & pœnitentia ſuæ leuitati debita imponatur, & ſi receſſerit, Excommunicationem

Pręceptũ Viſitatoribus impoſitum.

ſuperiùs latam incurrat.

4. Si verò aliquis Frater à Priore ſuo conuentuali eundi ad Priorem Prouincialem licentiam obtinere non potuerit, eodem modo ſe habeat cum Patribus conſilij Conuentus, & ipſi ſimiliter circa licentiam, ſeu fidem ei concedendam: quòd ſi propter hoc vel Prior Prouincialis cum Viſitatoribus, vel Prior localis cum Conſiliarijs contenderint, à Superioribus ſuis, vel à Capitulo prouinciali grauiter puniantur.

Quando Apoſtatæ recipiendi

5. Quicumque ab Ordine noſtro apoſtatauerit, ſi poſteà miſertus ſui, & pœnitentia ductus, vel vi aliqua compulſus ad Ordinem redire voluerit, vſque tertiò porta miſericordiæ ei non claudatur, niſi tale quid commiſerit, vel in Ordine, vel extra, quod ad receptionem in Ordine ſe reddiderit indignum.

Modus recipiendi Apoſtatas.

6. Modus autem receptionis talis erit: Primò carceri mancipetur, deinde prima die, qua Capitulum fieri debeat, ſi venerit in habitu ſæculari, exuat eum antequàm ingrediatur Capitulum, vbi recipiendus erit: & indutus tunica, itaut vſque ad cingulum deſuper nudus remaneat, cùm virgis in manibus capite diſcooperto ante pedes Prioris ſe proſternens humiliter dicat ſuam culpam, atque ſurgens ad Prioris manda-

tum

tum ab eo reprehendatur, & charitatiuè corripiatur, ſed non exaſperetur.

7. Primò autem exigat ab eo iuramentum de ſtando mandatis Eccleſię, quæ fient ei pro cauſa Abſolutionis, quo iuramento præſtito iniũgatur ei, ne de cæterò talia committat: ex tunc vapulet ad pedes Prioris, quantùm ei vibebitur, & poſteà Seſſorum vtriuſque lateris (non tamen Sacerdos vapulet à non Sacerdote) dicentium alternatim: *Miſerere mei Deus*, ſemel vel pluriès, iuxta multitudinem Fratrum; deinde redeat ad pedes Prioris, & ſtet genibus flexis, capite & corpore inclinato, & cum virgis in manibus; Prior verò ſurgat, & cęteri poſt eum, & capite detecto dicat: *Kyrie &c. Et ne nos &c. Saluum fac &c. Eſto ei Domine &c. Nihil proficiat &c. Domine exaudi &c. Dominus vobiſcum &c. Oremus: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum ad confeſſionem, & pœnitentiam, veramque emendationem tua inſpiratione compunctum, quem Excommunicationis ſententia ligat, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat: Per Chriſtum &c.*

Iuramentũ de ſtando mandatis Eccleſię.

8. Tunc ſedens abſoluat eum, dicens, *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui Beato Petro Apoſtolo collatis clauibus Regni cæleſtis dedit poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, ipſe*

Modus abſoluendi.

per ſuam pijſſimam miſericordiam te abſoluat, & authoritate ipſius, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius mihi in hac parte commiſſa in quantùm poſſum, debeo, & valeo, Ego te abſoluo à vinculo Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, quod incurriſti propter apoſtaſiam, & retroceſſionem à noſtra Sacra Religione(& ſi fuerint plures caſus, dicat: *propter tales caſus N. & N.*, illos nominando) *toties quoties illud*, vel *illa incurriſti, & reſtituo te Sacramentis S. Matris Eccleſiæ, & communioni ac vnitati Fidelium: In nomine Patris &c.* Deinde imponat ei ſcapulare & caputium, & ſurgens dicat: *Dominus vobiſcum &c.* **O***remus: Deus miſericors & clemens, ſine quo nihil inchoatur, nihilque boni perficitur, adſint noſtris humilibus precibus tuæ pietatis aures, & hunc famulum tuum qui perierat, & inuentus eſt, quem in tuo ſancto nomine ad Sacræ noſtræ Religionis gremium reuertētem benignè recepimus, ab omnibus tentationibus defende, & concede ei vt in hoc ſancto propoſito, & prima vocatione ſua deuotus perſiſtere, & remiſſione peccatorum percepta ad electorum tuorum conſortium peruenire valeat: Per Chriſtum &c.*

Pœna primę apoſtaſię intra cap. 21.

9. Iſte pœnam, quæ in capitulo de grauiſſima culpa notabitur, pro prima apoſtaſia per menſem integrum ſuſtinebit, & carebit voce & loco, donec poſt annum, &

non

non anteà fuerit cum eo per prouinciale Capitulum, ſi Patribus videbitur, diſpenſatum: ad Officium cum cura animarum vſque ad quinquennium nullatenus aſſumatur; nec ei vnquàm computetur inter annos Religionis tempus apoſtaſiæ.

10. Si verò ſecundò apoſtatauerit, ſupradicta pœna per duos menſes puniatur, & voce, ac loco careat, donec poſt biennium, & non anteà, fuerit cum eo per generale Capitulũ diſpenſatum, & ad omne Officium cum cura animarum ineligibilis permaneat. Pœna ſecundæ.

11. Si verò ad tertiam apoſtaſiam deuenerit, per tres menſes pœnæ prædictæ ſubiaceat, & voce ac loco careat, donec cum eo per duo Capitula generalia fuerit diſpenſatum, & ad omne Officium cum cura animarum ineligibilis in perpetuum permaneat: quòd ſi ad quartam apoſtaſiam deuenerit, ad Ordinem non recipiatur, ſed omninò repudietur, & à noſtra ſocietate proijciatur. Pœna tertię.

12. Ei autem, qui cum ſcandalo de Ordine exiuerit, vel in ſæculo inhoneſtè conuerſatus fuerit, ſeu ibidem diutiùs permanſerit, iuxta qualitatem ſcandali, vel delictorum, vel iuxta moræ longitudinem pœnitentia apoſtaſiæ debita, habito Patrum conſilio, augeatur. Nullus in apoſta- Pœna Apoſtatę ſcandaloſi.

ſta

ſia exiſtens ad Conuentum modo aliquo ſit admiſſus, nec Frater aliquis cum eo conuerſetur, niſi pro ſua reductione.

Pœna recedentis à Prouincia &c.

13. Ille verò, qui non à Religione, ſed ab aliqua Prouincia quocumque prætextu ſine prædicta licentia receſſerit, ſeu apoſtatauerit, hoc modo recipiatur: Primò carceretur, deinde prima die, qua Capitulum tenebitur, cum habitu ducatur ad pedes Prioris, vbi proſtratus tranſgreſſionem ſuam humiliter confiteatur, & humero nudato vapulet ad pedes Prioris, & vtriuſque lateris Seſſorum, & abſoluatur, ſi non fuerit iam abſolutus ab aliquo Superiore abſoluendi poteſtatem habente, non tamen ſuper eum Oratio *Deus miſericors*, dicatur. Iſte pœnam grauioris culpæ per menſem pro prima apoſtaſia ſuſtinebit, quo tempore ſilentium obſeruabit ſemper & vbique, & carebit voce per annum: pro ſecunda verò duplicetur ei pœna: pro tertia triplicetur, & voce careat ac loco vſque ad diſpenſationem duorum Capitulorum prouincialium. Si verò ad quartam apoſtaſiam deuenerit, in Prouincia ampliùs non recipiatur, ſed ad Reuerendiſſimum Patrem tranſmittatur, qui eum in aliqua alia Ordinis Prouincia collocare debeat, abſque vlla ſpe ad ſuam Prouinciam ampliùs reuertendi.

14. Declaramus autem, quòd illum di-

ci-

cimus verè à Prouincia apoſtataſſe, qui diſcedens ſine licentia, vel terminos Prouinciæ egreditur, vel intra Prouinciam vagatur, non accedens ad Prouincialem, nec ad alium eiuſdem Prouinciæ Conuentum. Ille verò, qui à ſua Prouincia diſceſſerit abſquè licentia Prioris Prouincialis, & ad Priorem Generalem recto tramite non iuerit, ſeu in aliqua Prouincia Ordinis ſe recipi non fecerit, ſed hàc & illàc diſcurrens & vagans deprehenſus fuerit, etiamſi ipſe dicat ſe ſemper animum habuiſſe ad Ordinem reuertendi, nec vnquàm retroceſſiſſet; quia tamen factis confirmauit, quod verbis negat, nullo modo ei credatur; Eccleſia namque de exterioribus tantùm iudicat, immò tamquàm verus Apoſtata ab Ordine puniatur, licèt cum habitu Religionis inueniatur.

Qui verè à Prouincia diſcedere dicatur.

15. Quapropter præcipimus omnibus Prouincialibus, vt cùm aliquis Frater à ſuis Prouincijs abſque licentia diſceſſerit, tempus ſui diſceſſus quamprimùm Patri Reuerendiſſimo ſignificent, qui etiam de tempore quo Frater prædictus peruenerit, diſtinctè mentionem faciat in litteris ei conceſſis ad reuertendum in Prouinciam ſuam. Quòd ſi Patri Reuerendiſſimo, vel Priori Prouinciali conſtiterit huiuſmodi Fratrem vagè abſque licentia notabiliter diſcurriſſe, vel extra Ordinem notabilem moram feciſſe eundo;

Indican la P. Generali fuga Fratrum.

do vel redeũdo, tamquàm Apoſtata ab Ordine puniatur: Si verò in ſui defenſionẽ adduxerit ſe infirmitate, vel alio quouis rationabili impedimento fuiſſe detentum, nullo modo ei credatur, niſi litteris fide dignis hoc patere fecerit.

Pœna fugientis à Conuentu

16. Si verò Frater aliquis ab vno Conuentu in alium eiuſdem Prouinciæ, vel ad Priorem Prouincialem iuerit abſque ſui Superioris licentia, pro prima vice in Cella maneat clauſus, quòuſque abſoluatur in Capitulo modo ſupradicto, ſubeatque pœnam grauioris culpæ per quindecim dies; non tamen amittat locum nec vocem: pro ſecunda duplicetur ei pœna: pro tertia triplicetur: quarta verò diſceſſio huiuſmodi pro prima apoſtaſia à Prouincia habeatur, ac iudicetur, & ſic deinceps.

Declaratio [illegible] Apoſtaſiæ.

17. Declaramus etiam, quòd quando in iſtis noſtris Conſtitutionibus inuenitur, quòd ille qui aliquando ab Ordine apoſtatauerit, in Prouincialem eligi non poſſit, & quòd in Viſitatorem, Diffinitorem Capituli generalis &c. eligi debeat talis, qui nunquam ab Ordine apoſtatauerit, intelligendum eſt de prima & vera, vel pro tali iudicata apoſtaſia ab Ordine, & non à Prouincia, nec à Conuentu.

18. Diffinimus etiam, quòd ſi Receptores, qui ſecundùm Ordinem poſſunt ſupradictos

dictos recipere, prædictam formam non ſeruauerint, in Capitulo prouinciali voce actiua priuentur; & nihilominus qui contra hanc formam receptus fuerit, vel punitus, ad pœnas ſupradictas in omnibus teneatur, & voce in omnibus careat, quandiù pœnitentiam non adimpleuerit in hoc Capitulo aſſignatam.

Pœna recipientis Apoſtatas cōtra formā præſcriptā

CAPVT XV.

De purgatione canonica infamia laborantium.

1. QVoniam in ſacris eloquijs admonemur, vt bonum nomen curemus, famamque non negligamus, Sapiente dicente: *Curam habe de bono nomine*: ſtatuimus & ordinamus, vt ſi aliquis Frater apud bonas & graues perſonas de vitio aliquo vel crimine notabili fuerit diffamatus, de quo tamen ſatis conuinci non poteſt, ſi ipſe petierit indici ſibi purgationem canonicam, nullo modo ei denegetur, ad quam etiam poterit cogi, vt vel conuincatur & puniatur, ſi in purgatione defecerit, vel recuperet bonam famam, & habilis ad quæcumque reddatur.

Eccl. 41. 15.

2. Indicenda verò erit purgatio canonica à Priore Prouinciali in hac forma: *Cùm contra te N. peruagetur infamia apud bonas*

Forma indicēdi purgationem.

nas & graues perſonas, quòd tale quid perpetraueris, non tamen factum ſufficienter probetur, à quo conſtanter aſſeris te immunem: Nos vt infamiam tollamus à te, & ſcandalum ab alijs, purgationem canonicam indicere tibi decreuimus: ideòque in virtute Sancti Spiritus, & ſub præcepto Sanctæ Obedientię, ac ſub pœna conuicti, tibi præcipimus per præſentes, vt intra tot dies à notitia præſentium incepiſſe debeas purgationem canonicam in Capitulo tui Conuentus coram omnibus capitulariter congregatis, cum his quinque Compurgatoribus à te poſtulatis, & à nobis tibi conceſſis, videlicet N. N. &c. quam purgationem canonicam ſi facere recuſaueris, aut non perfeceris, immò in ea defeceris, ſceleris contra te obiecti conuictus haberis. Præcipimus autem prædictis omnibus & ſingulis Compurgatoribus in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœna Excommunicationis ipſo facto incurrenda, quam trina monitione præmiſſa in his ſcriptis (licèt inuiti) ferimus contra oppoſitum facientes, vt Deum præ oculis habentes, non fictè, ſed verè, & realiter dicant quidquid ſenſerint iuxta eorum conſcientias de veritate, vel falſitate iuramenti facti à Fratre ſe purgante: ſub eadem pœna præcipimus tam Compurgatoribus prædictis, quàm Præſidenti N., ne alicui vnquàm reuelent nec directè, nec indirectè quiſnam iurauerit in fauorem, vel in condemnationem huiuſmodi Fratris. Datum &c.

Pręceptum cum excommunicatione.

3. Vo-

3. Volumus autem vt prẹter hanc pœnam quicumque auſus fuerit alicui reuelare, quod ſub tanto ſigillo conſeruari præcipimus, ſi de hoc fuerit ſufficienter conuictus, in perpetuum, abſque vlla ſpe diſpenſationis, careat voce tam actiua quàm paſſiua. Huiuſmodi Compurgatores ſint omnes bonæ famę, & timoratæ conſcientiæ, & qui longo tempore Fratris purgandi conuerſationem nouerint, ſecum etiam conuerſantes, & qui fuerint de dicto caſu, ſeu ſuſpicione, & ſuſpicionis cauſa informati plenariè, vel poſſint ſufficienter informari.

Pœna contrauenientium.

4. Prior in Capitulo coram omnibus Fratribus litteras ſupradictas Prioris Prouincialis legat, quibus lectis, infamiam Fratris, & cauſam ſuſpicionis proponat, eique prẹcipiat ſub prẹcepto formali Sanctę Obedientiæ, vt veritatem confiteatur: deinde infamatus coram Priore genuflectat, ac ſupra ſancta Chriſti Euangelia ſibi à Priore porrecta, alta voce ſolemniter iuret, quòd ipſe nunquam perpetrauerit illud crimen, de quo eſt infamatus: poſteà Compurgatores cum Præſidente in aliquo ſeparato loco congregato, primò omnes iurabunt ſuper ſancta Chriſti Euangelia, ſe omnia plenè ſeruaturos, quæ in litteris P. Prouincialis ſibi præcepta fuerant; quòd ſi peieraſſe aliquando conuicti fuerint, præter alias pœnas,

Iuramentum faciendum.

nas,

nas, pœna periurij puniantur.

Pœna periurij.

5. Poſteà Compurgatores ſigillatim iurabunt quid ipſi credant, vel non credant, vel ſi ſibi videatur, ſeu non videatur in ſuis conſcientijs, illum Fratrem iuraſſe, & dixiſſe vera in Capitulo, volens ſe purgare: qui ſe purgare nequiuerit, tamquàm reus & conuictus ſecundùm criminis grauitatem puniatur; ſi verò fuerit debitè purgatus, debet continuò per Pręſidentem, & Compurgatores certior fieri Prior Prouincialis, quatenus eum in bona ſua fama reſtituat, & reponat per Litteras ſuas in hac forma datas.

Forma ſententię.

9. *Nos Frater N. & c. ſacris eloquijs admoniti meliùs eſſe nomen bonum, quàm diuitias multas, & quàm vnguenta precioſa, non potuimus æquo animo ferre te N. infamiæ peruagantis labe manere pollutum: cùm ergo contra te curreret infamia, quòd tale crimen opere perpetraſſes, nos ad illam diluendam tibi purgationem canonicam cum quinque Compurgatoribus indiximus, quos à te prolatos probauimus tamquàm Religioſos integræ ac rectæ conſcientiæ, & probos viros nobis optimè notos, quique tuam conuerſationem à longo tempore nouerunt, tecum etiam conuerſantes, & de dicto caſu & ſuſpicionis cauſa plenè informati fuerunt, qui tibi ſub præcepto Sanctæ Obedientię, ac præſtito iuramento ad veritatem dicendam requiſito & aſtricto, & conſtanter fa-*

ctum

ctum neganti, quin etiam innocentiam in hac parte aſſerenti adhæſerunt, & in conſcientia ſua aſſeruerunt ſe credere, quòd veraciter innocentiam tuam aſſereres, & quòd factum in tanto præcepto non negares ſi illud commiſiſſes. Idcircò ad releuationem tuæ famæ, & dilutionem infamiæ deſcendentes, viſis negatione & aſſertione tua, & Compurgatorum adhæſione & conteſtatione, ſedentes in Camera noſtra in ſella, quam pro Tribunali & loco Iudicij eligimus, Deum & iuſtitiam præ oculis habentes, Chriſti nomine inuocato, dicimus, pronunciamus, & ſententiamus te N. ab infamia ſupradicta illeſum, & liberum, & in facto innocentem, & iniuſtè affectum nomine & infamia prædictis, & tamquàm innocentem & liberum declaramus, & impoſterùm omnibus & ſingulis ſuper iiſdem, niſi alia cauſa (quod Deus auertat) de nouo oriatur, ſilentium perpetuum imponimus: In nomine Patris &c. Acta, lata, & lecta &c.

CAPVT XVI.

De pœna priuationis vocis & loci.

1. DEclaramus, quòd quandocumque in Conſtitutionibus, ſiue diffinitionibus noſtris, ſeu à quocumque Ordinis Superiore priuatur aliquis voce paſſiua, hic talis non ſolùm eſt inhabilis ad officia cum **Quid ſit vocis paſſiuę priuatio.**

cura animarum, ſed ad omnia etiam alia, quæ per electionem dari conſueuerunt: non tamen intelligitur inhabilis ad quæcumque Ordinis officia, poteſt namque exercere officium Infirmarij &c.

Quid vocis actiuæ.

2. Quando verò quis priuatur voce actiua, non ſolùm non poteſt ſuffragium ferre in electionibus, ſed neque in alio quocumque quamuis parui momenti negotio: quarè præcipimus, vt quando in Capitulo proponendum fuerit aliquid, qui voce actiua fuerint priuati, cum alijs egrediantur, qui vocem actiuam non habuerint: nec Prior cum aliquo diſpenſare valeat, vt ibi remaneat.

Quid vocis abſolutè.

3. Cùm autem aliquis priuatur voce abſolutè ſine aliqua limitatione, vtraque voce intelligatur priuatus.

Prouincialis aliquando poteſt priuare voce.

4. Prohibemus autem, ne aliquis Prælatus Fratrem aliquem voce priuare poſſit, præterquàm in caſibus in Conſtitutionibus, vel diffinitionibus expreſſis, excepto Prouinciali, de conſilio tamen & conſenſu Diffinitorum.

Vna pœna in aliam quando cōmutari poteſt.

5. Declaramus, quòd quando aliquis commiſerit culpam, cui in Conſtitutionibus, ſiue diffinitionibus ſit impoſita priuatio vocis, ſi huiuſmodi vocem non habuerit, vel ipſa fuerit propter aliam culpam aliàs priuatus, illa pœna in aliam commutetur, tamquàm ſi in Conſtitutionibus, vel diffinitio-

nibus

nibus taxata non fuiſſet.

6. Qui verò loco priuatus fuerit, ſi ſit Sacerdos, vltimum habeat locum inter omnes Sacerdotes: ſi non fuerit Sacerdos, vltimum habeat locum inter omnes profeſſos non Sacerdotes, & ſic de cęteris: & hoc obſeruetur vbicumque Fratres conuentualiter fuerint congregati. Quòd ſi Frater loco priuatus alium quàm vltimum locum (vt dictum eſt) occupare præſumpſerit, & de eo admonitus ſe non emendauerit, ex tunc ad recuperandum ſuum locum ſit inhabilis, niſi Capitulum prouinciale ſuper hoc ſpecialiter diſpenſauerit.

Qui loco priuatur eſt vltimus ſui ordinis

CAPVT XVII.

De pœna incarcerationis, & torturæ.

1. IN ſingulis Conuentibus noſtri Ordinis, qui habuerint Suppriorem, ſit carcer vndique munitus, & tutus cum compedibus, qui alteri vſui non applicetur, qui tamen non adeò tetro atque horrendo ſitu, ſit, vt Fratres necentur, ſed dumtaxat caſtigentur; vbi verò non fuerit commoditas habendi carcerem, ſint ibi nihilominus compedes, quibus noxij coerceri poſſint, prout diffinitum fuit in Capitulo generali Arimini celebrato Anno Domini 1555.

Qualitas carceris.

 2. Qui-

Carceratus capucio priuandus.

2. Quicumque propter ſua demerita in carcerem coniectus fuerit, antequàm intromittatur, capucio priuetur, nec ei vllo modo reddatur, niſi quando è carcere eductus fuerit. Cuſtos verò carceris, qui carceratum capucio non priuauerit, vel exiſtenti in carcere capucium dederit, pro qualibet vice abſque capucio ſemel in terra comedat, nec Prior ſuper hoc quouis modo diſpenſet.

Pręceptũ. Cuſtodi carceris impoſitum.

3. Item pręcipimus in virtute Sancti Spiritus cuique Fratri, qui pro tempore cuiuſcumque carceris, vel carcerati Cuſtos fuerit, ne vllo modo per ſe, vel per alium Fratri condemnato ad ieiunium panis & aquę aliquid aliud præter panem & aquam, nec ei qui condemnatus fuerit ad ordinarium ieiunium, pluſquam ſemel in die cibaria quadrageſimalia miniſtrare præſumat, vel miniſtrari faciat, ſeu permittat abſque ſpeciali & expreſſa licentia Superioris: qui verò auſus fuerit hoc noſtrum præceptum temerè tranſgredi, ad tot ieiunia, & talia obſeruanda in medio Refectorij per totam menſam teneatur, & compellatur, quot ſui cauſa carceratum fregiſſe Priori conſtiterit.

Pœna Cuſtodis trãſgredientis.

Pœna iuuãtis carceratum ad fugiendum.

4. Prætereà ſiquis exigentibus ſuis demeritis fuerit in vinculis poſitus, aut carceri mancipatus, & aliquis de Fratribus noſtris, quicumque ſit ille, ad fugiendum per ſe, vel per alium, eidem dederit vllo modo auxilium,

lium, conſilium, vel fauorem, vel limam, martellum, aut quodlibet aliud inſtrumentum tradiderit, vel tradi procurauerit, ad infringenda, vel ſoluenda vincula, ſeu alia inſtrumenta præſtiterit euadendi, licèt non euaſerit, carceri mancipetur abſque ſpe gratiæ, quamdiù ille, cui dedit auxilium vt euaderet, debuit remanſiſſe. Si autem per malitiam, aut negligentiam Cuſtodis aliquis carceratus fugerit, ipſe talis ponatur loco fugientis, quòuſque per illum per quem poterat fugiens liberari, liberetur, habita ratione malitiæ vel negligentiæ.

5. Item ordinamus, quòd nullus Frater cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, ingrediatur ad carceratos cauſa viſitationis, vel miniſterij, aut quouis alio modo abſque ſpeciali licentia Superioris, ſub pœna grauioris culpæ, tam ingredienti quàm Cuſtodi permittenti, infligenda. Pœna carceratum viſitantis ſine licentia

6. Prçtereà ſtatuimus, quòd ſi aliquis infametur de aliquo crimine, vel notetur, propter quod ſi verum eſſet, meritò puniendus foret pœna carceris, ſi de eius fuga probabiliter timeatur, Superior poſſit ipſum in firma cuſtodia retinere etiam intra carcerem, ſi Cella ipſius tuta non fuerit, ipſum etiam vinculando ſi neceſſe fuerit, non per modum carceris vel pœnæ, ſed per modum cuſtodiæ, ne fugiat, quouſque de crimine Suſpectus de fuga poteſt incarcerari.

prædicto fuerit debitè informatus. Mandamus autem Superiori, vt ſtatim & celeriter procedat ad inquiſitionem faciendam de crimine ſupradicto meliori modo quo poterit; prædictus verò Frater capucio non priuabitur ante Sententiam: idem poterit fieri ſi quacumque alia ex cauſa de alicuius fuga probabiliter timeatur.

Quando pœna carceris eſt imponenda.

7. Per modum verò pœnæ nulli Prælato licebit Fratrem aliquem carceri mancipare, vel in compedibus tenere, niſi in caſibus in Conſtitutionibus expreſſis, vel de conſenſu Patrum Conſilij: in Cella verò propria Fratrem includere poterit Superior, ſi caſus exegerit de conſilio adminus duorum Deputatorum, vel in defectu eorum, de conſilio duorum ex ſenioribus Conuentus.

Pœna fugientis.

Fugiens ex carcere, vel ex alia pœna, cui pro culpis ſuis obnoxius erat, ſi poſteà redierit, vel captus fuerit, pœnis in quibus erat, & aliquantulum grauioribus ſubiacere cogatur.

Prohibitio torturæ crudelis

8. Innouamus, & obſeruari præcipimus antiquam diffinitionem Ordinis noſtri, factam in Capitulo generali Mediolani celebrato Anno Domini 1343. quæ ſic habet: *Vt ſcelerati & peſtiferi Viri, ſiqui fuerint (quod abſit) poſſint in Ordine de ſuis ſceleribus apertiùs conuinci & corrigi, ideò diffinitionem in Genuenſi Capitulo 1308. factam, & in Viterbienſi*

1312.

1312. *confirmatam, qua prohibetur quòd nullus Officialis noſtræ Religionis audeat à Subdito, vel ſubiecto veritatem aliquam per tormenta, vel ſupplicia extorquere; præſenti declaratione decernimus debere intelligi de ſupplicijs & tormentis crudelibus, quę quoquo modo poſſent periculum inducere perſonale. Volumus enim & in fauorem correctionum permittimus, vt Prouinciales, ſeu Viſitatores cum moderamine Religioni debito, caſibus, perſonis, ac circumſtantijs cogentibus maturè penſatis, de conſilio aliquorum Seniorum, ſeu bonorum Fratrum Prouinciæ talia facere poſſint.* Cui diffinitioni addimus, quòd commiſſionem & facultatem dare & concedere Prioribus poſſint ad huiuſmodi in aliquo particulari caſu facienda. Quæ tormenta poſſint adhiberi.

CAPVT XVIII.

Quæ ſit leuis culpa, & de pœna ei debita.

1. Leuis culpa eſt, ſiquis in Choro legendo vel cantando offendens non ſtatim ſe humiliauerit terram manu tangens, pectuſque percutiens: ſiquis Diuino Officio non intentus, vel in alijs locis publicis vagis oculis & motu irreligioſo oſtenderit leuitatem: ſiquis in Choro in libro aliquo legerit, quod ad Officium non pertineat, vel

in quocumque libro alijs cantantibus ipſe legerit: ſiquis in Eccleſia, vel in Dormitorio inquietudinis aliquid fecerit: ſiquis in eleuandis, vel dimittendis ſedilibus ſtrepitum in Choro fecerit: ſiquis lectionem, vel cantum ſtatuto tempore non prouiderit: ſiquis aliquid aliud legere, vel cantare prę-ſumpſerit, quàm habuerit communis vſus: ſiquis diſcooperto capite per vicos inceſſerit: ſiquis diſsolutè & inordinatè ridens cachinnis, vel ludis, dictis, vel factis alios concitauerit ad ridendum: ſiquis ex aliquo Conuentu exiens, vadens, & rediens, benedictionem genuflexus accipere neglexerit: ſiquis ad lectiones in Choro dormierit: ſiquis temporibus ſtatutis cum alijs auditurus lectionem non adfuerit: ſiquis Altare, vel ornamenta Eccleſię negligenter tractauerit: ſiquis veſtes, vel libros ſibi datos ſtatuto tempore non repoſuerit: ſiquis aliquid vtenſilium fregerit, vel perdiderit: ſi liber in quo legendum eſt cuiuſcumque neglectu defuerit: ſiquis ad Capitulum, vel ad communem refectionem, ſeu collationem ob negligentiam non interfuerit: ſiquis eum, à quo proclamatus fuerit, eadem die proclamare præſumpſerit: ſiquis otioſum verbum, ſeu vaniloquium dixerit: ſiquis, eorum qui officijs deputati ſunt, in aliquo negligens repertus fuerit: ſiquis ſilentium fregerit: ſiquis

quis pro victu vel veſtitu murmurauerit.

2. Pro ſupradictis culpis, & his ſimilibus imponatur Sacerdotibus *Pſalmus*, vel alia Oratio in medio Refectorij dicenda: non Sacerdotibus verò, vt ſemel in terra comedant in medio Refectorij, quòuſque miſericordia, & licentia ſurgendi à Priore concedatur, quam genibus flexis poſtulabit vnus ex antiquioribus, & grauioribus Sacerdotibus. Pœna pro leui culpa.

CAPVT XIX.

Quæ ſit grauis culpa, & de pœna ei debita.

1. Grauis culpa eſt, ſiquis immodeſtè cum Fratre aliquo, vel cum ſæculari contenderit: ſiquis alicui Fratri, vel ſæculari opprobrium, vel nomenclaturam, quæ cedat in deriſum, dixerit, aut ſcripſerit, vel aliquem defectum naturalem animo iniuriandi obiecerit: Siquis mendacium ex deliberatione, & ex intentione dixiſſe deprehenſus fuerit: ſiquis turpem ſermonem protulerit, vel ſcripſerit: ſiquis abſque neceſſitate aliquid, licèt ſit verum, cum iuramento affirmauerit, vel negauerit: ſiquis Fratri præteritam culpam, pro qua iam ſatisfecit, improperauerit: ſiquis alicui Fratri indulgentiam à ſe petenti de aliquo commiſſo veniam

niam negauerit: Siquis alicui detraxerit, vel de eo grauiter murmurauerit: ſiquis ſilentium frangere in conſuetudinem duxerit: ſiquis in priuatis Cellis ſilentium fregerit: ſiquis culpam ſuam, vel aliorum proteruè, vel ſuperbè defenderit: ſiquis accuſans, vel proclamans, in accuſatione, vel proclamatione iurgium fecerit: ſiquis cum illo, à quo accuſatus, vel proclamatus fuerit, ſuper eo contenderit (Nam *qui odit increpationes inſipiens eſt*): Siquis procedens vbi fœminæ ſunt, in vſu habuerit in eas oculos figere, vel cum fœmina ſolus, & non de Confeſſione, loquutus fuerit, niſi breuiter interrogando, vel reſpondendo, vel de licentia Prioris: ſiquis ieiunia Ordinis fregerit: ſiquis in Tabernis bibere, vel comedere non erubuerit, præterquàm in itinere: ſiquis, poſtquàm miſſus fuerit, in contemptum Obedientiæ ſine licentia ante terminum ſibi præfixum reuerti preſumpſerit, vel vltra terminum ſibi aſſignatum moram fecerit per diem.

Prouerb. 12. 1.

2. Pro huiuſmodi, & ſimilibus culpis Sacerdotes ſemel in terra comedant, modo quo ſuperiùs dictum eſt; non Sacerdotibus verò vna diſciplina cum virgis ſuper humerum nudum publicè imponatur cum Pſal. ad placitum Prioris.

Pœna grauis culpę.

CA-

CAPVT XX.

Quæ ſit grauior culpa, & de pœna ei debita.

1. GRauior culpa eſt, ſiquis blaſphemiam euomerit: ſiquis extra Iudicium peierauerit: ſiquis ieiunium ab Eccleſia inſtitutum fregerit: ſiquis mortale peccatum manifeſtè commiſerit: ſiquis ſciens, & volens, ſententiam Excommunicationis incurrerit: ſiquis ſciens ſe eſſe excommunicatũ celebrauerit, vel in ſuis Ordinibus miniſtrauerit: ſiquis per contumaciam, & manifeſtam rebellionem Priori ſuo per diem integrum inobediens extiterit, vel cum eo intus, vel foris,poſtpoſita debita reuerentia, & paternali timore, quaſi de pari contendere auſus fuerit: (volumus enim noſtri Ordinis Superioribus locum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac S.P.N. Auguſtini tenentibus, à ſuis ſubditis ſummam Obedientiam & reuerentiam exhiberi): ſiquis itẽ ebrius aliquando, etiam ſemel tantùm deprehenſus fuerit; qui verò hoc duxerit in conſuetudinem pro infami habeatur.

2. Qui de huiuſmodi, & ſimilibus culpis confeſſus, vel conuictus fuerit, per hebdomadam careat loco, nec cum extraneis loquatur, nec foras mittatur, quo tempore ſe- *Pœna grauioris culpę.*

ſecunda, quarta, & ſexta Feria coram toto Conuentu recipiat diſciplinam, & in terra ſuper ſcabellum, vel lapidem nudum ſemel in die comedat vſque ad finem menſæ, abſque diſpenſatione de his, quæ Prior per miſericordiam apponi iuſſerit; nec aliquis audeat pro eo veniam poſtulare: & pręter hęc, alię etiam pœnę addantur iuxta menſuram, & grauitatem delictorum.

CAPVT XXI.

Quæ ſit grauiſſima culpa, & de pœna ei debita.

1. GRauiſſima culpa eſt, ſiquis fuerit falſarius: ſiquis grauem aliquam læſionem alicui intulerit: ſiquis ſe fornicationis crimine maculauerit: ſiquis Confeſſiones reuelauerit, & cætera huiuſmodi, quæ ſuperiùs poſita ſunt in ſuis proprijs Capitibus.

2. Qui de huiuſmodi, & ſimilibus confeſſus, vel conuictus fuerit, poſtquàm per aliquot dies in carcerem ſteterit, primò in Capitulo ſcapulis nudatis condignam ſuæ culpę ſubeat diſciplinam, qua impoſita à Priore, vapulet ad pedes vtriuſque lateris Seſſorum, prout ſuperiùs dictum eſt: deinde in Cella claudatur vſque ad horam prandij, & tunc in medio Refectorij in terra ſedens pa-

Pœna grauiſſimę culpę.

6. p. c. 14. n. 7.

panem & aquam ſolùm ſine diſpenſatione, manducet, & ibidem ſedeat vſque ad vltimum ſignum completæ refectionis: tunc alijs ſurgentibus ipſe de terra ſurgat, dictaque ab Hebdomadario Oratione ad portam Refectorij ſe proſternat, itaut omnes deſuper eum tranſeant, & ſtatim in carcerem remittatur, & quamdiù fuerit in hac pœnitentia, ſecunda, quarta,& ſexta Feria in pane & aqua ſine diſpenſatione ieiunet, & in Capitulo, quoties tenebitur, diſciplina ei imponatur ſuper nudas ſcapulas,& eadem die in Refectorio faciat ſupradictam pœnitentiam tam quòad ieiunium, quàm quòad proſtrationem.

3. Quamdiù fuerit in hac pœnitentia, non cōmunicet niſi in periculo mortis: ſi tamen verè contritus inuentus fuerit, & Sacramentū Euchariſtiæ in aliqua magna ſolemnitate poſtulauerit inſtanter & deuotè, ſoluatur à vinculis,& ad locum decentem cautè & cum ſecura cuſtodia ducatur, ad eumdem carcerem continuò rediturus; nec vocem actiuam habeat, nec paſſiuam.

4. Prior tamen, ne in deſperationem labi poſſit, quando ſibi videbitur expedire, mittat ad eum Fratrem, vel Fratres diſcretos & deuotos, qui ipſum moneant, & hortentur ad dictam pœnitentiam patienter & humiliter exequendam.

CA-

CAPVT XXII.

De Incorrigibilitate.

1. INcorrigibilis ille quidem iudicandus erit, qui culpas grauiſſimas non veretur committere, & tamen pœnas ferre recuſat, vel de eius correctione & emendatione non eſt aliqua probabilis ſpes, de quo dicit Sanctiſſimus P. Auguſtinus in Regula nobis data: *Etiamſi ipſe non abſceſſerit, de*
Regul.c.7. *veſtra ſocietate proijciatur, ne contagione peſtifera plurimos perdat*: iuxta Apoſtoli doctrinam, qui hæreticum hominem, poſt ad-
Ad Titum 3.10. hibitam trinam monitionem, & incorrigibilitatem patefactam, deuitari iubet, peccantem peccatum ad mortem, quoniam (inquit) ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt.

2. Hic quidem habitu exutus ſicut à corde Profeſſionem abiecit, ſic & Profeſſionis habitum deponere cogatur, ne habitus noſtræ Sac. Religionis deſpiciatur in indignis, ſi tamen vſque ad illam horam ſanæ mentis, & integri ſenſus extiterit; oportet enim vt Religio deſpumetur ad hoc, vt in ſua puritate ſeruetur; non tamen ſub quacumque occaſione quiſque eſt expellendus, ne monaſtica diſciplina veniat in contemptum.

3. Quando verò aliquis erit licentiandus,

dus, ſolùm ad Reuerendiſſimum Patrem, hoc facere pertinebit, vel ad Diffinitorium, Capituli prouincialis, in quo Præſidens vices ipſius gerit. †

4. Ordinamus tamen ad litium cautelam, vt in omnibus litteris expulſorijs, dandis Fratribus à noſtra Sac. Religione ſegregandis, & expellendis, iſta clauſula inſeratur, vel adminus pro inſerta habeatur, videlicet: *Omnia nihilominus iura, actiones, & ſucceſſiones tam ex iure communi, quàm ex priuilegijs, ſeu Statutis noſtri Ordinis occaſione, tuę Profeſſionis dictæ Religioni in genere, aut alicui Prouinciæ, Congregationi, ſeu Conuentui ipſius in ſpecie qualitercumque pertinentia eiſdem reſeruamus, & in nullo penitus derogamus.*

5. Innouamus etiam antiquam diffinitionem factam in Capitulo generali Bononiæ celebrato Anno Domini 1306. quę ſic habet: *Diffinimus, quòd nullus Officialis noſtri Ordinis aliquem licentiatum ab Ordine vlteriùs ad Ordinem ipſum recipiat, quòd ſi fecerit, receptio talis ſit nulla, & hanc diffinitionem Pater noſter Generalis ipſe obſeruet, & faciat ab alijs obſeruari.*

NO-

NOTÆ IN CAPVT XXII.

† *Quòad Regulares Apoſtatas, & Incorrigibiles, Eiectos, eijciendos, & recipiendos videnda, & ſeruanda ſunt Decreta Sac. Congregationis Concilij Vrbani Papæ VIII. iuſſu edita 21. Septembris 1624. in quibus diſponitur, vt impoſterum è Religionibus nullus legitimè Profeſſus eijci poſſit, niſi ſit verè Incorrigibilis: verè autem Incorrigibilis minimè cenſeatur, niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis diſpoſitione requiruntur, ſublatis hac in parte Statutis & Conſtitutionibus cuiuſque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis & confirmatis: verùm etiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua peruicacia perdurauerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, eijci tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm, de conſilio & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis, eligendis in ſingulis Capitulis vel Congregationibus generalibus: tuncque nonniſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum, & Conſtitutiones, Proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrorum Canonum preſcriptum. Sic verò eiecti in*

habitu

habitu Clericali incedant, atq; Ordinarij loci iuriſdictioni & obedientię ſubſint; proindèque Generalis illicò expulſionis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Item diſponitur, vt prædicta Decreta in ſingulis Monaſterijs bis ſaltem in anno legantur in publica menſa, ſub pœnis in eiſdem quòad omnia & ſingula contenta taxatis.

CAPVT XXIII.

Quomodo, & à quibus iniungendæ ſint ſupradictę pœnæ.

1. CIrca pœnas ſupradictas ſtatuimus, vt Fratribus aſſuetis leui culpæ, pœna leuis mutetur in grauem: & aſſuetis graui, illa mutetur in grauiorem: & aſſuetis grauiori, illa mutetur in grauiſſimam: & quòd ſemper aggrauatis culpis ratione circumſtantiarum, aggrauentur etiam pœnę in Conſtitutionibus taxatæ: in quibus quidem omnes notare circumſtantias impoſſibile foret. *Pœnę quomodo iniũgendę.*

2. Declaramus etiam, quòd Prior conuentualis per ſe abſque alterius conſilio poterit imponere pœnam, & leuis, & grauis culpæ, pœnam verò grauioris culpæ de conſilio duorum antiquiorum ex Deputatis: at pœnam grauiſſimæ culpæ de conſilio om- *Prior poteſt leuem, & grauem pœnam imponere.*

nium Conſiliariorum, ac in ſcriptis, & non aliter, imponere poſſit. Qui verò huiuſmodi pœnas aliter impoſuerit, à ſuis Superioribus pro prima vice durè arguatur, pro ſecunda grauiter puniatur, pro tertia Officio priuetur.

Qualiter pœnæ acceptandę.

3. Impoſitę tamen pœnę, quocumque modo imponantur, à ſubditis humiliter acceptentur, poſtpoſita omni appellatione; nam à correctionibus non licet Fratribus noſtris appellare.

Mitigatio pœnarum.

4. Poterit etiam Prior aliquibus Patribus grauioribus, & dignioribus de conſilio Deputatorũ cõmutare diſciplinã in aliquos Pſalmos vel Orationes in medio Refectorij genibus flexis dicendas: diſpenſare etiam cum eis nè in terra ſedeant, ſed ſuper tabulam nudam in fine alicuius menſæ comedant. Hoc verò non intelligatur in pœna culpæ grauiſſimę, quam cuilibet cuiuſcumque gradus, ætatis, vel dignitatis exiſtat, ſine diminutione imponi, ab eoque adimpleri pręcipimus: qui enim non eſt veritus culpam grauiſſimam committere, nullo priuilegio, nec honore, nec reſpectu debet gaudere, quominus condignam ſuis demeritis ſubeat pœnitentiam.

CA-

CAPVT XXIV.

De frequenti lectione harum Conſtitutionum, & præciſa earumdem obſeruatione.

1. QVemadmodum Beatiſſimus P. Auguſtinus in Regula noſtra mandauit, vt ſemel in ſeptimana nobis legeretur, ad hoc vt in ea tamquàm in ſpeculo nos poſſemus inſpicere, & nihil per obliuionem negligeretur, ſic congruum nobis videtur, vt præſentium Conſtitutionum tam frequens ſit lectio, vt nullus ſit in noſtro Sac. Ordine Frater, qui eas ignoret, aut per ignorantiam tranſgrediatur. Conſtitutiones ſępè legendę.

2. Volumus idcircò, vt quotidiè ante prandium, atque ètiam ante cœnam, & Sabbato ad prandium & cœnam poſtquàm parum lectum fuerit de Scriptura Sacra (niſi de Ordinario legi debeat) Prior legi faciat in tono ſine cantu de præſentibus Conſtitutionibus, & in Capitulo etiam de ipſis idem Prior legat, & interpretetur lingua, quam omnes intelligant: quod intelligentibus moleſtum ex fraterna charitate eſſe non debet, cùm non alta ſapere, ſed humilibus conſentire debeamus omnes. Quando legendę. Roman. 12. 16.

3. Magiſter quoque Nouitiorum Nouitijs ſeorſum, vel de Conſtitutionibus, vel Quotidie Nouitij in eis inſtruẽdi.

 de

deOrdinario quotidiè aliquid legat, & obſeruare doceat: Prior autem Prouincialis, & Viſitatores de hac frequenti lectione ſemper inquirant, & ſiue Priorem, ſiue Magiſtrum Nouitiorum in hoc delinquentem debita punitione caſtigent.

Quælibet Prouincia peculiaria ſtatuta cōdere poteſt

4. Verùm cùm ſciamus, quàm difficile ſit tot Nationum homines quot ſunt in Ordine noſtro, in eaſdem vitæ & morum leges omninò conuenire poſſe: ſciamus quoque multos eſſe, & pro tempore fore maiori Spiritus Sancti gratia afflatos, qui rigidiora ſeruare velint, & poſſint, & eſſe in ſeruanda Religione ſeueriores: Volumus, vt quælibet Prouincia, ſeu Congregatio noſtri Sacri Ordinis diffinire ſibi peculiaria aliqua Statuta poſſit, quæ tamen nullius ſint valoris, ſi per Priorem Generalem fuerint infirmata, quæ in ſingulis Capitulis prouincialibus reuideantur, & de nouo approbentur, vel reprobentur.

Generalis ſolùm Cōſtitutiones moderari poteſt.

5. Similiter ſiqua Prouincia aliquid de præſentibus Conſtitutionibus ſibi mitigari deſiderauerit, ad Prioris Generalis authoritatē recurrere teneatur, ad quem ſolū pertinere volumus harū Conſtitutionū moderationem pro cuiuſque Prouinciæ exigentia, niſi particulariter prohibita ſit in ipſis Cōſtitutionibus diſpenſatio, ſeu moderatio, nec enim tunc Prior Generalis poterit rigorem

Con-

Conſtitutionum in aliquo mitigare.

6. Poſt Regulam ergo omnes in hoc libello tamquàm in ſpeculo inſpiciamus, & vbi nos inuenerimus ea,quę ſcripta ſunt facientes, agamus gratias Domino bonorum omnium largitori: vbi autem viderimus aliquid deeſſe, doleamus de præterito, caueamus de futuro, orantes vt nobis debitum dimittatur, & in tentationem non inducamur. Amen.

Expliciunt Conſtitutiones Sacri Ordinis Eremitarum S. P. N. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris eximij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Omnium quæ in his Conſtitutionibus Continentur.

Primus numerus paginam, ſecundus numerum marginalem, † additam indicat notulam.

A

ABSENS.

MISSA Conuentuali, priuatam audiat. 18. 6.
A Choro qualiter puniēdus. 20. 1.
Ab electione vocem non habet, nec illā ſubſtituere poteſt. 144. 4.
Quos abſentes poſſint Prouinciæ vltramontanæ vocales pro ſe ad Cap. gen. conſtituere. 154. †
Abſens à Capitulo poſteà appellare poteſt à ſententia contra ſe in eo lata. 157. 1. & 222. 2.

ABSOLVERE.

Abſoluere à reſeruatis ſine licentia nulliter facit, & qualiter puniendus. 32. 5.
Quando reſeruatis annexa eſt Cenſura, quomodo petenda licentia. 32. 5.
A quibus caſibus Inferiores Prælati abſolui poſſunt. 33. 6.

Ab-

Abſoluere, & abſolui ab Excomm. quatenus poſſint Superiores, & ſubditi: ſub pœna. 456. 6. & 7.
Abſolui non poteſt rem magni momenti accipiens, niſi priùs Prælato eam manifeſtet. 470. 6.
Vnciȩ argenti valorem accipiens, vel dans ſine Prioris licentia ab eo dumtaxat abſolui poteſt. 471. 7.

ABSOLVTIO.

Abſolutionis ſacramentalis forma. 33. 8.
Abſolutionis licentia à reſeruatis quomodo à Prȩlatis danda, & non data penes Confeſſorem ſit. 34. †
Abſolutio generalis danda à Superiore in diebus Communionis. 36. 3.
A Prȩſidente Capit. gener. in principio & fine. 159. 8. & 186. 7.
A Prȩſidente Cap. prou. ſimiliter. 224. 7. & 274. 4.
A Viſitatoribus in fine viſitationis. 320. 18.
Apoſtatarum abſolutio. 487. 8.

ABSTINENTIA.

Quibus diebus, & qualiter ſeruanda. 99. 1. & ſeq.

ACCVSANS.

Pœena accuſantis fratrem apud extraneos. 322. 23.

Ex ſola ſuſpicione accuſantis pena. 324. 25.

ACTA. *Vide* DECISIONES DIFFINITIONES.

ADVENTVS.

Ordinis quo tempore, quomodo, & ſub qua pœna obſeruandus. 100. & ſeq.

ÆDIFICIA.

Eorum cauſa, conceditur Prioris reelectio in eodem Conuentu. 146. 9.
Magni ſumptus qualiter incipere: & incœpta perficere debet Prior. 337. 16.

ÆGROTVS. *Vide* INFIRMVS.

ÆTAS.

Promouendorum ad Sacros Ordines. 26. 1.
Ad audiendum Confeſſiones extraneorum. 28. 6.
Ad fratrum Confeſſiones audiendas. 30. 1.
Ad Habitum Ord. induendum. 40. 2.
De hac conſtare debet PP. Conſilij, antequàm ad Ord. recipiantur ſub penis. 44. 8.
Ætas requiſita ad Profeſſionem. 63. 1.
Ad officium Aſſiſtentis Gen. 208. 1.
Ad Prouincialis officium. 233. 1.
Ad Prioris officium. 256. 12.
Ad Viſitatoris Prou. Diffinitoris, ac Diſcreti Cap. gen. officia. 266. 8.
Ad

Ad Diſcreti pro Cap.prou.officium. 373.1.
Ad Habitum Monialium & Mantellatarum. 382. 2. & 3.
Ad Prioriſſæ officium. 384. 2.

ALIENANTES.

Priores cenſum vitalitium conſumentes pœna contra alienantes inflicta puniendi. 342. †b.
Libros & alia Conuentus alienantes excommunicantur. 361.8.
Ad alienanda immobilia quæ licentiæ requirantur, & forma ſeruanda. 368. 3. & 372. †

ALTARIA.

Altarium viſitationes conſuetæ non omittendæ. 12. 10.

ANNIVERSARIVM.

Pro Gen. & quocumque fratre Defuncto. 14. 6.
Anniuerſaria tria generalia celebranda. 15.7.

ANNVLLARE.

Annullatæ ſunt exemptiones omnes, quæ in Conſtit.non inueniuntur expreſſæ.19.†.
Generalis legitimè annullans electiones Superiorum, alios ſubrogare poteſt. 275. 2.
Annullatæ ſunt omnes Præſentaturę ex gratia ſiue cum voto, ſiue ſine voto. 380. †c.

Annullantur, & irritantur iuramenta ſuper conſpirationibus facta. 477.3.

ANTIPHONA B. M. VIRG.

Poſt Miſſam quando cantanda. 9.6.
Quando poſt Completorium. 17.2.

APOSTATA.

Poſt certos terminos Generalis authoritate dumtaxat recipiendus. 197. 23.
Apoſtatę pœna puniendus ſine debita licentia Romam vadens. 203.4.
Prouincialis citramontanus infra ſex menſes; vltra, infra annum Apoſtatas recipere valet. 303. 8.
Prior intra menſem tantùm. 336. 13.
Apoſtata quis verè dicatur. 483. 1.
Apoſtata ab Ordine quoties recipiendus, & qualiter abſoluendus. 486.5. & ſeq.
A Prouincia quis verè, qualiter, & quoties recipiendus, ac puniendus. 490.13. & 14.
Indicanda Gen. fuga Apoſtatarum. 491. 15.
Apoſtata à Conuentu qualiter puniendus. 492. 16.
Ineligibiles propter Apoſtaſiam qui ſint intelligendi. 492. 17.
Puniendi recipientes Apoſtatas contra formam præſcriptam in Conſtit. 492.18.

AP-

APPELLARE.

A correctione prohibitum ſub pęna. 323. 24.
Ad tribunalia ſęcularia ſub Excom. 325. †a.
Appellationis debitæ forma præſcribitur. 326. †b.

ARCHIVIVM.

In Archiuio Ord. quæ ſeruanda. 127. 19. & 187. 10.
Eius Cuſtos à Gen. deputandus qualis. 187. †.
In Archiuio Prouinciæ quæ. 222. 2. & 275. 1. et 365. 4.
In Archiuio Conuentus quæ, et quomodo ſeruanda. 364. 2.

ARMA.

Quælibet portare, et habere prohibentur ſub pręcepto cum quadam exceptione. 461. 6.

ARTES.

Prohibitis ſeu maleficis ſtudentes, vtentes, libros earum habentes, qualiter puniendi. 482. 3.

ASSISTENTES GEN.

Qualiter, et quando eligendi. 275. 4.
Eorum qualitates, et authoritas. 208. 1. et 2.
Officium eorum ad ſexennium tantùm durat. 208. 3.
Subrogatio in deficientium locum ad Papam

pam ſpectat intra ſexennium. 209.4.
Actuales Papæ ſubijciuntur, abſoluti Gen. 209. 5.
Bis in Hebdomada cum Gen.congregandi. 209, 6.
Quale votum habeant in negotijs. 210. 7.
Eorum præcedentia qualis. 210. 8.
Eorum collecta ex quibus bonis ſumenda. 211.9.
Abſoluti vocem habent in Cap.gen. 211.10.
Vltramontani finito Officio ad ſuam Prouinciam redire tenentur. 211. 11
Eorumdem priuilegia. 211. 12
Aſſiſtentium numerus. 212. †

B

BACCALAVREI.

Eorum officium. 403.1. et ſeq.
Examen, creatio,et promotio.412.11.
Quando Choro intereſſe debent. 423.1.

BALNEVM.

In Conuentu faciendum propter infirmos. 120. 17.
Ad balnea naturalia de licentia Prouincialis eundum. 120. 18.

BENEDICTA TV

Quando dicenda, et cantanda, 9. 6.

BE-

Digitized by Google

BENEDICTIO.
A Pręſidente Capit. gener. qualiter danda. 186. 9.
In Cap.prou.ſimiliter. 274. 4.

BENEFACTORES.
Pro viuis et defunctis Orationes quotidianæ. 10. 8.
Pro defunctis Miſſę et Anniuerſaria. 13. 1. et ſeq.
In Cap.omnibus. 158.5.183.2.227.5.272.1. et 452.17.

BIENNIVM.
Ante illud Completum poſt Profeſſionem nullus ordinetur Sacerdos. 28. 5.
Quæ de biennio ſtatuuntur, de triennio, vel etiam quadriennio intelligenda. 282.2.

BONA.
Ex bonis Nouitij victus tantùm et veſtitus accipi poteſt ſub cenſura. 50.11.
Hęreditaria Profeſſi ad Conuentum ſuæ filiationis pertinent. 73. 23.
Defunctorum fratrum qualiter diſtribuenda. 125.11.et ſeq.
Apoſtatarum et expulſorũ qualiter. 127. 22.
Conuentus, in Depoſito reponenda à Priore: ab eo non eroganda ſub pœna. 337. 15. et 16.

Ea

Digitized by Google

Ea vendere non poteſt Supprior abſente Priore. 350. 7.
Sacriſtiæ quomodo vendi, pignori dari, et commodari poſſint. 355.6.et 356.8.
Conuentus vendenda, à Procuratore vendantur. 359.3.
Ipſa alienantes, aut ſibi appropiantes excommunicantur. 361. 8.
Ad immobilia alienanda qui poteſtatem habeant, quę licentiæ requirantur. 368. 3. et 372.†.
Bona omnia à fratribus in mera poteſtate Prioris reſignanda. 467.1.et ſeq.

BREVIARIVM ORDINIS.
Abſque Gen. licentia corrigi, aut imprimi non poteſt ſub pœna. 9. 5.
Ad vſum Chori habendum. 25..

C

CALCEAMENTA.
EX qua materia ac forma deferri poſſunt. 79. 8.
CANTARE.
In Choro, et Altari debita regula quæ, et quando. 16.1.et ſeq.
CAPITA FACTIONVM.
Et eorum fautores qualiter puniendi. 477.4.

CA-

CAPITVLVM CONVENTVS.
Vocem habentes in eo qui ſint. 454. 19.
Vide RESERVATA CAP. CONV.

CVPITVLVM DE CVLPIS.
Mag. Nouitiorum ſemel in hebdomada illud eis teneat. 60. 11.
In Cap. prou. tenendum in fine. 266. 9.
In omnibus viſitationibus. 319. 16.
In Conuentibus ſingulis ſextis ferijs. 445. 1.
Qua hora faciendus, ac modus in eo ſeruandus. 445. 2. et ſeq.

CAPITVLVM GEN.
Singulis ſexennijs celebrandum in diuerſis Regionibus. 150. 1.
Qui ad illud conuenire tenentur. 150. 3. et 4.
Qualiter illis prouidendum, et quid ab eis portandum. 152. 5. et 6.
Quando et quomodo inchoandum. 153. 11.
Quis eius Pręſidens. 155. 3. et 4.
Quot pro eo Iudices cauſarum, et reuiſores literarum deputandi, et à quibus. 157. 1. et ſeq.
Nominatio vocalium, et eorum ordo. 163. 7.
Electio ſcrutatorum. 167. 2.
Generalis electio quomodo facienda, publicanda, et confirmanda. 168. 4. et ſeq.
Procuratoris Ord. et Aſſiſtentium. 173. 1. et ſeq.

Pro-

Vocales quo ordine nominandi, et ſeſſuri. 230.3.& ſeq.
Duo conſanguinei ſuffragari non poſſunt. 233.†b
Qualis in Prouincialem eligendus. 233. 1. & ſeq.
Scrutatorum, & Prouincialis electio, huius confirmatio à Præſidente, ac à Gen. habenda. 235.4.& ſeq.
Diffinitorum electio, confirmatio, & ordo inter ſpatio ſe. 236.1.& ſeq.
Additorum publicatio: Diffinitorium ex quibus complendum. 238.4.& 5.
Præſidentis cap.authoritas. 239.1.& 2.
Præſidens in Prouincialem non eligendus. 240. †
Ordo in Diff. ſeruandus: quæ admonenda: ſuper quibus iurandum: tranſgreſſorum pœna, conciones, concluſiones habendę, examinatores deputandi, & Computa videnda. 240.1.& ſeq.
Socius Prouincialis aſſignandus eiuſque officium. 249.1. & ſeq.
Priorum inſtitutio qualiter facienda. 251.1. & ſeq.
Viſitatorum, Diffinitoris, ac Diſcreti gen. 263.1.& ſeq.
Capitulum de culpis, & abſolutio Priorum. 266.9.& ſeq.
Diffinitiones, ac familiæ legendæ: Priorum

Confirmatio,& aliorum publicatio. 268. 1.& ſeq.
Pœna non acceptantium officia. 270. 6.
Sigilla Prouinciarum & Conuentuum qualia: publicatio Viſitatorum, & loci Cap. 271.1.& ſeq.
Oratio habenda: ſuffragia iniungenda, & abſolutio. 272.1. & ſeq.
Quid faciendum de literis Diff. delatis: acta Capituli ſubſcribenda,& ad Gen. mittenda. 275. 1.& ſeq.
Formularium Actorum Capitularium. 276.
Literæ à Prioribus portandæ: his quomodo vtendum: Conuentus poſſeſſio: æquiparatio Congregationum cum Prouincijs. 281.1.& ſeq.
Vid. DIFFINITORIVM PROV. ET RESERVATA CAP. PROV.

CAPPA.

Qualitas Cappæ Ordinis. 77.2.
Quando Cappam nigram portare teneamur. 81.14.& ſeq.

CAPVCIVM.

Eius forma præſcribitur. 77.2.
Capucio priuandus Carceri mancipatus. 500.2.

CARCER.

Carceri mancipandi ſine literis teſtimonia-

libus

libus vagari depræhenſi. 140.16.
Rebellibus Eccleſię fauentes, aut ſeruientes. 143.2.
Carcerem particularem habeat Procurator. Ord. 204.7.
Carceri mancipandus veniens ad Cap.prou. vel Congreg.ſine debita licentia. 216.3. & 284.3.
Qui ad obediendum Priori monitus non flectetur. 450.14.
Perpetuò qui homicidium commiſſerit. 460.3.
Apoſtata ab Ord. vel Prouincia. 486.6. & 490.13.
In ſingulis Conuentibus qualis Carcer cum copedibus. 499.1.
Illi manicipatus Capucio priuetur. 500.2.
Cuſtos ſub præcepto ieiunium ei frangere non permittat. 500.3.
Ad fugam è Carcere auxilians, conſilium, aut occaſionem dans, qualiter puniendus. 500.4.
Ad Carceratos quatenus ingrediendum. 501.5.
De fuga ſuſpectus carcerari poteſt. 501.6.
Quatenus per modum pœnæ: fugiens puniendus. 502.7.
Pro grauiſſima ſatisfaciens carceri mancipandus. 508.2.

CARNES.

Quartis ferijs (aliquibus exceptis)non licet eas comedere. 99. 1.
Diebus ieiunij minimè in Refectorio comedendæ. 102. 8.

CASVS CONSCIENTIÆ.

Eorum lectio quoties, & à quibus habenda, & audienda ſub pœnis. 427. 1. et ſeq.

CASVS RESERVATI.

Ab illis ſine licentia Prioris nullus abſoluat. 32. 4.
Quomodo, & à quibus alij caſus reſeruari poſſunt. 34. †
Pro illis, quibus eſt cenſura annexa, cum expreſſione iſtius petenda eſt abſoluendi licentia. 32. 5.
A Papa et Epiſcopis reſeruati, in Sacriſtia ſint. 356. 7.

CELEBRARE.

Tenentur omnes in tribus Auniuerſarijs Ord. 15. 7.
In diebus Communionis generalis. 37. 5.
Ad celebrandum vocatus ire non recuſet. 353. 5.

CELLÆ.

Earum clauis communis, et ſupellex pauper.

per. 87. 1. et 2.
Alterius cellam intrans. et admittens puniendus. 88. 5.
Bis ſaltem à Priore in anno viſitandæ. 89.6.
Ad comedendum in eis ſæculares non admittendi. 97. 14.
In viſitationibus viſitandæ, ac reformandæ. 317. 14.
In Cellis claudendi fratres pro aliquibus culpis. 450.14.492.16.et 502.7.

CÆREMONIÆ.

Secundùm Ordinarium noſtrum faciendæ: & Prior in eis negligens inuentus puniendus. 8. 2.
In eis errans quid faciet. 21. 3.

CHIRVRGIA.

Qualiter à fratribus tractari queat. 116. 6.

CHORVS.

Qualiter omnes Choro intereſſe debent. 18. 6.
Qui ſint à Choro exempti. 19. 7.
Tardè intrantes qualiter ſe habendi. 20. 1.
Errantium in Choro pœna. 21.3.
Qui libri in eo habendi. 25. 1.
In eo ſilentium ſeruandum. 105.1.et 106.5.

CLAVES.

Omnium cellarum clauis ſit communis. 87. 1.
Monaſterij claues de nocte Priori tradendæ. 111. 7.
Depoſiti, et Archiuij qualiter, et à quibus ſeruandæ. 364. 2.

CLAVSVRA.

Noſtrorum Conuentuum cui commendanda: quatenus procuranda: ac neglecta punienda. 109. 1. et ſeq.
Monialium qualis eſſe debet. 386. 1. et ſeq.

COLLECTA.

Pro expenſis Viſitationis Gen. à Cap. priuato taxanda. 191. 10.
Pro Prouincia reparanda in Cap. prou. taxanda, et applicanda ſub præcepto. 260. 1. et ſeq.
Pro expenſis Prouincialis ſimiliter. 304. 10.

COMEDERE.

Extra Refectorium non licet, nec in Cellis cum ſecularibus. 97. 14.
Extra Conuentum de licentia Prioris, ſed rarò. 103. 9.
Comeſtibilia parui momenti recipere poſſunt ſuperiores à ſubditis. 305. 13. et 340. 19.

Ea-

Eadem ſubditi à quocumque recipere ſine licentia non poſſunt ſub pœna. 470.5.

COMOEDIÆ.

Earum repręſentationes prohibitæ ſub pœnis etiam permittenti. 482. 2.

COMMVNIO COMMVNICARE.

Quoties et quando communicare tenemur. 35.1.et ſeq.

Quando Miniſtri tantùm Altaris. 36. 3.

Diebus Commun. facienda abſolutio gen. 36. 3.

Non Communicandi licentia à quo concedenda. 37.4.

Indulgentia Communicantibus conceſſa. 37. 5.

Communione priuandus qui in non alloquendo fratri perſeuerat. 332. 6.

Similiter qui pœnam grauiſſimæ ſubijt. 509. 3.

COMPROMISSVM.

Quid ad electionem per compromiſſum requiratur. 147. 11.

CONCIONES.

In Refectorio à Iuuenibus habendæ. 95.10.

In Cap.prou.à quibns et quando. 244.8.

Vide PRÆDICATOR.

CONFESSIO. CONFESSOR.

Confeſſiones extraneorũ auditurus qualis, à quibus examinandus et promouendus. 28. 6.
Confeſſor non legitimè ſe ingerens puniendus. 29. 7.
Ad fratrum Confeſſiones audiendas quos, et quales eliget Prior. 30. 1.
Quando adeſt Confeſſor Ord. extraneo non poſſumus confiteri. 31. 2.
Fratres itinerantes quibus confiteri poſſunt. 31. 3.
Quoties et quibus locis confitendum. 33. 7.
Modus in Confeſſione ſeruandus. 33. 8.
Mulierum Confeſſiones qualiter audiendæ. 38. 1. et 2.

CONFIRMATIO.

Generalis qualiter facienda. 170. 8.
Prouincialium et Priorum in Capit. gener. 182. 4.
Prouincialis in Cap. prou. 236. 5. et 6.
Priorum in Cap. prou. 269. 3.
Actorum omnium capitularium à Generali petenda. 239. 1. et 275. 2.

CONGREGATIONES ORD.

Earum numerus et ordo. 165.
In omnibus ęquiparantur Prouincijs. 282. 2.

CONGREGATIO IMTERMEDIA.

In medio biennij habenda: qui illi intereſſe debent: deficientes, qualiter ſupplendi. 283. 1. et ſeq.

Nouę leges in ea condi non poſſunt pro tota Prou. nec collecta imponi. 285. 4.

Modus in ea ſeruandus. 285. 5.

Vbi officia ſunt triennalia quando habenda. 286. 6.

CONSENSVS ET CONSILIVM.

Aliquorum ſeniorum Prouincię requiritur ad nouum locum recipiendum. 261. 1.

Prioris ac Deputatorum ad nouas Ordinationes in Viſitationibus faciẽdas. 318. 15.

Prouincialis vel Deputatorum ad pœnas de nouo taxandas. 456. 4.

Aliquorum ſeniorum Prou. ad torturam. 502. 8.

Conſenſus Capitulorum, Superiorum, et PP. Conſilij. *Vide* RESERVATA.

CONSPIRANTES.

In aliquem malitioſè excommunicantur: et puniuntur pro criminis grauitate. 476. 1. et ſeq.

CONSTITVTIONES.

In illis aliquid mutare, addere, vel minuere

nuere nulli propria authoritate licet. 2. 2.
Per conſuetudinem non abrogantur. 2. 3.
Prior ſuper hæc diſpenſare poteſt, niſi expreſsè prohibeatur. 2. 3.
Regula, et Conſtitut. quatenus ad culpam obligent. 3. 5.
In dubijs ad Gen. recurrendum. 4. 8.
In earum obſeruatione excuſationes rationabiles qualiter admittantur. 4. 9.
De eis legendum ante prandium et cœnam. 91. 2.
Quam ſuper illis poteſtatem habeat Diffinitorium gen. ſemel vel iterum diffiniendo. 172. 3.
Harum obſeruantiam contemnentes Prælati officio priuandi. 200. 32. 305. 13. et 340. 19.
Semper legenda Conſtitutio in principio cuiuslibet congreſſus Cap. prou. 219. 1.
Ipſis contrarium aliquid deffinientes quam pœnam ſubibunt. 239. 3.
Legendæ et explicandæ à Priore in Capitulo de culpis. 446. 4.
Legendæ quotidie ante prandium et cœnam, et in ſabbatis ad prandium. 515. 2.
Eas Generalis dumtaxat moderari poteſt. 516. 5.

CONVENTVS GENERALES.

Eorum ſtatus legendi in Diffinitorio gen. 177. 3.

Qua-

Qualiter eis de Prioribus prouidendum in Cap.gen.et extra. 179.5.& 195.20.
Eorum catalogus et ordo: nouos erigere ad Cap.gen.dumtaxat ſpectat. 195.20.

CONVENTVS ROMANVS.

Quam authoritatem in eo habet Procurator Ord. 205.8.et 9.
Eius Prior et familia ex vniuerſo Ordine à Generali aſſignanda, et qualis. 206. 11. et 12.

CONVERSI *Vide* LAICI.

CORONA.

Laicis & Conuerſis non permittenda. 90.1.

CORRECTIO CVLPARVM.

Antè prandium fieri poteſt à Priore. 91.2.
Qualiter procuranda in fratribus. 320. 17.
Pro ea impedienda recurſus ad Iuriſtas, et appellationes prohibentur ſub pœnis. 322.23.et 24.
Alterius correctionem impedientis pœna. 456.5.
Qualiter erga Superiores à ſubditis exercenda. 479. 2.

CORRIGIÆ.

Qualitas et forma noſtrarum. 76.2.
Quibus perſonis dandę: ipſis corrigiatis quę

Sa-

Sacramenta à nobis adminiſtranda. 383.5.

CVLPA.

Quatenus ad culpam obligent Regula et Conſtitutiones. 3. 5.
Culpas graues probatas diſſimulantes Prę-lati officio priuandi. 200. 32. 305.13. et 340.19.
Qualiter culpę in viſitationibus puniendæ. 320.17.

CVLPA LEVIS.

Quæ ſit, et eius pœna. 503.1.et 2.
A quo punienda. 513.2.

GRAVIS.

Quæ ſit, et eius pœna. 505.1.et 2.
A quo punienda. 513.2.

GRAVIOR.

Quæ ſit, et eius pœna. 507.1. et 2.
A quo punienda. 513.2.

GRAVISSIMA.

Quæ ſit, et eius pœna. 508.1. et ſeq.
A quo punienda. 513.2.

CVLTVS DIVINVS.

Sanctiſſimè et iuxta Ritum S. R.E.exhibendus. 7. 1.

CVRSORES.

Quod ſit eorum officium. 405.6.

Qua-

Qualiter et quando creandi, ac promouendi. 410.7.
Quando Choro intereſſe debent. 424.1.

CVSTODIA CONVENTVS.

Quibus iniungenda: & quomodo præſtanda. 109.1.& ſeq.

D

DARE.

DAntis & accipientis pro ingreſſu Nouitij pœna. 42.6.
Dare extraneis perſonis rem non parui momenti ſine licentia prohibitum. 470.6.

DEBITA.

Magna, ſi opus fuerit, contrahenda propter infirmos curandos. 117.10.
Propter alia, in qua quantitate à Priore contrahenda, & qualiter. 337.16.

DECISIONES.

Capituli gen.à toto Diffin.ſubſcribendæ: & quæ à Gen.obſeruandę. 180.6.
Qualiter & quando publicandæ. 181.1.
Typis quam citiùs mandandę. 187.11.
Cap.prou.Confirmandæ, de nouo faciendæ, & à PP.ſubſcribendę. 249.2.
Vide DIFFINITIONES.

DECLARATIO.

Prælati requiritur, vt aliquis ſit ſubiectus pœnis, pœna Excomm.excepta. 4.7.

DEFECTVS.

Nouitij ſuos quibus aperire debent. 54. 3.
Propter notos à principio eijci non poſſunt. 74.25.

DEFVNCTI.

Pro noſtris quæ officia dicenda. 14.6.
Eorum libri ac bona qualiter diſtribuenda. 125.11.& ſeq.

DEPOSITARII.

Duo, quando, quales, & quomodo eligendi. 363.1.
Eorum officium. 364.2.& ſeq.
Quando aliquid venditur adſint, & libros introitus,& exitus habeant. 366. 5.& 6.
Singulis menſibus eis reddent rationem officiales Conuentus. 366.7.

DEPOSITVM.

CONVENTVS CVRIÆ quale, & quæ in eo ſeruanda. 127. 21.
ORDINIS, eius curam habeat Procur.gen. 202. 2.
CONVENTVS CVIVSLIBET ſit in loco ſecuro,

Digitized by Google

ſecuro, & eius claues apud quos, & quomodo ſeruandæ. 364.2.
Io eo reponendæ pecuniȩ tam ſubditorum, quàm Priorum ſub præcepto. 469.4.
Similiter inuentarium à fratribus quotannis faciendum. 472.11.
Depoſitum Religioſorum qua licentia imminuere poſſunt Priores. 474.†.
Depoſiti arcam frangentis pœna. 467.2.

DEPOSITIO AB OFFICIO.

A quacumque dignitate, ac officio conſtituitur ei, qui officium Diuinum non perſoluerit. 8.3.
Ei qui officia Ord. ſine licentia corrigere, vel imprimere præſumpſerit. 9.5.
Ab officio ei, qui ad ordines licentiam non legitimè conceſſerit. 28.4.
Eadem Prælato qui Nouitios contra formam Conſtitut. receperit. 41.4.
Eadem Priori clauſuram Conuentus negligenti. 111.7.
Vide PRIVARE.

DEPVTATI CONVENTVS.

Eorum nominatio, ac numerus, & ex quibus. 259.6.
Cum ipſis conferendæ Ordinationes Viſitantium. 318.15.
Coram eis reddendæ rationes dati & accepti.

pti. 366. 7.
Eorum authoritas & aliorum PP. vt de bonis Conuentus diſponant. 368. 2. & ſeq.
Eis inconſultis rem magni momenti Prior non aggrediatur. 369. 4.
Nec aliquem in cella includat. 502. 7.
Duorum antiquiorum conſenſus requiritur ad imponendam grauioris culpę pœnam. 513.2.
Omnium, vt Patribus grauioribus pœnæ grauiores in leuiores cõmutentur. 514.4.
DIFFAMARE. *Vide* INFAMARE.

DIFFINITIONES.

Capituli gen. quando vim habent Conſtitutionis. 2.2.& 172.3.
A toto Diffin.ſubſcribendæ, & quæ à Generali obſeruandæ. 180.6.
Earum publicatio in Cap.gen. 181.1.
Typis quamcitiùs mandandæ. 187 11.
Diffinitiones Capituli prou.qualiter faciendæ & ſubſcribendæ. 249.2.
Qualiter publicandæ. 268. 2.
Acta Cap.ſubſcribenda,& ad Gen.pro confirmatione mittenda. 275. 2.
Vide DECISIONES.

DIFFINITORES GENERALES.

Semper à Prouincijs cum Diſcretis mittendi: numerum fratrum quatenus portabunt.

bunt. 150.3. 4. & 6.
Diffinitoris Gen. electio & eius qualitates. 264.4.& ſeq.
In Cap.priuato eligi poteſt. 293.6.

DIFFINITORES PROVINCIÆ.

Quatuor eligendi, & quomodo.236.1. & 2.
Eorum interſe præcedentia. 237. 3.
Tres PP. illis additi quomodo publicandi. 238.4.
Vltimi ex Diffin.officium. 239. 6.
Iurare tenentur de ſecreto ſeruando, & magis idoneis eligendis. 242.4.& 254.6.
In eodem Conuentu, vel diuerſis parum diſtantibus collocandi. 292.3.
Numquam eos Prouincialis per litteras conſultat. 293.4.
Vide RESERVATA, CAP. PRIVATO.

DIFFINITORVM GEN.

Eius munus ac poteſtas ſuper Conſtitut. 172.3.
Super electionibus Procur. Ord. & Aſſiſtentium. 174.3.& 4.
Quid de litteris eidem miſſis faciendum. 176.1.& 2.
Quid in eo tractandum. 177.1. & ſeq.
Qualiter eligendi Prouinciales Italię, & Priores Conuent.gen. 178.1. & ſeq.
Aſſignandus locus futuri cap. gen. 180.6.

Vide RESERVATA CAP. GEN.

DIFFINITORIVM PROV.
In eo vocem habere non poſſunt duo Conſanguinei vel Affines in 3. gradu. 233. † b
Quibus PP. conſtet. 238. 5.
Nihil contra Conſtit. diffiniat ſub pœna. 239. 3.
Ordo in eo ſeruandus. 240. 1. & ſeq.
Secretum in eo cum iuramento ſeruandum. 242. 4. & 5.
Duo Oſtiarij eligendi. 243. 6.
Modus tractandi negotia. 244. 9.
Audientia quibus, & qualiter præſtanda. 246. 1. & 2.
Viſitationes legendæ & fratres amouendi. 248. 1. & 2.
Deciſiones ſuper litteris & petitionibus: quæ Diffinitiones mutandæ, vel de nouo faciendæ, & ab omnibus ſubſcribendę. 249. 2.
Socius Prou. eligendus: eius officium, & locus. 249. 1. & ſeq.
Qualiter procedendum in Priorum & aliorum Officialium electionibus. 251. 1. & ſeq.
Promendi ad Ordines, Confeſſiones ſæcularium & prædicandum. 256. 12.
Familiarum diſpoſitiones, deputatorum nominatio, & incorrigibilium expulſio. 257. 1. et ſeq. Col-

Collecta pro Prou. reparanda taxanda, & applicanda. 260. 1. et ſeq.
Noui loci receptio: quæſta Conuentuum diuidenda: locus cap. futuri aſſignandus. 261. 1. et ſeq.
Vide RESERVATA *Cap.* PROV.

DIGNITAS.

Dignitate, Prioratu maiori inſigniti tardè ad Communitatem venientes non expectant ſignum. 20. 1.
Item cum ad Conuentum redeunt benedictionem per ſe non petunt. 138. 8.
Ad Abbatiam aut alias extra Ord. dignitates electus quid faciet ſub Excom. 147. 13. et ſeq.

DISCEDERE.

A Conuentu, Prouincia, et Ordine ſine licentia prohibitum ſub præcepto. 483. 1.
Qui intra diem non redit excommunicatur. 484. 2.

DISCIPLINA.

Conſueta non ommittatur. 12. 10.
A Priore per ſe, vel per aliam ſubditis imponenda, et ab ijs acceptanda. 450 13.
Apoſtatæ recipiendo qualiter imponenda. 487. 7.
Diuerſis pœnis exequenda pro culpa graui, grauiori, et grauiſſima. *Vide* SVB HIS NO-

Digitized by Google

NOMINIBVS.

DISCRETVS GEN.

Ad Cap.gen.ſemper mittendus. 151. 4.
In electione Gen.vocem habet. 162. 6.
Examinãdus de ſtatu ſuæ Prouinciæ. 177. 2.
Quomodo, et qualis eligendus. 264. 4. et ſeq.

DISCRETVS CAP.PROV.

Quando, & de quibus à Diffin.audiendus; Catalogum fratrum ſui Conuentus in eo relinquat. 246. 1. et 2.
Qualis eligendus: quomodo: eiuſque officium. 373. 1. et ſeq.
In Prouincijs, vbi non eſt in vſu eligere Diſcretos, ſeruetur conſuetudo. 373. 1.

DISPENSATIO.

Quatenus, et quomodo poſſit, ac debeat à Prælatis ſuper Conſtit.concedi. 2. 3. et 4.
Super ieiunijs Ord. 102. 8.
Super ſilentio ſeruando. 108. 12. et 13.
Super quibus irregularitatibus à Priore. 336. 14.
Diſpenſationes Capitulis, et Superioribus reſeruata *Vide* RESERVATA.

DISPVTATIONES.

In Cap.prou.habendæ. 244. 8.
Quæ doctrina in eis ſequenda: et quando in Gym-

Gymnaſijs habendę. 401.3. et 4.

DIVIDERE.

Diuiſionem Ordinis procurantes qualiter puniendi. 189.4.
Diuiſionem Conuentus ab vna Prouincia vt alteri vniatur attentantes, puniendi. 189. 5.
Prouincias Ord. diuidere ad Gen. ſpectat. 195. 19.

DORMITORIVM.

Silentium in eo ſemper ſeruandum. 105.1.
Lampas tota nocte in eo ardeat. 106. 5.
In eo Depoſiti locus habendus. 364.2.

DVBIVM.

In dubijs Conſtitutionum ſtandum eſt declarationi Gen. interim iuri Canonico. 4. 8.
In dubio impedimentorum Nouitij ad cap. priuatum recurrendum. 41. 4.

E

ECCLESIA.

IN Eccleſijs noſtris quid, et quando cantandum. 16.1. et ſeq.
Gratiæ poſt prandium quotidie in Eccleſia finiendæ. 99. 18.
Nihil in eis, quod non ſit ad ornatum, operandum. 106. 5.

Quando debeat eſſe aperta etiam de nocte. 111.9. et ſeq.
Per eas ambulare, egredi, aut ingredi prohibitum. 331. 5.
Earum cura quanta debet eſſe Sacriſtis. 352.2. et ſeq.

ELECTIO IN GEN.

Canonica et non canonica qualis. 143.1.
Superiorum et aliorum Officialium ſecreta. 142.2.
Nullus ad electionem eandem plures voces habere poteſt: nullus ſuę renuntiare. 144.4. et 5.
Nullus poteſt ſuffragare in electione ad quam fuerit propoſitus nec eligi qui paſſiua voce caret. 145.6.
Reelectiones quatenus conceſſę. 146. 8. et 9. et 255.10.
Pro ſua vel alterius electione voces procurans qualiter puniendus. 146. 10.
Secreta etiam Canonica per vnanime compromiſſum qualiter valida. 147. 11.
Ad ſui extra Ord. electioni aſſentiendum quę fratribus præmittenda ſub Cenſura. 147.12. et ſeq.

ELECTIO IN SPECIE.

Vide Diuerſorum Superiorum et officialium ſub eiſdem nominibus.

ELEE-

ELEEMOSYNÆ.

Earum diſtributio ad Oſtiarium ſpectat. 111. 8.
Conuentibus datæ qualiter in Depoſito reponendę. 327. 15.
Miſſarum, et officiorum conſignandæ ſub pręcepto. 353. 3.
Omnes nobis datæ in vſum communem redigendę. 469. 2.

EPISCOPI.

Epiſcopo præſentari debet frater ordinandus: et Confeſſor approbandus. 27. 3. et 28. 6.
Cui Epiſcopo præſentandi fratres ordinandi. 30. †
Ei reſeruata licentia vt Nouitius renunciationem aliquam faciat. 50. 11.
Epiſcopus ex noſtris electus quid faciet ſub pręcepto antequàm conſentiat electioni. 147. 13. et 14.
Ab Epiſcopis qualiter exploranda voluntas Monialis ante Profeſſionem. 382. 2.
Quomodo probanda infirmitatis cauſa, vt Monialis à Conuentu egrediatur. 387. 2.
Pręḍicandi licentia ab Ordinarijs petenda. 430. 3.
Epiſcopi ex noſtris inter Religionis extraneos non cenſentur. 464. 2.

EXAMINARE.

Promouendi ad Ordines qualiter examinandi. 27. 3.
Qualiter ad Confeſſiones. 28. 6.
Qualiter, ad habitum Ordinis recipiendi. 45. 1.
Quomodo examen de moribus Nouitij faciendum. 63. 2.
Examen ad aliqua officia requiſitum vide ſub proprijs officiorum nominibus.

EXAMINATORES.

Litterarum in Cap.gen. quot deputandi: et eorum officium. 158. 3.
In Cap.prou. pro quibus examinandis ſub iuramento deputandi. 246. 11.

EXCOMMVNICATIO.

Sub illa toti Prouinciæ aliqnid præcipere quomodo poſſint Prouincialis et Viſitatores. 300. 5.
Suis ſubditis quomodo Prior ſub pœna. 338. 17.
Abſoluere, et abſolui ab excom. quatenus poſſint Superiores et ſubditi. 456. 6.
Excommunicati quibus priuantur. 457. 8.

EXCOMMVNICATIONES IN CONST. EXPRESSÆ.

Super bonis Nouitiorum non accipiendis. 50. 11.
In acceptantem dignitatem extra Ord. contra formam Conſt. 148. 14.
In recurrentes ad fauores extra Ord. et in Prelatos intuitu eorum officia vel gratias largientes. 149†c
In Prouincialem non euntem ad Cap. gen. vel vocales non mittentem. 151. 4.
Ferenda, vt litteræ Pontificis ad Cap. gen. oſtendantur. 155. 2.
Similiter vt litteræ Gen. ad Cap. prou. manifeſtentur. 219. 2.
Lata contra Superiores concedentes exemptiones officiorum eis, qui illa non exercuerunt. 232.†a
Ferenda in Viſitationibus. 311. 5.
Lata, et Papæ reſeruata contra recurrentes ab tribunalia ſæcularia. 325.†a
In alienantes bona Sacriſtiæ, aut Conuentus, vel libros librarię: aut ſibi appropriantes. 361. 8.
In extrahentes ſcripturas ex Depoſito contra pręſcriptum modum: et non reddentes intra terminum deſignatum. 365. 3.
In Prioriſſas aliquem ſine licentia in Monaſteria ingredi permittentes. 385. 1.

In

In Moniales extra clauſuram non legitimè egredientes: ac ſuperiores ad hoc licentiam Dantes: reſeruata Papæ. 387. 2.
In fratres extra caſus exceptos Monaſteria Monialium, ſeu Mantellatarum domos ingredientes. 388. 3.
In Priorem et Officiales libros librariæ vendentes: vel oppignorantes. 440.2.
In eum qui ſigilla vel litteras Gen.aut Procur.Ord.aliaque falſificat, ſeu malitiosè aperit. 458.2. et ſeq.
In falsò accuſantem, falſum teſtem, et inducentem. 465. 2.
In malitiosè contra aliquem conſpirantem. 475.1.
In diffamantem alium ſcripto, vel deſcriptione. 480.4.
In ludentes ad aleas ſeu chartas, vel taxillos ſiue depoſito pretio ſiue non. 481.1.
In eum qui ad Ord. Prou. ſeu Conuentum intra diem non reddit. 484. 2.
In Iudices Compurgatores, vt veritatem exponant, & ſecretum ſeruent. 493.2.
Quæ & quibus ſint reſeruatę.
Vide RESERVATA.

EXCVSATIONES.

Legitimæ, & rationabiles exceptæ intelliguntur in Conſtitut.dummodò à Superiori approbentur. 4.9.

EX-

EXEMPTI. EXEMPTIONES.

Qui à Choro ſint exempti. 19.7.
Exemptiones omnes, quę in Conſtit. expræſſę non inueniuntur, annullatæ ſunt. 19.†.
Qui ſint à ieiunijs Ord. exempti. 102. 7.
Exemptiones officiorum concedi non poſſunt eis, qui illa non exercuerunt, ſub Excomm. pœna. 232.†

EXIRE DOMO.

Sine ſocio aſſignato à Priore non poſſumus. 136.1.& 2.
Ad iter agendum idem ſeruandum, ſi commodè poſſit. 137.3.
Abſque Prioris licentia non exeundum ſub pœna. 137.4. & 5.
Exituri & reuerſi beneditionem petant, quibuſdam exceptis. 137.6.138.8.
Exiens ad viſitandum aliquem, domos & perſonas Priori ſpecificet. 138.9.
Diebus feſtis non exeundum. 139.11.
Exituro ad loca Prouinciæ Prior licentiam dare poteſt; extra. ſolus Prouincialis. 139.13.& 14.
Ad legationem in cauſis ſuſpectis ire non licet. 140.15.
Exeuntes Prouincia, vel in ea ſine licentia repertis qualiter puniendi. 140.16.

Ea-

Eadem die non reuerſuri quas orationes dicere debent. 141.17.

EXPELLERE.

Expellendus Nouitius inhoneſtus, aut ſuperbus: & pro culpa ſemel expulſus, iterum non admittendus. 61.14.
Non expellendi Nouitij ſine cauſa, nec pro defectu ab initio cognito. 74.25.
Expellendi à Prouincia ſeu Ordine per Diffinitorium expellantur. 259.7.& 285.4.
Expellendi qui ſunt Capita factiouum. 477.4.
Qui ſunt incorrigibiles, & qualiter. 512.†

EXPENSÆ.

Pro vocalibus Cap. gen. à Prouincijs prouidendæ. 152.5.
A quibus faciendæ quando Gen. per Prouincias tranſit: vel illas viſitat. 193. 15. & 16.
Similiter de Viſitatorum Gen. expenſis. 214.4.
Pro vocalibus Cap.prou. quando à Conuentu dandę. 216.2.
Capituli prouincialis moderatæ ſint: & à quibus taxandæ. 217.6.
Magnæ, & extraordinariæ quatenus à Priore fieri poſſunt. 337.16.

FA-

F

FABRICARE.

IN Conuentibus qui de nouo fabricantur qualiter idem Prior reeligi poſſit. 146.9. & 255.10.

Fabricæ inceptæ quomodo perficiendæ: & non inceptæ inchoandę. 337. 16.

FALSIFICARE.

Quid ſit: & quas pœnas incurrant falſificantes litteras, ſigilla &c. 458. 1.& ſeq.

FALSO ACCVSANS.

Aut falsò iurans, vel adiurandum inducens &c. excommunicatur, & alijs pœnis ſubijcitur. 465.1.& ſeq.

FAMA.

Fratrum famę, pręſertim Superiorum quàm accuratè conſulendum. 479.2.

FAMILIA.

Conuentuum generalium à Gen. inſtituendę in Cap.gen. & extrà. 179. 5. & 195. 20.

Generalis familia quæ. & à quibus alenda. 193.14.& 15.

Procuratoris Ord. ſimiliter. 206. 10.

Conuentus Romani qualis à Gen. deputanda. 206,11.& 12.

Con-

Conuentuùm prou. qualiter diſponenda.
257.1.& ſeq.

FAMOSI LIBELLI.
Sub pręcepto & cenſura prohibentur.480.4.

FAMVLI CONVENTVS.
Qualiter inſtruendi,conſiderandi,ac dimittendi à Procuratore. 362.9.

FAVORES.
Extraneorum procurantes excommunicantur, perpetuò inhabiles redduntur : & illis non renunciantes alijs pœnis puniuntur. 149.†c & 474. 1. & ſeq.

FIDES CATHOLICA.
Eiuſdem profeſſio à Magiſtris creandis facienda. 416.
Ab ea deficiens qualiter puniendus. 435.1. & ſeq.

FORMVLARIVM.
Litterarum pro Cap. prou. conuocando. 218.
Actorum Cap. prou. 276.
Actorum Congregationis intermediæ. 286.
Electionis Diffinitoris ac Diſcreti Cap.gen. 295.
Electionis Diſcreti Cap.prou. 375. 5.
FV-

FVRARI.
Furantium aliquid minimum vel magnum diuerſæ pœnę. 466.1.& ſeq.

G

GALERVS.
Qvalis eſſe debet in materia, colore, & forma. 80.9.

GENERALIS PRIOR.
In dubijs eſt interpres Conſtit. 4.8.
Eius nomine Prælatis alijs promittitur obedientia in Profeſſione. 68.11.
Ad ſilentium non cogitur. 108.13.
Eo mortuo qualiter pecuniæ, & cetera quę ad vſum habebat diſtribuenda. 126.16. & ſeq.
Ad Cap. gen. non veniens, nec Vicarium mittens ipſo facto eſt officio priuatus. 153.9.& 10.
Sigillum reſignare tenetur, ac officio renunciare ſub pœna. 165. 8.9.& 10.
Noui Gen.electio confirmatio &c. 168.4. & ſeq.
Gen. abſolutus rationem dati & accepti reddere tenetur. 178.4.
Gen.obedire tenetur Deciſionibus Cap.gen. 180.6.

Ipſi

Ipſi qualiter obediendum. 188.1.& 2.
Eius litterarum executio quatenus ſuſpendi queat. 188. 3.
Generalis quę animę dotes. 190.6.& ſeq.
Eius vigilantia circa vitæ communis, aliarumque rerum obſeruantiam. 191. 9. & ſeq.
Semel vniuerſum Ord.viſitare debet.192.13.
Eius familia qualis, & quomodo in Prouincijs recipiendus. 193.14.& ſeq.
Eius authoritas in Procuratore Ord. deputando, alijſque prouidendis. 194. 17. & ſeq.
Generalis abſoluti(non priuati) priuilegia. 198. 26.& ſeq.
Ob quos exceſſus priuari poteſt. 200.32.
Deficiente Gen. eius Vicarij & Pręſidentes perdurant. 201.36. & 37.
Nihil Gen.decernere poteſt abſque conſilio Aſſiſtentium. 208. 2.
Ad ipſum attinet nouos Superiores & officiales ſubrogare, quando eorum electiones annullantur. 275.2.
Moderari item Conſtit. pro cuiuſque Prouinciæ exigentia: niſi ipſi ſpecialiter prohibeatur. 516. 5.
Vid. RESERVATA GEN.

GRADVATI.

Ad Chorum tardè intrantes non expectant ſignum.

ſignum. 20. 1.
A Prouincia admiſſi vocem habent in Conſilijs. 368.2.
Eorum præcedentia in Gymnaſijs. 421. 2.
Quando Choro intereſſe tenentur. 423.1.

GRADVS.

Eos conferre quatenus poſſit Gen. 194.18. & 406.1. et ſeq.
Magiſterij gradus qualibus conferendi. 412. 11. & 12.
Omnes gradus ſine licentia Gen. ſuſcepti ſunt irriti. 426. 6.

GRATIÆ.

Poſt prandium quotidie in Eccleſia finiendæ. 99. 18.

H

HABITVS.

Recipiendorum ad habitum qualitates requiſitę. 39.1.et ſeq.
Color, et forma habitus Ord. ſine eo dormire non licet. 76.1.& ſeq.
Conuerſorum et laicorum habitus. 81.12.
Vniformitas in habitu commendatur omnibus. 83. 17.
Pœna comparentis ſine habitu Ord. 83.18.
Nigro tantùm habitu vti quatenus liceat. 84.19.

HOMICIDA.

Ad Ordinem recipi non poteſt. 44.†
Fatris homicidæ pœna. 460.3.

HORÆ CANONICÆ.

Diſtinctè, attentè, ac deuotè iuxta ritum S.R.E. dicendæ. 7.1.
Eas non recitans qualiter puniendus. 8.3.
Vniformitas in eis perſoluendis commendatur. 8.4.
Quando, & quomodo cantandæ. 16.1. & ſeq.
Illis omnes ſimul interſint. 18.6.
Qui non interſunt qualiter puniendi, & qui tardè vadunt quid facient. 20.1.& 2.

HOSPITES.

Eorum receptioni qualis frater deputandus. 128.1.
Domus ſeparata & communis pro eis ordinanda. 128.2.
Qualiter recipiendi Religioſi. 128.3.& ſeq.
Negotia ſuo Priori exponant. 131.10.
Ad quid hoſpites noſtri teneantur. 131.11.
Vbi eſt Conuentus Ord. illum adire tenentur: & extra conuentum pernoctantium pœna. 132.13.

Qualiter, & à quibus hoſpites corrigendi. 133.14.et15.

I

IEIVNIVM.

Ordinis ieiunia præſcribuntur. 100. 2.
In Paraſceue in pane & aqua ieiunandum. 101. 3.
Frangentium ieiunia pœnæ. 101.4.& 5.
Ieiunantibus plus ſolito miniſtrandum. 102.6.
Exempti à ieiunio qui. 102. 7.
Superior cum toto Conuentu in ieiunijs Ord.diſpenſare non valet. 102.8.
Infirmitas leuis à ieiunio non excuſat. 115.2.

ILLEGITIMI.

Non poſſunt ad Ord.recipi niſi de licentia Cap.gen. 43.7.
Receptio aliter facta nulla & recipientium pœna. 44. 8.

INCORRIGIBILIS.

Quis verè ſit, quatenus, & à quibus habitu priuandus. 510. 1.& ſeq. & 512.†

INDVLGENTIA.

Plenaria conceditur fratribus in diebus Communionis. 37. 5.
Septem annorum ijs qui lauandis hoſpitum pedibus quoquomodo interſunt. 129.5.

INELIGIBILIS.

Quilibet per triennium à die receptionis ad officia per electionem: per quinquennium verò ad officia cum cura. 51. 13.
Per triennium ad officia cum cura Prior ex conſuetudine hoſpites non debitè recipiens: & Superiores eum non punientes. 134.18.& 19..
Qui ſint ineligibiles ad officium cum cura animarum. 145.6.
Ad Officium cum cura ante trigeſimum ætatis annum. 149. † a
Ad officium Generalatu inferius Gen. abſolut. 199. 27.
Ad omne officium per decennium Prouincialis ad Cap.prou.non veniens. 229. 1.
Ad Officium Prouinc. qui Prior, vel Regens non fuerit: & qui 40.annos ætatis, & 15. Ordinis non habûerit, & qui aliquando apoſtatauerit. 233. 1.
Ad idem officium Præſidens Capit. prou. 240. †.
Ad officium per Diffinitorium conferendum PP.Diffinitorij. 252.3.
Ad Prioratum præcipuarum Domorum qui minorem non rexerit:& ad quarumcumq; qui approbatus ad Confeſſiones ſæcularium non fuerit. 252.4.
Ad Officium habens votum in Cap. qui per ſe-

ſexennium Prior, Diffinitor, aut Viſitator fuerit. 255.10.
Ad officium Prioratus perpetuò Prior circa collectas preſcriptum modum tranſgrediens. 260.3.
Ad Officium Viſitatoris Prouincię qui ſunt de corpore Diffinitorij. 264.3.
Ad officia Viſitatoris Prouinciæ, Diffinitoris, ac Diſcreti Cap. gen. qui 15. annos Religionis non habuerint, et qui aliquando apoſtatauerint. 266.8.
Ad officium Vicarij Prioris PP. omnes de corpore Diffinitorij. 291.†.
Ad officium cum cura per quinquennium Prior non mittens ſigillum ad Cap. prou. aut ſine iuſta cauſa non veniens. 339.18.
Ad Prioratum & alia officia Regentes actuales, et Profeſſores publici Vniuerſitatum. 398.3.
Ad omne officium per triennium falſificans litterans aut ſigilla ſuperiorum et alia. 458.2.
Vſque ad diſpenſationem poſt tertiam vicem aliquem grauiter percutiens. 460.4.
Ineligibilis ad quędam officia propter apoſtaſiam quis intelligendus. 492.17.
Vide INHABILIS.

INFAMARE.

Infamantium grauiter verbis, ſcriptis, aut

deſcriptionibus pœnæ. 479.1. et ſeq.
Falsò infamantes famam publicè reddere Compellendi. 480. 3.
Infamato de crimine notabili purgatio canonica quomodo concedenda. 493. 1. et ſeq.

INFAMIS.

Pro infami habendus qui bis propter officium non dicendum punitus, non ſe emēdat. 8. 3.
Ad Viſitationes non vocandus infamis. 315.9.
Infamis inter ſeculares à Conuentu mutandus. 321.19.
Prior infamis ab officio priuandus. 341.20.
Habendus pro infami falsò accuſans, et falſus teſtis, ac inducens. 466.3.
In ſecundo furto graui deprehenſus. 467.3.
Ebrius ex conſuetudine. 507.1.

INFIRMVS.

De cura infirmorum multa decernuntur. 115.1.& ſeq.
Qualis cura Prioris circa Sacramenta, et alia infirmis neceſſaria. 117.7.et ſeq.
Prior negligens erga infirmos qualiter puniendus. 120. 19.
Circa laborantem grauiter, vel in extremis qualiter inuigilandum. 121.1.et ſeq.

INHABILIS.

Ad omnia officia per ſexennium qui licentiam ad Ordines non legitimè conceſſit. 28.4.
Ad Confeſſiones audiendas qui ſe ad illas temerè ingerit. 29. 7.
Ad omnia officia per triennium Nouitios cum impedimentis recipiens. 41.4.
Ad omnia officia etc. perpetuò Superiores admittentes inhabiles ad Ordinem. 41.5.
Ad eadem vſque ad diſpenſationem Simoniam committens in Nouitiorum receptione. 42.6.
Ad omnia Officia vſque ad diſpenſationem Superiores admittentes ad Ord. Exteros, aut illegitimos: et Prior non faciens inſtrumentum de ætate, Patria, et Parentibus eius, qui ad Ord. petit admitti, antequàm illum Conuentui proponat. 44.8.
Ad omnia officia perpetuò qui mulierem in Conuentum introducit, vel admittit. 112.11.
Ad officium cum cura per quinquennium Prior erga infirmos negligens perſeuerans. 120.19.
Ad idem Prouincialis vel Viſitatores non ſuſpendẽtes Priorem huiuſmodi. 121.20.
Ad idem vſque ad diſpenſationem Prior, cuius incuria frater ſine Sacramentis de-

ceſſerit. 123. 6.
Ad omnia officia qui ſe in Prouincialem etc.creari permiſſerit ad effectum ſuffragandi. 144. 3.
Similiter in perpetuum recurrentes ad fauores extra Ord. 149†c
Ad officium in Diffinitorio perpetuò, qui poſt primam punitionem ſecreta illius reuelauerit. 242. 5.
Ad Officium Prioratus qui 30.ætatis annos non habuerit. 256.†a
Ad Prouincialatum, et Prioratum nobiliorem qui ſibi delatum ſine cauſa non acceptat. 270.6.
Ad quemcumq; Prioratum perpetuò Priores abſque cauſa renunciantes. 290.4.
Ad officium ſuum per decennium Prouincialis ac Viſitatores, defectus ſubditorum indebitè reuelantes. 324.27.
Ad omnia officia in perpetuum recurrentes ad tribunalia ſecularia. 325.†a
Ad dignitates et officia imposterum Moniales et Superiores Conſtit. ſuper earum egreſſu à Conuentu frangentes. 387. 2.
Ad Officium Prioratus per ſexennium Prior non curans de lectione caſuum Cõſcientiæ. 428. 4.
Ad prædicandum vſque ad diſpenſationem, ſine legitima promotione prædicans. 429.2.

Ad

Ad omnia officia in perpetuum Prior et Depoſitarij imminuentes fratrum Depoſita ſine debita licentia. 474.†
Ad officium per quinquennium cum cura Apoſtata ab Ordine. 488.9. & 10.
Ad omnia officia per electionem voce paſſiua carens. 497. 1.
Ad recuperandam locum, qui eo priuatus vltimum tenere noluerit. 499.6.
Vide INELIGIBILIS.

INOBEDIENTES.

Generali grauiter puniendi. 188.2.
Prioribus à Diffinitorio electis qua pœna mulctandi. 251. 2.
Prouinciali qualiter puniendi. 299. 1.
Viſitationibus Prouinciæ qualiter. 321. 20.
Vide OBEDIENTIA.

INSTITVTVM.

Nouum in Ordine introducentes qualiter puniendi. 189. 5

INVENTARIVM.

Facere tenetur infirmus ſub pœna ipſi et Priori negligenti. 122. 3. et 4.
Cameræ Gen. et Procuratoris Ord. vbi ſeruandum. 127. 21.
Vtenſilium Conuentuum à Suppriore facienda. 349. 41

BO-

ceſſerit. 123. 6.
Ad omnia officia qui ſe in Prouincialem etc.creari permiſſerit ad effectum ſuffragandi. 144. 3.
Similiter in perpetuum recurrentes ad fauores extra Ord. 149†c
Ad officium in Diffinitorio perpetuò, qui poſt primam punitionem ſecreta illius reuelauerit. 242. 5.
Ad Officium Prioratus qui 30.ætatis annos non habuerit. 256.†a
Ad Prouincialatum, et Prioratum nobiliorem qui ſibi delatum ſine cauſa non acceptat. 270.6.
Ad quemcumq; Prioratum perpetuò Priores abſque cauſa renunciantes. 290.4.
Ad officium ſuum per decennium Prouincialis ac Viſitatores, defectus ſubditorum indebitè reuelantes. 324.27.
Ad omnia officia in perpetuum recurrentes ad tribunalia ſecularia. 325.†a
Ad dignitates et officia impoſterum Moniales et Superiores Conſtit. ſuper earum egreſſu à Conuentu frangentes. 387. 2.
Ad Officium Prioratus per ſexennium Prior non curans de lectione caſuum Cõſcientiæ. 428. 4.
Ad prædicandum vſque ad diſpenſationem, ſine legitima promotione prædicans. 429.2.

Ad

Ad omnia officia in perpetuum Prior et Depoſitarij imminuentes fratrum Depoſita ſine debita licentia. 474.†
Ad officium per quinquennium cum cura Apoſtata ab Ordine. 488.9. & 10.
Ad omnia officia per electionem voce paſſiua carens. 497. 1.
Ad recuperandum locum, qui eo priuatus vltimum tenere noluerit. 499.6.
Vide INELIGIBILIS.

INOBEDIENTES.

Generali grauiter puniendi. 188.2.
Prioribus à Diffinitorio electis qua pœna mulctandi. 251. 2.
Prouinciali qualiter puniendi. 299. 1.
Viſitationibus Prouinciæ qualiter. 321. 20.
Vide OBEDIENTIA.

INSTITVTVM.

Nouum in Ordine introducentes qualiter puniendi. 189. 5

INVENTARIVM.

Facere tenetur infirmus ſub pœna ipſi et Priori negligenti. 122. 3. et 4.
Cameræ Gen. et Procuratoris Ord. vbi ſeruandum. 127. 21.
Vtenſilium Conuentuum à Suppriore faciendum. 349. 4.

Bonorum Sacriſtiæ duo facienda; quorum vnum in Depoſito maneat. 356.9.
Bonorum immobilium Conuentus ſimiliter duo. 365.4.
Librorum librariæ item duo. 444.8.
Bonorum extra Conuentum conſtituendorum in Depoſito relinquendum. 471.10.
Semel in anno faeiendum à fratribus, et Priori conſignandum, de omnibus ad vſum conceſſis ſub pœna proprietarij. 472.11.

IRREGVLARITAS. IRREGVLARIS.
Quæ irregularitates à Priore diſpenſari queant. 336.14.et 342.†[a]
Irregularis à ſacris arcendus: Vicarius Conuentus fieri, aut ad quamlibet dignitatem promoueri non poteſt. 336.14.
Irregularitatem Gen. reſeruatam incurrit Prior ab ingreſſu prohibito Eccleſiæ non abſtinens. 338.17.

IVDICES CAVSARVM.
In Cap.gen. quot, à quibus deputandi, et eorum authoritas. 157.1. et 2.
In Cap.prou.quot, quales, et à quibus eligendi, ac eorum authoritas. 222.1.et 2.

IVRAMENTVM.
Pręſtandum volenti Ordinem ingredi, et tem-

tempore Profeſſionis. 46. 3. et 64. 4.
A Scrutatoribus Cap. gen. et prou. 167. 2. et 235. 4.
A PP. Diffinitorij ſuper ſecreto ſeruando. 242. 4.
Ab eiſdem de magis idoneo eligendo. 254. 6.
Ab Examinatoribus in Cap. prou. 246. 11.
Inquirendis à Priore ſuper quodam caſu. 336. 13.
Iuramenta quædam noxia irritantur. 477. 3.
Iuramentum exigendum ab Apoſtata Ord. in eius receptione. 487. 7.
Ad infamato & Compurgatoribus. 495. 4.

K

KALENDARIVM.

IN Choro habendum, in quo notentur feſta & commemorationes Ordinis. 8. 4.
Notanda etiam tria Anniuerſaria. 16. 8.

L

LACTICINIA.

PErmittuntur quartis ferijs & Sabbatis, niſi ſit ieiunium. 59. 1.

LAICI FRATRES.

Eorum preces horariæ. 22. 1. & ſeq.

Quan-

Quando ſunt in Choro conforment ſe in cæremonijs Conuentui . 23. 4.
Qui legere neſciunt , non addiſcant . 23.5.
Quatenus ad ſtatum clericale promoueri poſſint . 24.6.
Qua ętate & quibus qualitatibus recipiendi ſunt . 40. 2. & ſeq.
Quo loco & qualiter induendi . 50.10.
Eorum habitus qualis . 81.12.
Eis non permittitur deferre coronam . 90.1.

LECTIO.

De Conſtit. legendum ante refectionem . 91. 2.
Lectio menſæ qualis . 93.5.& ſeq.
Lectio in Romano Gymnaſio Ordini conceſſa . 176.†.
Sacræ Scripturæ vbi & à quibus habenda . 398.3.
In ſtudijs noſtris quę lectiones à diuerſis habendæ. 402.5. 403.1.&c.
Caſuum Conſcientiæ lectio qualiter, & à quibus habenda & audienda ſub pœna. 427. 1. & ſeq.
Conſtitutionum ſæpè habenda. 515.1.& ſeq.

LECTORES.

Philoſophię , ac Theologiæ quibus horis Choro intereſſe debent . 19. 7.
Publici in aliqua vniuerſitate Priores eſſe

non

non poſſunt. 398. 3.
Lectorum in ſtudijs noſtris officium. 403. 2.
Quando & qualiter examinandi, creandi, ac promouendi. 411. 9.
Quibus horis Choro intereſſe debent. 423. 1.

L E C T V S.

Religioſorum præſcribitur. 88. 3.

LEGATIONES.

In cauſis ſuſpectis minimè ſuſcipiendæ. 140. 15.

LIBELLVM.

Libelli famoſi auctor quas pœnas incurrit. 480. 4.

LIBRI.

Ad vſum Chori habendi quales. 25. 1.
Ad vſum Sacriſtiæ. 25. 2.
Libri defunctorum quomodo diſtribuendi. 125. 12.
In Depoſito Conuentus quales ſeruandi. 366. 6.
In libraria qualiter ſeruandi ſub præcepto & cenſura. 440. 1. et 2.
Qualiter, quibus cum cautione commodandi: inutiles quomodo vẽdi queant. 441. 3.
Bis in anno Colligendi & ad librariam reportandi. 444. 8.
Libri & ſcripta artium prohibitarum comburenda. 482. 3.

LIBRARIA.

Pro ea cuſtos deligendus : eius munus: quomodo extraneos in eam liceat introducere. 442.4. & ſeq.
Libros ab ea extrahendi modus. 443..7.

LICENTIA.

Exeundi extra ſepta Monaſterij à Priore danda. 137.4.
Extra Prouinciam à Prouinciali,& qua forma. 139. 14.
Veniendi ad Cap. gen. per Gen. danda. 150. 3.
Debite veniendi Romam à quibus obtinenda ſub pœna. 207. †.
Veniendi ad Cap.prou.à quo. 216.3. & 4.
Habendi equum priuato vſui à quibus & qualiter obtinenda. 317.14.
Vt teſtimonium fratres in cauſis ſæcularium reddant quatenus concedenda. 325,28.
Vt negotia extraneorum tractentur à quo habenda ſub pœna, & pro quibus neganda. 361. 6.
Ad Magiſterij gradum in Ord.vel Vniuerſitate ſuſcipiendum à quo, & qualiter concedenda. 413.12.& 426.6.
Ad prædicandum à quibus & qualiter concedenda. 429.1.& 430.3.

Eun-

Eundi ad Superiores, quando à Prælatis inferioribus negatur, à quibus petenda. 484.3.

LICENTIATI.

In Ordine qui dicantur, & quibus gaudeant exemptionibus. 413.12.
Eorum præcedentia in Gymnaſijs. 421.1.

LINEÆ VESTES.

Qua neceſſitate, licentia & cautela permittuntur. 76. 1.
Linteamina linea ægrotis & valde ſenibus tantùm permittuntur. 88. 4.

LITERÆ.

Quid faciendum de miſſis ad Diff.gen. 176. 1.& 2.
Referentes ſtatum Conuentum gen. in Diff. gen.legendæ. 177. 3.
Scribendæ in Cap.gen.Imperatori, Regibus & alijs. 180.7.
Litteræ Cap. gen. miſſæ regiſtrandæ, in Archiuio Ord.ſeruandę. 187.10.
Generalis quatenus ſuſpendi poſſit. 188.3.
Præſidentiæ, Gen. deficiente, perdurant. 202.37.
Patentes ad Cap.prou.conuocandum. 218.
Suæ familiæ à quolibet Priore recipiendæ in Cap. prou. & quomodo publicandæ. 281. 1.

Te-

Digitized by Google

Teſtimoniales de electione Diffinitoris ac Diſcreti Cap.gen. 295.
Diffamatoriæ ſub cenſura prohibitę. 480.4.

L O C A.

De nouo capienda, & habita quatenus relinquenda. 197.21.& 261.1.
Loca Conuentus viſitanda, & obeunda. 317.14. 328. 2. & 349. 4.

LOCI PRIVATIO

Per triennium priuatur loco recurſum habens ad fauores extra Ord. 474. 1.
Diuerſimodè Apoſtata. 488.9.& ſeq.
Loco priuatus, quem tenere debet ſub qua poena. 499.6.

L O Q V I.

Qualiter docendi Nouitij. 53.2.
Sumiſsè loquendum ad menſam. 96. 12.
Qualiter in Sacriſtia, & alijs locis, ac temporibus ſilentij. 105.2. & 107.8.
Cum mulieribus quomodo, & quibus locis loquentium. 112.10.& 113.12.
Non loquens cum alio fratre qualiter corrigendus & puniendus. 332.6.
Cum Monialibus qua cautela loquendum. 391.1.& ſeq.

LVDERE.

Ludi alearum ſeu Chartarum, ſiue taxillorum prohibiti ſub excom. 481. 1.
Hiſtrionici & laruatici ſub diuerſis pœnis. 482.2.

M

MAGISTRI THEOLOGIÆ.

QVibus Horis Choro intereſſe debent. 19. 7.
Tardè intrantes non expectant ſignum. 20.1.
In redeundo ad Conuentum benedictionem à Superiore petere non tenentur. 138.8.
Per Prouinciæ Conuentus diſtribuendi. 258. 3.
Quales & qua licentia promouendi ad gradum. 412.11. & 12.
Modus ſeruandus à Prouincijs in proponendo Gen. pro Magiſterijs numeri: & qualiter Gen.procedere debeat. 414.†b
Forma creandi Magiſtros. 415.1.& ſeq.

MAGISTRI BIBLICI.

Eorum officium. 405.7.
Quibus horis Choro intereſſe debent. 423.1.

MAG. NOVITIORVM.
A quibus deputandus, qualis, & quid eos docere debet. 53. 2. & ſeq.
Poteſtatem ſuper illos qualiter à Priore requiret. 56.4.
Capitulum de culpis ſemel in hebdomada eis teneat. 60.11.
De neceſſarijs eis prouideat. 61. 13.
Prouincialis prouidere debet de alio Magiſtro pro humanis litteris. 62. 15.

MAG. STVDENTIVM.
Eius officium. 404. 3.& 4.
Præcedentia in Gymnaſijs. 421. 1.
Quibus horis Choro intereſſe debet. 423.1.

MALEFACTORES.
Non recipiendi: & fortè recepti vltra diem abſque PP. Conſilij conſenſu non detineantur. 134.17.

MANTELLATÆ.
Earum qualitates, ætas ad habitum: profeſſio, Cura, & Confeſſor. 382.3.& 4.

MATVTINVM.
Quando, qualiter, & qua hora dicendum. 17.2. & 3.

Pœna non ſurgentis ad Matutinum. 20.1.

MENDICANTES.

De Ord. Mendicantium nullus ad noſtrum recipi poteſt. 43. 7.
Receptio talium irrita declaratur: & admittentes officijs, voce & gradibus priuantur. 44. 8.
Qualiter hoſpitio recipiendi ac tractandi. 128. 3.

MENDICITAS.

In Conuentibus qualiter exercenda. 473. 13.

MENSA.

Benedictio, Diſciplina, lectio menſæ &c. 91. 2. & ſeq.
Silentium in vtraq; menſa ſeruandus. 95. 11.
Modeſtia, frugalitas, & vrbanitas ſeruanda. 96. 12. & ſeq.

MISSA.

Pro defunctis ſingulis ſecundis ferijs cantanda. 13. 1.
Pro viuis & defunctis ſemel in anno à quouis fratre duæ dicendæ. 13. 2.
In obitu Papæ, Protectoris, Sacriſtæ, Gen. ac cuiuſcumque fratris quæ dicendæ. 14. 3. & ſeq.
Miſſa Conuentualis quotidie dicenda, & vbi cantanda. 16. 1. & 2.

Digitized by Google

Omnes illi interſint, vel priuatam audiant. 18. 6.
Tardè intrantes quid facient. 20. 1.& 2.
Miſſa de Sp.S.in Cap.gen.cantanda. 153. 11. & 161. 1.
Miſſa officium & proceſſio pro defunctis in eodem. 158. 5.
Miſſarum pręſcriptio in fine Cap.gen. 184. 5.
Celebrandæ in principio & progreſſu Cap. prou. 225. 1.& 2.
Dicendę in ſingulis Conuentibus poſt celebrationem Cap.prou. 273. 3.
Tempore Congreg. intermedię. 285. 5.
Miſſarum & Officiorum eleemoſynæ ſub præcepto conſignandæ. 353. 3.
Miſſarum Catalogus in Sacriſtia habendus. 356. 7.

MONIALES.

Qua licentia, ætate, & quomodo ad habitum & profeſſionem recipiendę. 381. 1. & 2.
Electio Prioriſſæ & aliarum Officialium. 384. 1.& ſeq.
Clauſura ſub præcepto & pœnis ſeruanda. 386. 1.& ſeq.
Modus ſeruandus in earum viſitationibus. 389. 4.& 5.
Moniales cum quibus & qualiter loqui poſſunt. 391. 1.& ſeq.
Earum Confeſſores ſeu Vicarij in Diff. eligendi

gendi & qualiter. 393. 1.
Confeſſor extraordinarius bis aut ter in anno concedendus. 394.2.
Qualiter ſe gerere debeat Monialium Confeſſor. 394.3. & 4.

MVLIERES.

Eis exterior Eccleſia tantùm pateat. 111.9.
Cum illis nec in Eccleſia, nec ad oſtium Conuentus loquendum. 112.10.113.12.
Eas ad Conuentum admittens, niſi in caſibus expreſſis, quas pœnas incurrat. 112. 11.
Cum eis ſemper præſente ſocio loquendum: & de licentia Prioris. 113.12. & 13.

MVSICÆ.

Indecentes prohibentur in Eccleſijs noſtris. 18. 5.

MVTANDI.

Mutare fratres de vna ad aliam Prouinciam ad Gen.ſpectat. 197. 22.
De Conuentu ad Conuentum ad Prouincialem cum cauſa. 302. 7.
Perturbatores & ſcandaloſi qualiter mutandi. 321. 19.

MVTVVM.

Extraneis dare prohibetur Prioribus ſub pœna. 337. 16.

N

NEGOTIA.

COnuentus à Procuratore tractanda. 359. 3.

Extraneorum à nullo ſine licentia Prouincialis ſub pœna. 361. 6.

NOTARIVS.

Profeſſionibus adſit: & inſtrumentum conficiat. 73.22.& 383.4.

NOVITIATVS.

Per Prou.& Diff.eligendus: eius qualitates. numerus in eo collocandus: ſemper ſit clauſus, & ſilentium in eo ſeruetur. 53.1.

Profeſſi, dum in Nouitiatu manſerint, legibus Nouitiorum tenentur. 62.16.

Tempus anni ad profitendum prorogari poteſt arbitrio Superiorum. 75.†

NOVITII.

Pro Confeſſionibus eorum audiendis alij pręter Magiſtrum à Priore deputandi. 30.1.

Ætas, qualitates, & alia requiſita in Nouitijs recipiendis. 39. 1. & ſeq.

Super eorum receptione ſimonia punienda. 42. 6.

Digitized by Google

Ex Mendicantibus non recipiendi, ex alijs verò Ordin. ac illegitimi de licentia dumtaxat Cap. gen. 43. 7.
Spiritus habitum petentis, & voluntas exploranda: iuramentum ſuper impedimentis: expoſitio aſperitatis: examen & alia in eo recipiendo. 45. 1. & ſeq.
Ex bonis Nouitij victum ſolùm & veſtitum recipiat Conuentus ſub Anathemate. 50. 11.
Tempus probationis Nouitij. 51. 12.
Nullus à Nouitiatu abſque Mag. licentia exeat. 53. 1.
Qualiter, & de quibus inſtruendi. 54. 3. & ſeq.
Neceſſaria eis miniſtranda. 61. 13.
Indigni qualiter eijciendi. 61. 14.
Profiteri nolentes qualiter dimittendi: et quænam accepturi. 73. 24.
Inuiti non expellendi pro defectibus ab initio cognitis: nec ſine cauſa. 74. 25.

O

OBEDIENTIA.

QVæ Pontifici, Eccleſię, ac legatis præſtanda. 142. 1.
Quę Pręſidenti Cap. gen. 155. 3.
Quę generali, ſub qua pœna. 188. 1.
Quæ Prioribus à Diffinitorio electis. 251. 2.

Quæ Prouinciali ac Viſitatoribus. 299. 1. & 321.20.

Quæ in acceptandis Officijs à Priore demandatis. 343.1.& ſeq.

Quæ Regenti ab ijs qui ſunt de corpore ſtudij. 402. 5.

Quæ priori in Cap.de culpis: ſub qua pœna. 450.14.

OBLATI SEV COMMISSI.

Ante 20. ętatis annum non admittendi: ijdemque ſine Caputio, atque de licentia Gen. 40. 2.

OFFICIVM DIVINVM.
Vide HORÆ CANONICÆ.

OFFICIA ORDINIS.

Nullus corrigere, vel imprimere poteſt abſque licentia Gen.ſub pœnis. 9. 5.

OFFICIALES.

Subſtituti à Priore ad Conſilia non admittendi. 333. 8.

Officialium Conuentus munus.344.3.& ſeq.

OFFICIVM.

Inferius Generalatu abſolutus Generalis habere non poteſt. 199. 27.

Non acceptans Officium qualiter puniendus. 270. 6.

Re-

Renuncians Prioratui ſine cauſa puniendus. 290.4.
Officia Conuentus quomodo à Priore diſtribuenda, & à ſubditis acceptanda. 343.1. & ſeq.

ORATIO.

Serotina qualiter quotidie ab omnibus habenda. 10.7.
Quæ preces poſt illam dicendæ. 10.8.& 9.
Aliæ particulares non prætermittendæ. 12. 10.
Orationes habendę in Cap.gen. quęnam, & à quibus. 158.5.162.5.& 183.1.
Habenda in Cap.prou. 227.4. & 272.1.

ORDINARIVM.

Ordinis ſeruandum, & in Choro habendum. 8.2.& 25.2:
Eius ſcientia pręcipue commendatur Sacriſtæ. 356.7.

ORDINES SACRI.

Qui, & qualiter ad illos promouendi. 26.1. & ſeq.
Nouitijs nulli Ordines Conferendi. 51.12.

ORDINATIONES.

Noue in Conuentibus qualiter à Viſitaatibus relinquendę: ſuper his nec Prouin-

cialis aliquid poteſt: nec Viſitatores ſuper præceptis Prouincialis. 318. 15. & 321. 20.

ORDO.

Prouinciarum & Congreg. 163.7.
Conuentuum generalium. 156.
Vocalium Cap.prou. 230.3. & 4.
Inter Conuentus Prouinciæ. 231.4.
In Diffinitorio ſeruandus. 241.2.
In propoſitione eligendorum in Priores. 254. 7.

OSTIARIVS.

Connentus qualis, & qualiter ſe habere debet, & alia ſui muneris. 109.1.& ſeq.
Oſtium Conuentus ſemper ſit clauſum. 109. 2.

P.

PAPA.

Decedente Miſſæ & officia in Ordine celebranda. 14. 3.
Obedientia ei pręſtanda ſub pœnis. 142.1.
Vide RESERVATA PAPÆ.

PARISIENSE STVDIVM.

Eius dignitas, & promotiones quatenus approbantur. 397.2.& 426.6.

PP.

Digitized by Google

PP. CONSILII.

Inter eos non computandum officiales à Priore ſubſtituti. 333. 8.
In ſua prece apud Priorem non defraudandi. 346. 7.
Quinam ſint: eorum authoritas: Congregationes qualiter habendæ. 368. 1. & ſeq.
Inter eos Prouincialis præeſſe poteſt: non tamen neceſſario vocandus. 371. 8.
Qualiter omnes ſint ad Conſilia vocandi, & expectandi. 371. 9.
Vide RESERVATA PP. CONSILII.

PAVPERTAS.

Religioſa qualiter intelligenda, & ad quid obliget ſub præcepto & pœnis. 467. 1. & ſeq.

PAX.

Inter Prælatos & ſubditos procuranda à Socio Prouincialis. 250. 3.
A Priore inter fratres. 332. 6.
A Suppriore inter Priorem & fratres. 347. 1.

PECVNIÆ.

Defunctorum ad quos Conuentus pertinent. 125. 11. & ſeq.
Conuentus, à Priore non recipiendæ, expendendæ, mutuandæ ſub pœnis. 337. 15. & 16.

RE-

Receptę intuitu priuatæ perſonæ ſub præcepto intra 24.horas exhibendæ. 469.4.
Prior ſibi datas in Depoſito reponat. ibid.
Pecuniam, vel rem magni momenti recipiens ſine licentia quandiù abſolutione priuandus, & quomodo puniendus ſimiliter donans extraneis. 470.6.& 7.
Religioſorum pecuniæ in Depoſito exiſtentes qua licentia à Priore expendi poſſint. 474.†.

PERCVSSORES.

Percuſſionem comminantis, ſiue infligentis alicui complicis, & fautoris pœnę. 459. 1. & ſeq.

PERTVRBATORES.

Conuentuum ex illis mutandi. 321.19.

PETITIONES.

Conuentuum & fratrum quales, & quomodo expediendæ in Cap. prou. 246. 1. & 2.

POENA IN GENERE.

Pœnis quibuſcumque pręter Excom. nullus ſubijcitur abſque declaratione, 4. 7.
Quomodo à Superioribus imponendæ & taxandæ: ac à ſubditis ſuſcipiendæ. 455. 1. & ſeq.
A quibus per abſolutionem, & diſpenſationem tolli poſſint. 456.5.& 6.
Non legitimè abſoluentis pœna. 457. 7.

POE-

POENA IN SPECIE.

Conſtitutionum ordine ſeruato. 458. & deinceps.
Minores in maiores quãdo mutandę. 513.1.
A quibus imponendæ, & humiliter acceptandæ. 513.2.& 3.

PRO LEVI CVLPA.

Quæ pœna, & à quo imponenda. 505. 2. 513.2.

PRO GRAVI.

Quæ pœna, & à quo imponenda. 507. 2. 513.2.

PRO GRAVIORI.

Imponenda non perſoluentibus Diuinum officium. 8. 3.
Laicis & Conuerſis pro tertia vice ſi legere addiſcant, et ipſos docentibus. 23. 5.
Subdito per menſem ſimoniam in recipiendo Nouitio committenti. 42. 6.
Exeunti ſepta Conuentus de die ſine licentia. 137. 5.
Inobedientibus Gen.et alijs Prælatis. 188. 2.251.2.299,1.et 321.20.
Per duos menſes cauſam aut ſupplicationem aduerſus aliquem proponenti inſcio Proc.Ord, 203.4.
Prædicanti publicè ſine legitima promotione. 429.2.
Illi ex cuius predicatione ſcandalum vel in-

famia

famia oritur. 433.9.
Prædicantibus contra Eccleſię Prælatos. 434.11.
Deſtruentibus vel occultantibus litteras miſſiuas Superiorum. 455.5.
Comminanti vel percutienti. 459. 1.et ſeq.
Secreta Ord. ſcienter reuelanti. 463.1.
Accipienti, vel donanti extraneis rem valoris vnciæ argenti abſque Prioris licentia. 471.7.
Extorquenti gratiam fauore ſæcularium. 475.2.
Diffamanti aliquem non Prelatum. 480.3.
Ludenti aleis, ſiue chartis, vel taxillis. 481.1.
Apoſtatæ à Prouincia vel Conuentu. 490. 13.et 492.16.
Imponenda ingredientibus ad Carceratos ſine licentia. 501.5.
Quæ ſit pœna grauioris culpæ: et quomodo à Priore imponenda. 507.2.et 513.2.

PRO GRAVISSIMA.

Imponenda per menſem exeunti noctu ſepta Conuentu ſine licentia. 137.5.
Falſificanti litteras, ſigilla, et alia: ac malitiosè aperiendi ſuperiorum. 458.2. et ſeq.
Percutienti cum graui læſione. 459.1.
Portanti vel habenti arma cum ſuſpicione. 462.7.

Fornicationem aut alia impudica committenti diuerſimodè. 462.1.et 2.
Secretum Confeſſionis reuelanti. 464.3.
Falsò accuſanti, teſtificanti per ſe vel per alium. 466.3.
Furanti res diuerſas, Arcam depoſiti aperienti, inſtrumenta vel claues adulterinas habenti. 466.1.et 2.
Per conſpirationem aliquod malum machinanti. 477.2.
Difamanti verbis de Prelatis. 479.1.
Scripto famoſo, ſeu deſcriptione difamanti. 480.4.
Studenti, ſeu vtenti artibus prohibitis, vel ad illas pertinentia habenti. 482.3.
Apoſtatę ab Ordine. 488.9.& ſeq.
Quæ ſit pœna grauiſsimæ culpæ, et quomodo à Priore infligenda. 508.2. et ſeq. et 53.2.
Numquam diſpenſanda. 514.4.

PRÆCEDENTIARVM ORDO.

In Cap.gen.ſeruandus. 162.6.et 7.
In Cap.prou. 230.3. et 4.
In Diffinitorio prou. 241.2.
In Congreg.intermedia. 283.2.
Extra Capitula. 378.1.
In Gymnaſijs. 421.1.et ſeq.

PRÆ-

PRÆCIPERE.

Prælati nihil præcipiant irati, et à multitudine præceptorum caueant. 3. 6.
Superiorum præcepta ſemel impoſita vim habent etiam quòad Cenſuras. ibidem.
Præcipere ſub pœna obedientiæ vel Excom. toti Prouinciȩ quis, et quomodo poſſit. 300.5.
Superiorum præceptis qualiter obediendum. 346.6.

PRÆCEPTA FORMALIA IN COMST. CONTENTA.

Electis ad Prælaturam extra Ord. ne aſsentiant ſine licentia et renunciatione bonorum ſub Excom. 147.13.et 14.
Præcipiendum ter, vt litterȩ Papæ ad Cap. gen. oſtendantur ſub Excom. 155. 2.
Similiter, vt litterȩ Gen. ad Cap. prou. ſub Excom. 219.2.
Vt omnes obediant Prælatis à Diffinitorio electis. 251. 2.
Prioribus ne Collectas ſuis Conuentibus applicatas cõtra præſcriptum expendant. 260.3.
Præcipiendum Religioſis vt in Viſitationibus dicant quȩ ſciunt, ſub Excom. 311.5.
Præcipitur omnibus vt eleemoſynas pro Miſſis aut Officijs acceptas conſignent

Prio-

Priori vel Sacriſtæ. 353.3.
Prioribus et Prioriſſis ne ad habitum Monialium vel Mantellatarum ſine licentia Prouincialis aliquam admittant. 381.1.
Prioriſſis ne ſine debita licentia aliquem intra ſepta Monaſterij introducant, ſub Excom. 386.1.
Fratribus ne Monialium domos aut Mantellatarum ingrediantur, ſub Excom. 388.3.
Procuratori Ord. et omnibus alijs, ne diſpenſationem ſuper pœnis Heret. petant. 438.5.
Priori et officialibus ne alienent aut pignori ſubijciant libros librarię, ſub Excom. 440. 2.
Fratribus ne cuiuſcumque generis arma ſecum portent, vel apud ſe habeant. 461.6.
Ne quis alterum falsò accuſet, falſus ſit teſtis, vel inducat ſub Excom. 465.1.
Vt fratres pecunias acceptas intra 24. horas Prælato manifeſtent. 469. 4.
Ne fratres aliquid magni momenti ab aliquo recipiant, vel extraneis perſonis dent, vendant, vel permutent, ſine expreſſa Superioris licentia. 470.6.
Ne colligationes ſeu confœderationes fiant inter nos ſub Excom. 476. 1.
Ne ſcripto aut deſcriptione difamemus Religioſos, ſub Excom. 480. 4.
Ne quis abſque licentia à Conuentu, Prouin-

uincia, ſeu Ord. diſcedat: vtque intra diem redeat ſub excom. 483.1. & 2.
Viſitatoribus vt cauſam volentis ad Gen. ire perpendant, & pro vrgente licentiam & litteras concedant. 484.3.
Similiter PP. Conſilij circa volentes ire ad Prouincialem. 486. 4.
Infamato præcipiendum, vt purgationem faciat: & Compurgatoribus, vt veritatem dicant, & ſecretum ſeruent, ſub Excom. 493. 2.
Ne cuſtos carceris ſeu carcerati ipſi ad ieiunandum obligato miniſtret, aut miniſtrari permittat niſi cibos ieiunij. 500. 3.

PRÆDICATORES.

Quibus horis Choro intereſſe debent. 19.7.
Quomodo mittendi, quibus licentijs: qualiter examinandi: eorum officium: quomodo exercendum. 429.1.& ſeq.
Prædicantes contra aliquem quomodo puniendi: qualiter erga Prælatos ſe debent habere. 433.8. & ſeq.

PRÆSENTATI.

Exemptiones omnes Prẹſentatorum ex gratia annullatæ ſunt. 19.†.
Similiter omnes præſentaturæ ex gratia: & prohibitum ne impoſterum concedantur à Gen. 380.16

Qui propriè prȩſentati in Ord. dicantur. 413.12.

PRESIDENS.

Capituli gen. niſi à Pontifice conſtituatur, quinam erit recognoſcendus, & quanta eius authoritas. 155.3. & 4.

Cap. prou. conſtituendus à Gen. & qualis. 198.24.& 25.

Deficiente Gen. litteræ Prȩſidentiæ perdurant. 202. 37.

Si Gen. non conſtituerit, quinam erit, & quid faciet. 220.4.& ſeq.

Præſidentis Cap.prou. Officium & authoritas. 239.1.& 2.

In Prouincialem eligi non poteſt. 240.†

Quem locum habet in Congr.intermedia. 283.2.

PRIOR CONVENTVS CVR.

A Gen.conſtituendus, & qualis. 206.11.

Vitam communem cum fratribus ſeruare tenetur. 206.12.

PRIORES CONVENTVVM GENERALIVM.

Italię ad Cap.gen. in ea celebrandum ire tenentur. 150.3.

Deferant ſtatum ſuorum Conuentuum ad Diffinitorium gen. 177.3.

Eorum electio qualiter facienda in Cap.gen. 179.5.

Extra tempus Cap.gen. Conſtituendi à Gen. 195.20.

A viſitatoribus Gen.ſuſpendi poſſunt, non priuari. 213.2.
Quatenus & vbi præcedant Prouincialibus. 379.†a
Vide PRIOR LOCALIS, & RESERVATA PRIORI LOCALI.

PRIOR LOCALIS.

Qualiter diſpenſare poteſt ſuper Conſtit. 2. 3.
Negligens circa cultum diuinum grauiter puniendus. 8.2.
In alieno Conuentu tardè intrans Chorum non expectat ſignum. 20. 1.
Negligens circa libros habendos ad vſum Chori & Sacriſtię ſeuere puniendus. 25.2.
Officio priuandus negligens in exequendo præcepto de colore, ac honeſtate veſtium. 78. 6.
Bis in anno Cellas viſitet. 89. 6.
Non valet in ieiunijs Ord. cum toto Conuentu diſpenſare, ſed tantùm cum habentibus legitimam cauſam. 102.8.
Otioſos fratres per Domum vacantes cohibere curet. 107. 7.
Officio ſuſpendendus ac priuandus negligens erga infirmos. 120.19.
Voce paſſiua priuandus non curans facere Inuentarium infirmorum. 122. 4.
Officio priuandus cuius incuria frater ſine

Sacramentis deceſſerit. 123. 6.
De morte cuiuſque fratris Prouincialem certiorem faciat. 124.9.
In alieno Conuentu Cap. de cùlpis intereſſe non tenetur. 131.11.
Non recipiens hoſpites charitatiuè qualiter puniendus. 134.18.
In alienis Conuentibus benedictionem in redeundo petere non tenetur. 138. 8.
Fratribus licentiam exeundi Prouincia non præſtet: nec pro ſe habet. 139. 14.
Qualiter ſuſpendi, ac priuari poſſit à Viſitatoribus Gen. 213. 2.
Eius electio ad Diffinitorium ſpectat: qualiter facienda, ac ei ſub præcepto obediendum. 251.2.& ſeq.
Quatenus poſſit in eodem, vel diuerſis conuentibus reeligi. 254. 8.& ſeq.
Publicatio & Confirmatio eiuſdem. 269. 3. & 4.
Electi poſſeſſio qualiter capienda. 281. 1.
Eo deficiente quis gubernabit. 289. 1.
Prior ſuſpenſus vocem in Cap. futuro habebit, niſi à Iudicibus cauſarum priuetur. 289.2.
Obedientia Priori præſtanda, modus erga fratres: in communitate ſeruauda: in ſpiritualibus &c. 328.1. & ſeq.
Pacem procuret: vtilitatem Conuentus ſolicitet. 332.6.& 7.

Eius authoritas circa Officiales. 333.8.
Eiu ſolertia in amicis Ord. conſeruandis. 334.9.
Rarò à Conuentu abſit: Vicarium qualiter conſtituet. 334.11.
Quę ſint ei interdicta. 336.12.& 13.
A quibus cenſuris ſubditos abſoluere poſſit: & quomodo ſuper irregularitate diſpenſare. 336.14.& 342.†
Qualiter ſe debeat habere circa receptionem & diſtributionem bonorum Conuentus. 337.15.& 16.
Excommunicationem quatenus ferre poteſt. 338.17.
Ad Cap.prou.ire debet, 339.18.
Cauſæ ob quas priuari poteſt. 340.19.& 20.
Eo mortuo quid faciendum. 341. 21.
Quæ officia, & quomodo ſubditis committet. 343.1.& ſeq.
Semel in hebdomada Cap. de culpis teneat. 445.1.& ſeq.
Vide RESERVATA PRIORI, & PRIVARE DIGNITADE &c. ac SVSPENDERE.

PRIORISSA.

Quanto tempore duret: quomodo eligenda: eius qualitates. 384.1.& ſeq.
Vide MONIALES.

PRI-

PRIVARE DIGNITATE, GRADV, ET OFFICIIS.

Priuandi officijs ſuperiores non legitimè admittentes laicos ad ſtatum clericalem. 24. 6.
Priuandus omni officio et gradu Superior fratrem ad Confeſſiones non legitimè aſſumens. 29. 7.
Confeſſionibus audiendis per triennium, qui à Priore non electus eas audit. 30. 1.
Officio Superior admittens inhabiles ad Ord. 41. 5.
Officio Prior Simoniacè Nouitios recipiens. 42. 6.
Officijs, gradibus etc. Superior admittens exteros, aut illegitimos ſine licentia Cap. gen. 44. 8.
Similiter Prior admittens ad Ord. aliquem, quin priùs per publicum inſtrumentum conſtet de eius Parentibus, Patria, et ętate. 44. 8.
Officio Prior qui Nouitios legitimo tempore non fecerit profiteri, 63. 1.
Officio Prior negligens in exequendo mādato de colore, ac honeſtate veſtium. 78. 6.
Officijs omnibus priuantur admittentes in Conuentu mulieres. 112. 11.
Officio priuandus Prior erga infirmos, ac

hoſpites negligens perſeuerans. 120.19. et 134.18.
Officio Prior cuius in curia frater ſine Sacramentis deceſſerit. 123.6.
Officijs priuantur retinentes bannitos, facinoroſos, ſeu fallitos. 135.†b
Officio priuandus Prior pro tercia vice qua fratrem ſolum ad oppida miſerit. 136.2.
Officio Generalis ad Cap.gen.non veniens, nec Vicarium mittens. 153.10.
Priuandus officio etc. diuiſionem Ord. procurans, aut nouum inſtitutum inducens. 189.4.et 5.
Officio Prouincialis, qui ex negligentia confirmationem à Gen. non petierit. 236.6.
Omnibus gradibus accuſans aliquem fratrem apud alium quàm Ordinis Superiorem. 322.23.
Omnibus officijs in perpetuum recurrentes ad tribunalia ſæcularia. 325.†a
Officio Prior ex conſuetudine non reſidens. 334.11.
Officio Prior mutans fratres, licentiam ad Ordines concedens, ac Nouitium ſine licentia Prouincialis recipiens. 336.12.
Officio Prior indebitè recipiens, aut per ſe expendens pecunias Conuentus: vel magnos ſumptus faciens ſine PP. conſilij con-

conſenſu. 337.15. et 16.
Officio Prioriſſa in caſibus non licitis concedens licentiam ingrediendi Conuentum. 386. 1.
Officijs et Dignitatibus Moniales non legitimè Conuentu egreſſę, et Superiores permittentes. 387. 2.
Gradibus et officio legendi ſine debita licentia legentes. 402. 6.
Omnibus gradibus Magiſtri ſine Gen. licentia extra Ord. manentes. 413. 12.
Officio Prior negligens circa lectionem caſuum conſcientię. 428. 4.
Omni gradu ac dignitate contra Conſtit. ad prędicandum aliquem mittens. 429. 2.
Officio prędicationis contra Eccleſiæ Prę-latos prędicans. 434. 11.
Omnibus gradibus & honoribus in perpetuum formaliter hæreticus. 436. 3. et 4.
Officio, gradibus, et honoribus Prior alienans libros pro communi libraria. 440. 1.
Officio et alijs abſoluens à pœnis reſeruatis abſque facultate. 457. 7.
Officio Confeſſor ſecretum Confeſſionis reuelans. 464. 3.
Officijs Prior et Depoſitarij fratrum Depoſita tangentes, vel imminuentes abſque licentia Gen. vel Cap. prou. 474. †
Officio Superior permittens comœdias, aut ludos prohibitos à fratribus reprę-ſen-

ſentari. 482.2

Vide DEPOSITIO AB OFFICIO.

PRIVATIO VOCIS.

Abſolutè & ſine limitatione priuationem vtriuſque vocis importat. 498.3.

Pro caſibus dumtaxat expreſſis, vel ſaltem à Cap.priuato imponenda. 498. 4.

In quibus non habet locum in aliam pœnam commutanda. 498.5.

PRIVATIO VOCIS ACTIVÆ.

Imponenda per biennium ei, qui ſuæ renuntiauerit. 145.5.

Per triennium procuranti voces pro alio. 146.10.

Per annum ſine licentia ad Cap. prou. vel Congreg.venienti. 216.3.& 284.3.

Per biennium ſine licentia negotia extraneorum tractanti. 361.6.

Imponenda in Cap. prou. recipienti Apoſtatam contra formam Couſtit. 492.18.

Quam inhabilitatem inducat vocis actiuę priuatio. 498. 2.

PRIVATIO VOCIS PASSIVÆ.

Subeunda per triennium Priori, qui inuentarium Ægroto faciendum non curauerit. 122.4.

Per biennium Prælato, qui cauſas à ſe deter-

terminandas ad Superiorem, vel Cap. prou.deduci fecerit. 223.4.
Ad arbitrium Gen. PP. Diffinitorij aliquid contra Conſtit.decernentibus. 239. 3.
Per quinquennium Prouinciali, Collectas vltra taxam exigenti. 304. 10.
Per biennium Priori ex conſuetudine non reſidenti. 334. 11.
Quam inhabilitatem inducat vocis paſſiuæ priuatio. 497. 1.

PRIVATIO VTRIVSQVE VOCIS.

Perpetuò priuandus qui bis propter Officium diuinum non dicendum punitus non ſe emendat. 8. 3.
Priuandi Superiores non legitimè admittentes laicos ad ſtatum clericalem. 24. 6.
Per biennium qui ſe contra formam Conſtit. ad Confeſſiones audiendas ingerit. 29. 7.
Perpetuò Superiores admittentes inhabiles ad Ord. 41.5.
Per quinquennium Superior admittens ſimoniacè Nouitios. 42.6.
Vſque ad diſpenſationem Cap.gen.Superiores admittentes exteros, aut illegitimos: & Prior qui inſtrumentum de Parentibus,Patria, atque ætate Nouitij fieri non curat. 44. 8.
Per annum ſubditus qui iniuſſus ſine ſocio exi-

exiuerit. 136. 2.
Per triennium qui noctu Domo exiuerit. 137. 5.
Per quinquennium qui legationem in cauſis ſuſpectis aſſumpſerit. 140. 15.
Perpetuò Sedi Apoſtolicę inobediens. 143. 2.
Per triennium pro ſe voces procurans. 146. 10.
Per triennium qui inobediens Gen. aut Priori perſtiterit. 188. 2. & 251. 2.
Vſque ad diſpenſationem diuiſionem Ord. procurans, vel nouum viuendi inſtitutum introducens. 189. 4. & 5.
Per quinquennium PP. Diffinitorij ſecreta reuelantes. 242. 4. & 5.
In Cap. prou. Prior qui præſcriptum modū circa Collectas non ſeruauerit. 260. 3.
Vſque ad diſpenſationem PP. Diffinitorij in Congreg. intermedia nouas leges pro tota Prouincia condentes. 285. 4.
Per annum Prouinciali, ſeu Viſitatoribus inobediens. 299. 1. & 321. 20.
Vſque ad diſpenſationem accuſans fratrem apud exteros. 322. 23.
Per triennium ad Iuriſtas recurrens, indebitè appellans, & illi adherentes. 322. 23. & 24.
Per annum qui in cauſis ſæcularium ſe permiſerit examinari. 325. 28.
Perpetuò recurrentes ad tribunalia ſæcularia.

ria. 325.†3.
Vſque ad diſpenſationem perſiſtens in non loquendo fratri. 332.6.
Per quinquennium Prior per ſe expendens pecunias Conuentus. 337.15.
Per biennium Moniales cooperantes vt aliquis indebitè earum Conuentum ingrediatur. 386. 1.
Vſque ad diſpenſationem qui aliquem ad prædicandum non legitimè miſerit. 429.2.
Diuerſimodè qui percuſerit aliquem, vel Prelatum, complices aut fautores contra hunc. 459.1.& ſeq.
Per triennium de fornicatione, perpetuò de indicibili conuictus. 462.1. & 2.
Per annum ſecreta Ordinis, perpetuò, confeſſionis reuelans. 463.1.et 464. 3.
Perpetuò falsò accuſans, falſus teſtis, inducens &c. 466. 3.
Per triennium de primo furto, perpetuò de ſecundo conuictus. 467.3.
Perpetuò Prior et Depoſitarij imminuentes fratrum Depoſita abſque licentia. 474.†
Per triennium qui per fautores gratiam extorſerit. 474. 1.
Per decennium defendentes, aut auxilium præſtantes Capitibus factionum. 477. 4.
Per annum ſcripto, ſeu deſcriptione alterum infamans. 480. 4.

Per-

Perpetuò ludentes ad aleas, ſeu chartas, vel taxillos. 481. 1.
Per quinquennium artibus prohibitis ſtudens, vtens. vel ad eas ſpectantia habens. 482.3.
Diuerſimodè Apoſtata ab Ord. aut Prou. 488,9. et ſeq.
Perpetuò Iudex compurgator ſecretum reuelans. 495.3.

PROCESSIO.

Pro defunctis ſecundis ferijs facienda. 13.1.
Item feria ſexta Cap.gen. 158. 5.
Solemnis die Domenica in Cap.prou. 243.7.

PROCLAMARE.

Proclamandi modus in Cap.de culpis. 319.16.& 449.9.

PROCVRATOR ORDINIS.

Defuncti Procuratoris bona qualiter diſtribuenda. 127.20.
Quomodo in officio retinendus, vel de nouo eligendus. 173.1.& 2.
Modus electionis eiuſdem. 174.3.& 4.
Abſoluti exemptiones. 176.†
Rationem dati & accepti Diffin. gen. reddet. 178. 4.
A Gen. deputandus officio vacante. 194.17.
Eius authoritas & facultas. 202.1. & ſeq.
Vigilantia eius circa negotia. 205. 9.

Fa-

Familia eiuſdem,& à quibus alenda. 206.10.

PROCVRATOR CONVENTVS.

Quomodo in Diffin.& extra eligendus. 256. 11.& 290.3.
Qualis eſſe debet in pertinentibus ad ſuum officium, & quæ ita ſint. 358.1.& ſeq.
Sæcularis quando inſtituendus. 363.10.
Rationes dati & accepti quando, & quibus reddit. 366.7.
Inter PP.Conſilij cenſetur. 368. 2.

PROFESSI.

Quandiù ſunt in Nouitiatu legibus Nouitiorum tenentur extra ſub ſpeciali ſupprioris cura ſint. 62.16.
Profeſſorum bona ad Conuentum ſuæ Profeſſionis pertinent. 73.23.

PROFESSIO.

Dolo facta eſt nulla. 45.1.
Legitimo tempore emittenda: inquiſitio, & approbatio ante illam facienda: cęremonię, expoſitio votorum &c. 63.1. & ſeq.
Tenor Profeſſionis. 68.11.
Acceptatio eiuſdem. 68.13.
Laicorum & Conuerſorum vbi, & quomodo fiet. 72.21.
In omnium Profeſſione præſens ſit poblicus

No-

Notarius. 75. 22.
Tempus probationis ad Profeſſionem prorogari poteſt à Superiore. 75. 19.
Reclamans contra Profeſſionem poſt quinquennium non eſt audiendus. ibidem. 21.
Profeſſio Monialium & Mancellatarum, quo tempore & qualiter facienda. 382. 2. & 383. 4.

PROFESSIO FIDEI.
A Magiſtris creandis facienda. 416.

PROFESSORES PVBLICI.
In aliqua Vniuerſitate. Nullus officium in Ord. habere poſſunt. 398. 39.

PROPRIETAS. PROPRIETARII.
Priuandus Eccleſiaſtica ſepultura, proprietarius moriens. 122. 3. & 471. 9.
Proprietas à fratribus omninò eradicanda. 191. 9.
Proprietarij pœnæ. 469. 4. et 664.
Proprietarij pœna puniendus, qui ſemel in Anno inuentarium rerum ſibi ad uſum conceſſarum Priori non conſignauerit. 472. 11.
Ad proprietatem vitandam de neceſſariis promouendum. 473. 12.

PROVINCIA.
Ab vnaquaque tres vocales mittendi ad

Cap.gen. 151.4.
Prouinciarum ordo eſt præcedentia. 163.7.
Eas diuidere, vel vnire ad Gen. ſpectat. 195.19.
Item fratres de vna ad aliam Prouinciam mutare. 197.22.

PROVINCIALIS.

Ad Cap.gen, non veniens, vel ſuæ Prou. vocales non mittens excommunicatur. 151.4.
Prouincialium Italiæ electio in Cap. gen. qualiter facienda. 178. 1.& ſeq.
Omnium Prouincialium extra Cap. gen. electorum confirmatio per Gen. facienda. 194.18.& 275.2.
Prouincialis actualis in Præſidentem Cap. prou. non deputandus. 198.25.
Tenetur Cap. prou. per litteras conuocare. 215.1.
Ad Cap.prou. non veniens quid faciet, ſub qua pœna: quomodo officio renuntiabit, & quando reelegi poteſt. 229.1. & 2.
Prouincialis abſoluti vox et locus in Cap. 230.3.
Eligendi qualitates, ſcientia, & ætas. 233. 1.& 2.
Qui eſſe non poteſt Prouincialis, nec Vicarius Gen. fieri valet. 235.3.
Electio Prouincialis, & eiuſdem confirmatio.

ctio. 235.4. & ſeq.
Abſolutus, quando ſequitur viſitationes, è Diff. egrediatur. 248. 1.
Actualis ſuper diſpoſitiones Cap. diſpenſare non poteſt ſub pœnâ. 274. 5.
Deficientibus Prioribus & alijs officialibus qualiter Vicarios & ſubſtitutos conſtituet. 289. 1. & 2.
Eius authoritas, officium, Vigilantia &c. 299. 1. & ſeq.
Toti Prouinciæ præcipere, ac Priores ſuſpendere quatenus poſſit. 300. 5.
Sine cauſa fratres mutare non valet. 302. 7.
Quid circa Apoſtatas, nouos & antiquos Conuentus, ac ſuę Collectæ taxam. 303. 8. & ſeq.
Ad Cap. gen. cum vocalibus ſuæ Prou. veniet, qualem Vicarium conſtituet. 304. 11.
Pro leui cauſa extra Prouinciam ire non debet. 305. 12.
Cauſæ priuationis eius, & à quibus priuandus. 305. 13.
Eo deficiente quis gubernabit. 306. 14.
Super ordinationibus Viſitatorum nihil poteſt Prouincialis, & econtrà. 321. 20.
Defectus ſubditorum indebitè dicens puniendus. 324. 27.
Eſt Prior omnium Conuentuum, & in Conſilijs vocem & præſidentiam habet: non
tamen

tamen eſt neceſſario vocandus. 371.8.
Vide RESERVATA PROVINCIALI.

PVRGATIO CANONICA.

Imponitur ijs, qui gratijs per fauores obtentis renuntiare noluerint. 475.2.
Suſpecto quòd ſit Caput factionum. 477.4.
Habenti libros, aut ſcripta de artibus prohibitis. 482.3.
Concedenda vel imponenda infamia laborantibus, ſub qua forma et pœna. 493.1. & ſeq.
In ea deficiens puniendus: debitè purgatus reſtituendus. 496.5.

Q

QVADRIENNIVM.

IN Prouincijs Indiarum permittitur, ac biennio æquiparatur. 1082.2.

QVÆSTA.

Inter Conuentus qualiter, & à quibus diuidenda. 1262.3.

QVERELÆ.

Apud Gen. non fiant, niſi ob defectum Prouincialis. 197.22.
Ad Iudices Cauſarum Cap. prou. quæ erunt dũtaxat deferendæ. 222.3.& 4.& 225.1.

Qualiter à Prouinciali audiendę in defectu Prioris. 301. 6.

R

RASVRA.

QVoties & qualiter facienda clericis, laicis, ac Conuerſis. 90.1.& ſeq.

RATIONES DATI ET ACCEPTI.

Videndæ à Gen.& Procuratore Ord. Diffinitorio gen. 178.4.
Similiter ab Aſſiſtentibus Gen. 211. 9.
Videndæ in Diffin.Prou.rationes omnium Conuentuum. 246.12.
A ſocio Prou.reddendę in Cap.prou. 250.21.
A Priore, Depoſitarijs, & ſacriſta in viſitationibus. 317.14.
A Procuratore & Sacriſta ſingulis menſibus Priori ac Depoſitarijs. 366.7.

REBELLES.

Eccleſiæ rebellibus fauentes, qualiter puniendi. 141.156.
Generali rebelles, & Superioribus à Diffin. electis qualiter. 182.2. & 211.2.

RECIPERE AD ORDINEM.

Recipiendorum ętas & qualitates. 32. 1.

Non legitimè receptus ab Ord. expellendus. 41.4.
De Ordinibus mendicantium nullus ad noſtrum recipi poteſt; de alijs verò, aut illegitimi de licentia tātùm Cap.gen. 43.7.
Homicidę, & ſimilium, vel grauiorum criminum Rei non recipiendi. 44.1.

RECLAMANTES.

Contra Profeſſionem poſt quinquennium non ſunt audiendi. 75.1.

RECTOR PROVINCIÆ.

A Gen. inſtituendus Prouinciali deficiẽte. 306.14.
Priuilegijs Exprouincialis gaudet. 306.15.
In Prouincia Bethica inſtitutio Rectoris Prouinc. ad Papam ſpectat. 307.1.

RECVRRERE.

Ad perſonas extra Ord. pro obtinendis officijs gratijs, &c. prohibitum ſub Excom. & alijs pœnis 321.1.
Ad Iuriſtas & alios item prohibitum ſub pœnis. 322.2.
Ad Tribunalia ſęcularia ſub Excom. & alijs. 325.1.
Ad ſęculares pro impunitate culpæ commiſſæ ſub pœnis. 474.1. & ſeq.
Ad Superiores ſine licentia: quomodò ſiẽ ob-

obtinenda. 484.3.

REELECTIONES.

Prohibitæ, niſi in caſibus expreſſis, pro eodem officio, vel pro eodem Conuentu. 146.8.& 9.& 254.8.

In diuerſis Conuentibus qualiter permiſſæ, & poſt ſexennium officiorum. 254.9. & 10.

REFECTIO.

Ad refectionem quomodo ſignum dandum, intrandum, ſedendum, legendum &c. 91.1.& ſeq.

Nullus extra Refectorium comedere poteſt ſine licentia Prioris. 97.14.

In Refectorio delinquens quid faciet. 97.15.

REGENS.

Qui aliquando Regens fuit, quamuis non fuerit Prior, Prouincialis eſſe poteſt. 233.1.

Simul cum Regentis officio nullum aliud habere poteſt. 398.3.

Eius officium ac authoritas. 399.1.& ſeq.

Quibus horis Choro intereſſe tenetur. 423.1.

REGVLA NOSTRA.

Quatenus obliget ad culpam. 3.5.

Sextis ferijs legenda in Refectorio. 95.10.

RENVNTIARE.

Renunciatio Nouitij fieri debet de licentia Ordinarij intra duos menſes ante Profeſſionem. 50.11.
Renuntians voci ſuæ actiuæ illa per biennium priuatur. 145.5.
Priores renuntiantes abſque cauſa à Diffin. examinanda, & Prouinciales admittentes puniendi. 290.4.

REPREHENDERE.

Coram ſæcularibus nullus reprehendendus, niſi de culpa ipſis videntibus commiſſa. 97.14.
Reprehenſio Religionis & aliorum concionatoribus noſtris qualiter interdicta. 432. 7. & ſeq.
Reprehenſione Superioris audita quid faciendum. 447.6. & 455. 2.

RESERVATA PAPÆ.

Promotio laicorum ad ſtatum clericalem. 24.6.
Mutare locum Capituli gen. 150.2.
Inſtituere Vicarium Gen. Ordinis. 200.33.
Aſſiſtentes intra ſexennium. 209. 4.
Rectorem Prouinciæ Bethicæ. 307. 1.
Abſolutio Excom. propter recurſum ad tribunalia ſæcularia. 325. 2.

[illegible]
Conuentu.
Facultas vt Generalis Magiſtros creet, 413.
[illegible]
Diſpenſatio cum priuato propter aſſumptio-
nem non legitimam ad Confeſſiones.
29. 7.
Cum recipiente Nouitios ſimoniacè. [illegible]
licentia ad recipiendos illegitimos & fra-
tres aliarum Religionum [illegible]
Diſpenſatio cum priuato ob receptionem
exterorum aut illegitimorum ſine debita
licentia [illegible]
Super inhabilitate Prioris cuius incuria
frater ſine Sacramentis deceſſerit. [illegible]
Reſtitutio priuati propter diuiſionem Ord.
procurandam, vel nouum inſtitutum in-
troducendum [illegible]
Inſtitutio noui Conuentus generalis. [illegible] 10.
Diſpenſatio cum RR. Diffinitoris propter
nouas leges factas in Congreg. interme-
dia [illegible]
Diſpenſatio propter non alloquendum fra-
trem [illegible]
Reſtitutio Magiſtri gradibus priuati. [illegible]
[illegible]
Diſpenſatio cum promouente illegitimè ad
prædicandum. [illegible]
Cum inhabili [illegible]

Cum Apoſtata ab Ord. poſt certum tempus. 289. 10. & 11.

RESERVATA GENERALI.

Correctio & impreſſio Breuiarij & officiorum Ordinis.

Tranſitus laicorum ad ſtatum clericalem. 24. 6.

Abſolutio à caſibus, quos ſibi reſeruauerit. 33. 6.

Licentia ad Oblatum recipiendum. 40. 2.

Abſolutio à Suſpenſione à Diuinis propter veſtes coloratas. 78. 6.

Diſpenſatio ad vtendum ſtemate propriæ familiæ in ſigillo. 81. 12.

Abſolutio cenſuræ contra Prouincialem ad Cap. gen. non euntem, vel vocales ſuæ Prouinciæ non mittentem. 91. 14.

Electio & deputatio Secretarij Ordinis. 173. 4.

Propoſitio trium PP. pro electione Procuratoris Ord. & Aſſiſtentium. 174. 3. & 4.

Pro electione Prouincialium, & Priorum Conuent. gen. in Cap. gen. 178. 2. & 5.

Prouidere de Regentibus & familijs in Cõuent. gen. 179. 5.

De Procuratore Ord. infra ſexennium. 194. 17.

Gradus in Ord. Conferre. 194. 18.

Facultas diuidendi & vniendi Prouincias. 196. 19.

Pro-

Prouidere de Capite & membris in Conuent.gen.extra Cap. gen. 195.20.
Receptio Apoſtatæ Ciſmontani vltra ſex menſes. Vltramontani poſt annum. 197. 23.& 303.8.
Diſponere de Priore & familia Conuentus Romani. 206.11.& 12.
Confirmatio Prouincialium. 236.6.
Licentia ad relinquendum Conuentum. 262.2.
Omnium actorum Capitularium confirmatio: & quando annullantur, Superiorum & officialium ſubrogatio. 275. 2.
Vt Prouincialis pro tota Prouincia Vicarium Conſtituat. 304.11.
Nominare Rectorem deficiente Prouinciali. 306. 14.
Diſpenſatio priuationis propter non alloquendum fratrem. 332.6.
Cum Priore irregulari, qui ab ingreſſu Eccleſiæ prohibito non ſe abſtinuit. 338.17.
Super ætate Priorillæ eligendæ. 384.2.
Licentia vt aliquis in caſibus neceſſarijs ingrediatur Monaſteria Monialium. 386.1.
Vt Monialis infirmitatis cauſa Conuentu exeat. 387.2.
Ad recipiendum Magiſterij gradum, cum decreto nullitatis. 413.12. & 426.6.
Approbatio Prædicatoris ad prædicandum, & diſpenſatio cum inhabili. 429.1.& 2.

Li-

Licentia ad libros librariè vendendos, aut commutandos. 441.3.
Ad expendenda Depoſita fratrum pro communi vtilitate. 474.1
Abſolutio ab Excom. contra ludentes ad charras, vèl taxillos. 481. 1.

RESERVATA CAP. PROV.

Diſpenſatio ſuſpenſionis Ordinum non legitimè ſuſceptorum. 28. 4.
Inhabilitatis ad audiendas Confeſſiones. 29,7.
Vt redeat quis in Conuentum, cuius ſepta nocte eſt egreſſus. 137. 5.
Taxatio prouiſionis eorum, qui ad Cap. gen. mittuntur. 152. 5.
Diſpenſatio cum eo, qui animi leuitate in iuuentute ſemel Ordine exiuit. 234. 2.
Antiqui Conuentus deſertio. 262.2.
Condere leges pro tota Prouincia, & Collectas imponere. 285.4.
Collectæ pro ſubſidio Prouincialis taxatio. 304,10.
Punitio culparum Prouincialis & Viſitatorum tempore viſitationis. 322. 21. & 22.
Diſpenſatio priuationis propter accuſationem apud extraneos factam. 322. 23.
Licẽtia ad inutiles libros alienandos. 441. 3.
Diſpenſatio vt aliquis redeat ad locum, in quo lapſum carnis commiſſit. 462. 1

Cum

Cum falsò accuſante, & falſo teſte. 456.3.
Licentia ad fratrum depoſita expendenda pro communi vtilitate 477.
Diſpenſatio cum Apoſtata ab Ord. extra Prouincia. 488.9. & ſeq.
Super inhabilitate recuperãdi locum. 499.4.

RESERVATA CAP. PRIVATO.
Promotio ad Confeſſiones extraneorum audiendas. 28.6.
Deciſio dubij ſuper impedimento Nouitij 41.4.
Diſtributio expenſarum pro Viſitatione Gen. & Viſitatorum eius. 193.16. 214.4.
Pro Cap. prouinciali. 216.6.
Relinquere, vel mutare ſocium Prouincialis. 249.
Receptio noui loci extra Cap. prou. 261.1.
Iudicare de cauſa non acceptantis Prioratum. 270.6.
Electio Vicarij Conuentus, cum Prior priuatur poſt Congreg. 289.2.
Iudicare de cauſa renuntiationis Prioris 290.4.
Electio Viſitatorum, Diffinitoris, ac Diſcreti gen. extra Cap. prou. &c. 293.5. & ſeq.
Præcepti vel Cenſuræ impoſitio prõ rem. Prou. & Priorum priuatio.
Punitio culparum Prouincialis. 303.13.

Licentia ad equum vſui priuato habendum. 317.14.
Ad bona Sacriſtiæ alienanda. 356.8.
Ad acceptandam iudicaturam in cauſis litigioſis in foro exteriori. 361.7.
Ad concedendam Capellam alicui. 368. 3.
Approbatio Prædicatoris gradum lectoriæ non habentis. 429.1.

RESERVATA PROVINCIALI.

Promotio laicorum ad ſtatum clericalem. 24. 6.
Licentia ad Sacros Ordines ſuſcipiendos. 26. 2.
Abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis. 33.6.
Recipiendi Nouitios ad Ordinem. 40. 1.
Poteſtas admittendi Nouitium ad Profeſſionem in quodam caſu. 74.25.
Licentia eundi ad balnea naturalia. 120.18.
Exeundi extra Prouinciam. 139.14.
Eundi ad Cap.prou. & Congreg. 216. 3. & 284.3.
Inſtitutio Vicarij Conuentus & aliorum officialium certo tempore. 289.1. & 2.
Mutare fratres (cum cauſa tamen) de vno ad alium Conuentum. 302. 7.
Receptio Apoſtatæ poſt certum tempus. 303.8.
Punitio culparum viſitatorum extra viſitationem commiſſarum

Licentia vt Prior vltra triduum ſit extra
Conu. 334.11.
Vt Prior ædificare incipiat. 337.16.
Vt Prior Excommunicationem ferat. 338.
17.
Vt negotia extraneorum à fratribus tra-
ctentur. 361.6.
Vt recipiantur depoſita extraneorum. 367.9.
Abſolutio à cenſura contra Priorem non
conſignantem Depoſito ſcripturas Con-
uentus. 369.3.
Licentia ad immobilia Conuentus alienan-
da. 368.31
Ad recipiendas Moniales vel Mantellatas.
381.1.
Propoſitio Prioriſſæ & Supprioriſſæ eligen-
dæ: Confirmatio electæ, & aliarum offi-
cialium nominatio. 384.2.&3.
Licentia ad ingrediendum Monaſteria Mo-
nialium. 386.11
Licentia vt Monialis infirmitatis cauſa Mo-
naſterio egrediatur. 387.31
Abſolutio à cenſura ob illicitum ingreſſum
in Monaſteria Monialium. 388.3.

RESERVATA CAP. CONVENTVS.
Promotio ad Sacros Ordines 26.2.& ſeq.
Receptio Nouitiorum. 40.2.& 46.2.
Admiſſio ad Profeſſionem. 63.2.
Electio Depoſitariorum. 363.1.

Alienatio bonorum immobilium. 368.3.
Electio Diſcreti, & Vicarij Conuentus. 373.2.& 3.

RESERVATA PP. CONSILII.

Receptio Nouitiorum. 40.2.& 46.2.
Receptio Medici, & Chirurgi. 116.6.
Conſenſus ad libros Defunctorum vendendos. 125.12.
Ad retinendos malefactores vltra diem. 134.17.
Vt Prior vltra tres dies extra Conu. maneat. 334.11.
Vt debitum magnum contrahat: aut ędificare incipiat. 337.16.
Vt Supprior aliquid magnum in abſentia Prioris attentet. 350.7.
Vt ornamenta Sacriſtię vendantur, aut quæcumque bona alijs commodentur. 355.6. & 356.8.
Vt lis moueatur, aut mota reſcindatur. 360.5.
Vt extraneorũ Depoſita recipiantur. 367.9.
Vt libri communes extraneis commodentur. 440.2.
Vt Prior ſtrictvſus res extraneis ſeruandas tradat. 471.10.
Vt aliquis, Priore renuente, ad Prouincialem vadat. 486.4.
Vt extra caſus expreſſos fratres in carcerem conijciantur. 502.7.

Vt pœna grauiſſimæ culpæ à Priore impoña-
natur. 513. 2.

RESERVATA PRIORI LOCALI.

Electio ad audiendas Confeſſiones ſubditorum ipſius. 30. 1.
Abſolutio à caſibus ſibi reſeruatis. 32. 4.
Facultas reſeruandi alios. 32. 4. & 34 †
Licentia ad comedendum extra Refectorium. 97. 14.
Ad comedendum extra Conuentum. 103. 9.
Ad colloquendum cum mulieribus. 113. 12.
Ad exeundum extra Conuentum. 137. 4.
Abſolutio à quibuſdam caſibus, & diſpenſatio ſuper irregularitate. 336. 14. & 342. †[2]
Licentia ad accipiendas exequutiones teſtamentorum. 361. 7.
Abſolutio ab Excom. ob ſcripturam non legitimè è Depoſito extractam, vel non conſignatam. 365. 3.
Abſolutio accipientis, vel dantis rem valoris vnciæ argenti extraneis ſine licentia. 471. 7.
Licentia ad aliquid habendum extra Ordinem. 471. 10.

RESIGNATIO.

Reſignanda à nobis omnia in poteſtate Prelati ſub pœnis. 467. 1. & ſeq.

Super hoc nulla licentia in Ordine dari poteſt. 471. 8.

REVELARE.

Reuelantis ſecreta Ord. Capituli, vel Conuentus, aut Confeſſionis pœnæ. 463. 1. & ſeq.

REVOCATIO.

Requiritur vt præcepta Superiorum vim non habeant. 3. 6.

ROMA.

Licentia eundi Romam à Gen. vel Protectore habenda: Prouincialis pro cauſa communi tantùm illam concedere poteſt. 207. †

S

SACERDOS.

Promouendus qua licentia, quo tempore: de quibus, & à quibus examinandus. 26. 1. & ſeq.

Non Sacerdotibus ſemper præcedit. 422. 4.

Qui non eſt Sacerdos vtraque voce caret. 145. 6. & 454. 19.

SACRISTA.

Apoſtolicus ſemper ex Ord. noſtro aſſumitur.

...tur. 144.

Sacriſta Conuentus in Diffin. eligendus. 256.11.

Eius qualitates, & cura de rebus ſacris. 351.1.et 2.

SACRISTIA.

Qui libri in ea habendi. 25. 2.

Quando ſilentium in ea ſeruandum. 105. 2.

Ordinarium, ſtatuta ſynodalia, caſus reſeruati & alia in ea habenda. 356. 7.

Bonorum Sacriſtię duo inuentaria facienda, & vbi ſeruanda. 356.9.

SALMATICENSE STVDIVM.

Eius dignitas præcipuè cõmendatur. 307.2.

SCANDALOSI.

Qualiter puniendi. 302.7.& 321. 19.

Scandalo exiſtente quid faciendum. 317. 12.et321. 19.

SCAPVLARE.

Eo ſemper vtendum, etiam in lectis. 276. 2. & 83,18.

SCRIPTVRÆ.

Mortuo Gen.ſcripturę Ord.in Archiuio ſeruandę. 127. 19.

Scriptura Conuentus quomodo cuſtodiẽdę, ex-

extrahendæ, ac reſtituendæ, ſub Excom. 364.2.&13.

SCRVTATORES.

Quot, & ex quibus Partibus in Cap. gen. eligendi. 167.2.& 170.1

Qualiter voces calculabunt. 168.5.

Antiquior eorum electionem publicabit. 169.6.

Eligendi per ballotulas, quando non acceſſerit vniformis PP.conſenſus. 171. 1

In Cap.prou.quomodo eligendi, & confirmandi, ac eorum munus. 235.4.

SECRETARIVS ORD.

Eius electio,confirmatio,ac officium.173.4.

SECRETVM.

In Diffin.prou.ſeruandum ſub pœna.242.4. & 5.

A Prouinciali& Viſitatoribus circa fratrum defectus. 324.27.

Secretum Ord. Cap. ſeu Conuentus quod, & quę pœna reuelantis. 463.1. & 2.

SÆCVLARES.

Ad Comedendum in Cellis non admittendi: in Refectorio quando admitti poſſint. 97.14.

Non diu morentur inter fratres. 133.16.

Eorum teſtimonium quando, & qualium, con-

contra fratres recipiendum.
In eorum cauſis quatenus examinari poſſint Religioſi. 325. 8.
SENTENTIA.
Declaratoria Superioris requiritur, vt quis ſit ſubiectus pœnis Conſtit. pœna Excom. excepta. 4. 7.
A Iudicum cauſarum ſententijs quatenus appellari poſſit. 157. 1. & 222. 2.
Debitæ appellationis forma à ſententijs Superiorum præſcribitur. 326. 1.
Sententia Excom. quatenus à Priore feren da. 338. 17.
Sententia lata contra indefenſum nulla. 456. 3.
SEPVLTVRA.
Sepultura Eccleſiaſtica priuandus proprietarius moriens. 122. 3. & 471. 9.
Sepulturæ fratrum & ſecularium apud nos diſtinguendæ. 124. 10.
SIGILLVM.
Quale fratribus eſſe debeat; non proprium familiæ niſi ex Gen. licentia. 181. 1.
Officij generalatus quod & quomodo reſignandum. 165. 8.
Sigilla ſua qualiter Prouinciales & Priores Conuentuum gen. reſignabunt. 181. 2.
Quomodo Prouincialis in Cap. prou. 179. 1. & 2.

Vtrum-

Vtrumque Prouinciæ ſigillum habebit ſocius Prouincialis. 250.2.
Sigilla Conuentuum Priores renuntiabunt. 266.10.
Sigilla Prouinciarum & Conuentuum quæ sint. 271.1.& 2.
Sigilla Gen. & Procuratoris Ord. falſificantium pœna. 458.1.& ſeq.

SILENTIVM.

A Nouitijs ſemper ſeruandum. 53.3.
In Refectorio ad prandium & cœnam. 91.12.& 95.11.
Quibus locis & temporibus ſeruandum. 105.11.& ſeq.
Propter Confeſſiones non frangitur. 106.4.
In ſilentij locis vrgente neceſſitate qualiter loquendum. 107.8.
Quotidie poſt cœnam fieri debet ſignum ſilentij: & in æſtate poſt prandium. 107.9. & 10.
Ad ſilentium quatenus Superiores non tenentur, & ſuper eo queant diſpenſare. 108.12.& 13.
Qualiter in Hoſpitio ſeruandum. 130.8.
Eius obſeruantia commendatur omnibus Prælatis. 309.2.331.5.& 348.3.
Fratribus etiam ingredientibus Monaſteria Monialium. 390.6.
Apoſtatis & alijs pœnitentias ſubeuntibus. 440.12.

SIMONIA.

Tam in dante, quàm in accipiente reſeruata. 32. 4.

In receptione Nouitiorum commiſſa qualiter punienda. 42.6.

SOCIVS PROVINCIALIS.

Eius locus, & vox in Cap.prou. 231.4.

Eius electio, & officium in viſitationibus. 249. 1.

Rationem reddat de acceptis: eius præcedentia. 250.2. & 3.

STATVTA.

Particularia qualibet Prouincia diffinire ſibi poteſt: à Gen: approbata ſeruanda. 516.4.

STVDIA STVDENTES.

Generalia & Prouincialia ſtudia quæ, & qualiter à Gen.diſponenda. 397.1. & ſeq.

Studij Pariſienſis, Salmanticenſis, ac Louanienſis dignitas. 398.2.

Studentes quales eſſe debent, & quando examinandi. 406.1.& ſeq.

Qui & qualiter promouendi. 407.3. & ſeq.

In Gymnaſijs qui precedere debeant. 421.1. & ſeq.

Studentes quando intereſſe debent Choro: quod

quod ſubſidium eis dandum: & qualiter à ſtudijs amouendi. 423.1.& ſeq.

SVFFRAGIA.

Pro Benefactoribus: fratribus &c. facienda poſt feſtum S.Michaelis. 13. 2.
In obitu Papæ: Protectoris, Gen.Sacriſtæ, Procuratoris Ord.& Aſſiſtentium. 14.3. & 4.
In obitu cuiuſcumque fratris. 14.6.
In tribus diebus Anniuerſariorum. 15. 7.
Pro defunctis in Cap. gen. 158.5.& ſeq.

SVPELLEX.

In Cellis quæ & qualis. 87.1.& ſeq.

SVPPRIOR.

Qualiter in Diffin.& extra eligendus. 256. 11.& 290. 3.
Eius officium & authoritas. 347.1.& ſeq.
Inter PP. Conſilij cenſetur. 368.2.

SVSPENDERE.

Suſpendendus ab Ordinum exercitio non legitimè eos ſuſcipiens. 28. 4.
A diuinis deferentes infra habitum veſtes non albas. 78. 6.
Suſpenſus à Diuinis ipſo facto mulierem in Conuentum introcens, vel admittens. 112.11.
Suſpendendus ab officio Prior negligens erga

erga Infirmos, ac Hoſpites. 130. 19. &
134. 18.
Item Prior ſeculares ad commeſſationes admittens. 135. 4.
Per quindecim dies ſecunda vice fratrem ſine ſocio egredi permittens, 136. 2.
Suſpenſus declaratur ab officio Prior qui ad audiendas ſæcularium Confeſſiones approbatus non fuerit. 252. 4.
Suſpendendus Prouincialis ſuper diſpoſitiones Cap. prou. diſpenſans. 274. 5.
Prior ſuſpenſus vocem habet in Cap. niſi in eo priuetur. 289. 2.
Suſpenſi à diuinis Prouinciales aliquid vltra taxam à Conuentibus pro Collectis recipientes. 307. 4.
Suſpenditur Prior triginta diebus ab officio, ſi contra modum præſcriptum Excom. tulerit. 338. 17.
Suſpendendus ab officio Prior, qui ordinem in conſilijs præſcriptum non ſeruauerit. 370. 6.

T

TALIONIS POENA

Confeſſori ſubeunda ſine licentia à reſeruatis abſoluenti. 32. 5.
Complici criminis alterum accuſanti. 316. 10.

Ex ſola ſuſpicione accuſanti aliquem. 334. 25.
Impedienti correctionem alterius. 456. 52
Aliquem accuſanti, & in probatione deſicienti. 466. 3.

TAXARE EXPENSAS.

Vide INTER RERERVATA CAP. PROV. ET PRIVATO.

TESTIMONIVM.

Infirmarij, infirmorum, & ſeniorum in quo caſu recipiendum. 120.19.
Hoſpitarij ac ſeniorum. 134. 18.
Infamium non admittendum. 315.9.
Nec complicis delicti. 316.10.
Sæcularium quando in cauſis fratrum recipiendum: 317. 12.
In cauſis ſæcularium ſine licentia nobis nõ reddendum. 325.28.
Teſtimonium falſum reddentis, & inducentis pœna. 465.1. & ſeq.

TORTVRA.

Quo moderamine & conſilio: quibus Superioribus permiſſa. 502.8.

TRIENNIVM.

In aliquibus Prouincijs conceditur, & biennio æquiparatur. 282. 2.

TRIREMES.

Pœna triremium infligi poteſt ab Ordine. 210.7.

V

VAGANTES.

SIne licentia qualiter puniendi. 140.16. & 490.14.

VENDERE.

Bona mobilia, & immobilia conuentus qui, & quomodo poſſint. 359.3.& 368.2.& 3.

VERBA.

Qualibus vti debemus cum extraneis. 109.1.
Qualibus infirmarius cum infirmis. 115.3.
Turpia & iocoſa punienda. 312.6.
Contumelioſa à Superiore dicta qualiter punienda. 340.19.

VERITAS.

Eius inſpectio qualiter habenda. 315.9.
Eius inquiſitio quomodo à Priore facienda. 336.13.
Veritatem extorquere qualiter permiſſum. 502.8.

VE-

VESTES.

Nouitiorum & Profeſſorum differentia. 48. 7.
Seculares veſtes ſeruandæ vſque ad Profeſſionem. 49. 9.
Lineæ qua neceſſitate, licentia, & cauthela permittuntur. 76. 1.
Laneę cuius coloris, formæ, honeſtatis, & paupertatis eſſe debent. 76. 2. & ſeq.
Materia earum & vniformitas ſub pœnis. 78. 5. & 6.
De veſtibus prohibitis quid faciendum. 79. 7.
Ex pellibus qualiter permiſſæ. 79. 8.
Donatorum veſtes quales. 81. 13.
Veſtes factæ nobis dandæ: ſine licentia non comparandę &c. 84. 1. & 2.
Tempus prouidendi de veſtibus. 85. 3.
Veſtiarij priuatione nemo puniendus: recipientes noua reddant vetera. 86. 5. & 6.
Quomodo lauandæ: laceræ ac ſordidæ non deferendæ. 87. 7. & 8.

VICARIVS.

Generalis Ordinis à Papa conſtituendus. 199. 33.
Tempus & locum Cap. gen. non mutabit &c. 201. 34.
Vicarij à Gen. inſtituti, eo deficiente perma-

manent. 201. 36.
Vicarij Congreg. in omnibus æquiparantur Prouincialibus. 282. 2.
Vicarij Priores quomodo à Prouinciali, aut cum Diffinitoribus inſtituēdi. 289. 1. & 2.
Qui ſunt de corpore Diffin. in Vicarios Priores eligi non poſſunt. 291. †
Vicarius pro tota Prouincia, vel parte qualis & quatenus à Prouinciali inſtituendus, & illius præcedentia. 304. 11.
In Conuentu quando & qualiter à Priore relinquendus. 334. 11.
Tempore Cap. prou. qualiter eligendus, 374. 3.

VISITATIO.

Ordinis ſemel in quolibet ſexennio facienda. 192. 13. & 223. 1.
Prouinciarum Viſitationes legendę in Diff. earum. 248. 1.
Quoad viſitationem viſitatorum prouinciarum ſeruanda conſuetudo Prouinciarum. 263. 1. & 309. 1.
A Prouinciali faciēda ſemel in anno. 300. 1.
Modus ſeruandus in Viſitatione Prouinciæ. 310. 4. & ſeq.
De culpis Prouincialis quomodo facienda. 321. 21.
Monialium & Mantellatarum quomodo. 389. 4. & ſeq.

VISITATORES GEN.

Quales & quatenus mittendi à Gen. 213.1.
Eorum authoritas & poteſtas. 213.2.
Acta viſitationis ad Gen. tranſmittãt. 214.3.
Quæ expenſæ illis dandæ, & eorum præcedentia. 214.4.
Eorum modus & forma viſitandi. 324.26.

VISITATORES PROV.

Eorum qualitates & electio in Cap. prou. 263.1.& 2.
Qui non ſint eligendi, ac viſitator qualiter poſſit eſſe Prior. 264.3.
Publicatio eorum electionis. 271.3.
Eorum electio in Cap. priuato. 293.5.
Deficiente Prouinciali certiorem faciant Gen. 306.14.
Eorum officium in viſitando ac reformando: modus & forma viſitandi. 308.1.
Eorum circa nouas leges & ſuſpenſionem Priorum authoritas. 318.15. et 16.
Ab his ordinata à Prouinciali minimè mutanda, nec e contra: ac ipſis inobedientes puniendi. 321.20.
Circa Prouincialis defectus qualiter procedere poſſint. 322.21.
Extra Viſitationem quibus obedire debent, et à quibus corrigendi. 322.22.

A qui-

A quibus eorum ſubſidium ſoluendum. 324. 26.
Secretum ſeruabunt ſub pœna. 324. 27.
Qualiter licentiam dare debent volenti ad Gen. ire. 484. 3.

VITA COMMVNIS.

Eius obſeruantia Superioribus ac ſubditis maximè commendatur. 190. 8. et 9. 340. 19. et 469. 2.
Præcipuè Priori et fratribus Cõuentus Romani. 206. 12.

VNIFORMITAS.

In obſeruantijs, et Horis canonicis commendatur. 1. 1. et 8. 4.
In veſtibus et habitu. 76. 1. et ſeq.
In Doctrina ſtudiorum. 401. 8.

VOCALES.

Voces pro ſe vel pro alio procurantis pœna. 146. 10.
Ad Cap. gen. mittendi qui, & quot. 151. 4.
Ad illud Congregati, etſi abſentibus pauciores, ipſum omninò celebrent. 152. 7.
Qualitates vocalium Cap. gen. 152. 8.
In vocales Cap. gen. pro vltramontanis Prouincijs PP. Itali deputari non poſſunt. 154. †
Cap. gen. Vocalium Catalogus et ordo. 162. 6. et 7.
Cap. prou. Vocalium Catalogus et ordo. 230. 3. et 4.

A Vo-

Vocales ex gratia omninò ſublati ſunt. 232.†[a]

VOCEM ACTIVAM NON HABENTES.

Prouinciales et alij ad effectum electionis conſtituti: abſentes: vllus duplicem in eadem electione. 144.1.et 4.

In Electione ad quam aliquis eſt propoſitus. 145.6.

Qui extra Religionem commorantur: Beneficiati, vel ad Beneficium habilitati. 145.7.

Duo conſanguinei, vel affines in primo vel ſecundo gradu. 233.†[b]

Prior Collectam contra præſcriptum expendens. 260. 3.

Non Sacerdos in Cap. Conuentus, et qui tertium annum poſt Profeſſionem non expleuerit. 454. 19.

VOCEM PASSIVAM NON HABENTES.

Vide INELIGIBILIS, ET INHABILIS.

VTENSILIA.

Conuentus quomodo per Inuentarium conſignanda et recipienda. 349. 4.

Z

ZELATORES.

Eligendi in Priores Ordinis manifeſtè Zelatores. 252.3.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google